11. 2. 140

~~12 K. 6~~
11. I. 2. 140.

ANTHOLOGIA GRAECA.

TOM. XII.

COMMENTARIUS.

VOLUMINIS TERTII PARS SECUNDA.

Digitized by Google

FRIDERICI JACOBS

ANIMADVERSIONES

IN

EPIGRAMMATA ANTHOLOGIAE GRAECAE

SECUNDUM ORDINEM ANALECTORUM

BRUNCKII.

VOLUMINIS TERTII

PARS SECUNDA.

LIPSIAE

IN BIBLIOPOLIO DYCKIO

MDCCCIII.

INCERTORUM POETARUM EPIGRAMMATA.

CCXXXIII. Vat. C. in primis pag. ſine lectionis diverſitate. Plan. p. 328. St. 468. W. In Mercurium Scopae, quem aliunde notum eſſe negat *Heynius* in Comment. Soc. Reg. T. X. p. 83. — τῶν πολλῶν ἕνα, quaſi ex Mercuriorum plebe, quo ſenſu οἱ πολλοὶ uſurpari ſolet. Cf. *Ruhnken.* Epiſt. crit. p. 298. Reſpicitur autem ad magnam illam Hermarum multitudinem, qua plateae urbium et viae publicae exornari ſolebant. Ex multis locis, quae afferri poſſint, inprimis notabilis *Plato*n, in Hipparch. p. 228. D. (T. V. p. 262. ed. Bip.) ubi Hipparchus agricolas erudire cupiens, Hermas collocaſſe narratur κατὰ τὰς ὁδοὺς ἐν μέσῳ τοῦ ἄστεος καὶ τῶν δήμων ἑκάστων. Cf. *Thucyd.* VI. 27. et *Deſ. Heraldum* in Adv. II. 1. p. 79.

CCXXXIV. Planud. p. 342. St. 482. W. „De lapidum acervis in viis, quos Graeci Ἑρμαίους λόφους et Ἑρμακας appellabant, vide Ouzelium ad Minut. Felic. p. 13. ed. Lugd. Bat. in 4to.“ *Br.* De veterum more, ad quem hoc Epigramma referendum eſt, notavimus quaedam ad *Crinagor.* Ep. VII. 6. T. II. P. I. p. 385.

Illuſtravit eum, et cum ſimili Muhammedanorum ritu comparavit *Joſ. Scaliger* de Em. Temp. L. V. p. 520. et *Seldenus* de Mercurii acervo Synt. II. c. 15. in Operib. p. 398. ubi etiam noſtrum Epigramma excitatur. Adde *Ever. Otton.* de Tutela Viar. I. 9. p. 171. *Interpp. Heſychii* v. Ἑρμαῖος λόφος. ἑρμαῖα lapidum acervos appellat *Dio Chryſoſt.* Or. LXXVIII. p. 420. ed. R. in loco a *Caſaubono* reſtituto: καὶ τῶν λίθων κινουμένων καὶ ξυνιόντων, ὥστε μεγάλα ἑρμαῖα ἀθροίζεσθαι λίθων πλησίον αὐτοῦ. Apud *Themiſtium* Or. XX. p. 239. C. ubi de acervo lapidum, quibus Anytus ab Heracleotis obrutus fuerat, agitur, legendum puto: καὶ νῦν δείκνυται λίθων αὐτόθι σῆμα ἐν τῷ προαστείῳ, οὐ μακρὰν θαλάττης, οὗ περιέβαλον τὸν Ἄνυτον οἱ Ἡρακλεῶται. Vulgo legitur ἄνευ τῶν. — V. 2. ἀντ' ὀλίγης οὐ μεγάλην – reſpicitur ad formulam in precibus paſſim obviam, ubi a Diis pro parvis muneribus magna beneficia optantur. *Callimach.* Ep. XXVII. αἱ δὲ, Γλαῦκος ὅπως, ἔδοσαν Ἀντ' ὀλίγου μέγα δῶρον. — V. 3. αὐτῆς. Vulgo. quod in αὐτοῖς mutavit *Huetius* p. 33. et *Joſ. Scaliger* in not. mſt. — „ἔγνω. Recte in uno Planudeae reg. cod. quod ut recepi, ſic v. 4. ſcribendum erat λέγει, quod omnino, jubente ſenſu, reponendum.“ *Br.* In vulgata non haeſit *Grotius.* — V. 4. κρήνην vulgo, quod a cl. Editore codicis auctoritate mutatum eſſe ſuſpicor. Praepoſitio ἐπὶ cum verbis motus nonnunquam ſecundum caſum adſciſcit, ut ap. *Apollon. Rhod.* IV. 579. ταῖς αὖτις ἀναρπάξθην φορέοντο Νήσου ἐπὶ κραναῆς Ἠλεκτρίδος. *Aeſchyl.* Prom. v. 663. κρὰτὶ Δωδώνης πυκνοὺς θεσπρόπους ἵκαλεν. ubi *Brunck.* plura notavit. Conf. *Locellam* ad *Xenoph. Epheſ.* p. 206.

¶. 198.] *CCXXXV.* Planud. p. 342. St. 482. W. Mercurius in Midonis horto poſitus, viatoribus damnum ei inferentibus poenam minatur. De Mercurio, hortorum agrorumque tutore, quaedam monuimus ad *Hermocreont.* Ep. II. T. II. P. II. p. 245. — V. 3. τηνίδε. Vulgo.

— σχοῖνον. Si vera eſt lectio, Mercurius viatoribus viam, non per hortum, ſed per loca juncis obſita ducentem indicare videtur. Quum ἡ σχοῖνος etiam funem et radium ſive decempedam ſignificet, *Grotius* vertit: *Sed recta perge norma quam monſtrat viam. Scaliger* ap. *Huetium* p. 33. emendavit τὴν σχῖνον. quo quid lucremur, non ſatis video. Rubis et ſentibus veteres vineta et oliveta circumdediſſe intelligitur ex *Plutarch.* T. II. p. 94. E. οὐ γὰρ αἰρετέον πάντως τὸ βαδίως ἁλισκόμενον· καὶ γὰρ ἐρείκην καὶ βάτον ἐπιλαμβανομένην ὑπερβάντες καὶ διωσάμενοι, βαδίζομεν ἐπὶ τὴν ἐλαίαν καὶ τὴν ἄμπελον. Ad ejusmodi ſepes reſpicit *Liban.* T. IV. p. 1077. ed. R. αἱμασιὰ περιεῖργε τὸν χῶρον, οὐχ ἧς ἄν τις προσαψάμενος ἔπαθεν. — V. 4. μή τι θράξῃς. ne quid horum, quae cuſtodio, turbes frangasve. θράττειν dicitur pro ταράττειν. Vide *Albert.* ad *Heſych.* T. I. p. 1728. 29.

CCXXXVI. Plan. p. 342. St. 482. W. Mercurius, in rupe ſolitaria collocatus, ſe non ſua ſponte, ſed Archelochi voluntatem ſecutum, illam regionem tenere affirmat. Elegans Epigramma et optima aetate dignum. — V. 3. ἀκροκολφίτας. Cf. ad *Leonidae*, non *Alexandrini*, ſed *Tarentini* Ep. XII. T. II. P. II. p. 94. — Non montibus rupiumque verticibus, ſed multo magis hominum in viis publicis conſortio delector. τὸ πλεῖν idem quod ἐπὶ πλέον, *majorem in modum. Perizon.* ad *Aelian.* V. H. I. 30. 7. ἐς πλέον in *Sophocl.* Oed. T. 710.

CCXXXVII. Ex *Grutero* p. MXXXIX. Repetivit *Fleetwood* in Sylloge p. 321. quem conſulant, qui ineptae interpretationis ſpecimen cognoſcere cupiunt. Mercurii ſtatuam fur quidam abſtulerat. *Audax* procul dubio facinus, quo quis furum praeſidem auferre conatus erat. Hoc ſenſu θερμὸν uſurpavit *Ariſtoph.* Plut. 415. ὦ θερμὸν ἔργον κἀνόσιον καὶ παράνομον. ubi vide *Berg-*

ler. et ad Vesp. 922. Nautas omnia audentes θερμοὺς appellat *Aeschyl.* VII. c. Theb. 610. θερμουργὸς, Idem Eumen. 563. πολέμιον et ὑποθερμότερον ἔργον junxit *Herodot.* VI. 38. p. 454. ἀθέρμαντον. ἀθράσυντον. *Schol. Aeschyl.* Choëph. 627. *Calida consilia* sunt ap. *Ciceron.* Offic. I. 24. et fortasse ap. *Iuvenal.* Sat. VI. 639. *Feci: confiteor, puerisque aconita paravi, Quae deprensa patent; facinus calidum ipsa peregi.* Vulgo *tamen*, quod in illo contextu nullam vim habet. Obversabatur autem, quod obiter monendum, Satyrico Romano Clytaemnestrae Aeschyleae imago in Agam. v. 1373. οὕτω δ' ἔπραξα, κοὐ τάδ' οὐκ ἀρνήσομαι. cf. v. 1396. sqq. — V. 2. ἄναντι. *Gruter.* et *Fleetw.* Veram lectionem secutus est *Grotius* in Mantissa Tertia. T. III. p. 413.

Est qui Mercurium furem furatus abivit:
Fur audax, furum qui rapiebat herum.

CCXXXVIII. Vat. Cod. p. 171. Plan. p. 411. St. 546. W. Primum et secundum distichon laudat *Suidas* in Κολοσσεύς. T. III. p. 338. Conf. notata ad *Simonid.* Ep. LXXXIX. T. I. P. I. p. 258. — V. 3. κατευνήσαντες. Hoc vulgato praestare videtur, κατευνάσσαντες. At Vat. membr. et Florent. ed. [etiam Schedae Krohn. et *Suidas*] κατευνάσαντες, quod verum et genuinum est, nempe Dorice pro κατευνήσαντες. Epigramma hoc Rhodi factum, et Colossi basi insculptum, Dorice scriptum fuit totum. " *Br.* Unde, quaeso, noverat cl. editor, hoc Epigramma, non, ut plurima alia hujus generis, ἐπιδεικτικὸν, sed basi statuae insculptum fuisse? Nec ulla causa satis gravis apparet, quae nos credere cogat, illud Rhodi scriptum fuisse; nisi forte et *Leonidae Tar.* Ep. XXXVII. in Anacreontis statuam, quae Athenis erat, in illa urbe compositum fuisse existimari debet. — Κατευνάσαντες. *Apollon. Rhod.* I. 1155. αἶψα νήνεμος ἐστόρεσεν δίνας κατὰ δ' εὖνασε πόντον. *Aeschyl.*

Eumen. 818. Κοίμα κελαινοῦ κύματος πικρὸν μένος. — κῦμα Ἐννοσῦς. Similiter *Aeſchylus* VII. c. Theb. 114. κῦμα περὶ πτόλιν καχλάζει, πνοαῖς Ἄρεος ὀρόμενον. Cf. *Stanlei.* ad Perſ. v. 90. *Valcken.* ad *Eurip.* Phoen. p. 89. Ex hoc loco intelligitur, Coloſſum ex hoſtium manubiis factum eſſe. ¶. 199.] V. 5. Terra marique Rhodienſes hoſtes ſuperaverant, et in harum victoriarum memoriam ſtatuerant Apollinis imaginem. Referri poſſe videntur haec ad vanas Demetrii molitiones, quibus Rhodum expugnare inſtituit. Cf. *Diodorum* L. XX. c. 96 — 100. *Vitruvium.* L. X. 22. — πελάγους et κάτθεσαν. Vat. C. — V. 6. ἐλευθερίης. Vat. C. et Plan. φέγγος ἐλευθ. eſſe videtur σύμβολον ἐλ. cum notione laetitiae, quam libertas parit. Fortaſſe huc etiam referri poteſt, quod de Sole tradit *Artemidor.* Oneir. II. 36. Ἥλιος — δούλους ἐλευθέρους ποιεῖ, ἥλιον γὰρ καὶ τὴν ἐλευθερίαν καλοῦσιν ἄνθρωποι. De Rhodiorum felicitate et libertate memorabilis eſt *Strabonis* locus XIV. p. 964. B. θαυμαστὴ δὲ καὶ ἡ εὐνομία καὶ ἡ ἐπιμέλεια πρός τε τὴν ἄλλην πολιτείαν, καὶ τὰ ναυτικά, ἀφ' ἧς ἐθαλασσοκράτησε πολὺν χρόνον, καὶ τὰ ληστήρια καθεῖλε, καὶ Ῥωμαίοις ἐγένετο φίλη — ἀφ' ὧν αὐτόνομος δὲ διετέλεσε καὶ πολλοῖς ἀναθήμασιν ἐκοσμήθη. — V. 7. Proprium enim Herculeae ſoboli maris terraeque imperium. Tlepolemus, Herculis filius, Rhodum venerat ibique plures exſtruxit urbes, teſte *Homero* ιλ. β. 686. cf. *Strabon.* L. XIV. p. 965. D. — γενέθλης Vat. C. a pr. m. — V. 8. κοιρανίᾳ vitioſe Vat. C.

Lectiones p. 311.] *CCXXXVIII.* [b] De hominum ſanctitate et innocentia agens *Clemens Alex.* Strom. V. 1. p. 652. 19. καὶ τοῦτο ἦν, ὃ ἠνίξατο, ὅστις ἄρα ἦν, ἐκεῖνος ὁ ἐπιγράψας τῷ εἰκόνι τοῦ ἐν Ἐπιδαύρῳ νεώ· Ἁγνὸν χρὴ κ. τ. λ.

CCXXXIX. Plan. p. 357. St. 496. W. Bonis templa Deorum patere docet, nec luſtrationibus iis opus eſſe; nam ſecundum *Epicharmi* dictum καθαρὸν τὸν νοῦν

ἐὰν ἔχῃς, ἅπαν τὸ σῶμα καθαρὸς εἶ, ap. *Clement. Alex.* Strom. VII. 844. 30. Facit huc verſus *Menandri* ab eodem ſervatus: πᾶς ἁγνός ἐστιν ὁ μηδὲν ἑαυτῷ κακὸν συνειδώς. — V. 3. οὐλοὸς emendabat Vir D. ap. *Huetium* p. 34. Sed οὐλοὸν ἦτορ de perſona dici potuit, ut κακὴ φρήν, πονηρὸς νοῦς et ſimilia. — V. 4. „Corrupte vulgo legitur ψυχὴν ἐκνίψει σῶμα μιαινόμενον. Emendaveram νᾶμα μιαινομένην. At praetuli conjecturam E. H. van Eldick in Suſp. p. 29. " *Br.* In eandem fortaſſe emendationem inciderat *Scaliger*, qui ap. *Huetium* p. 34. emendaſſe dicitur ψυχὴν ἐκνίψεις σῶμα μιαινόμενος. At multa ibi vitioſe exſcripta eſſe ſatis conſtat. *Pierſon.* in Veriſim. p. 148. νᾶμα μιαινομένην tentabat. Appoſite comparavit *Eldickius Ciceronem* de LL. II. 10. *Animi labes nec diuturnitate vaneſcere, nec omnibus undis elui poteſt.* Animam vitia et virtutes tanquam colorem quendam imbibere dicebat *Plato* de Rep. IV. p. 634. ita ut anima pro rerum, quibus imbuta fuerit, varietate varios colores oſtendere videretur. Conſer inprimis *Gataker.* ad *M. Anton.* L. III. 4. p. 70. et *Wyttenb.* ad *Plut.* de S. N. V. p. 111. Ad luſtrationis ritum ſpectant Aeſchylea in Eumenid. v. 281. βρίζει γὰρ αἷμα καὶ μαραίνεται χρέος Μητροκτόνου, μίασμα δ' ἔκπλυτον πέλει. Sic hos verſus ſcribendos et diſtinguendos exiſtimaverim. — Ceterum *Grotium* in noſtro Epigr. νᾶμα μιαινόμενον legiſſe, apparet ex ejus verſione:

Impurum cui pectus, abi: non eluet unquam
Mentem, quae de te ſordida fiet, aqua.

CCXL. Vat. C. p. 626. χρησμὸς τῆς Πυθίας. Primus hoc oraculum edidit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 64. unde id repetivit *Pierſon* in Veriſim. p. 148. — V. 1. ἁγνὸς εἰς et καθαρός. Utrumque emendavit *Dorvill.* quem velim docuiſſe, ἁγνῶς pro ἁγνὸς in veterum libris reperiri. — V. 2. νυμφαῖον νᾶμα eſt *purum* et *limpidum*, quo ſen-

ſu παρθένος πηγὴ occurrit ap. *Aeſchyl.* Perſ. 617. et παρθένιον φρέαρ in Hymn. Homer. in Cerer. v. 99. — V. 3. κεῖται. Si vera eſt lectio, ſenſus eſſe debet: Exiguus hic fons bonis viris deſtinatus eſt. κεῖσθαι enim dicuntur ea, quae uſui ſunt repoſita. Vide *Dorvill.* ad *Charit.* p. 438. At hunc ſenſum antitheſis non patitur. Nam ſi poëta dixit: *Exiguo hoc* fonte boni viri fruentur, epitheton *fonti* additum nullam vim habet et ſine ullo ſenſus detrimento omitti poteſt. Jam vero ſq. vſ. γάματα Ὠκεανοῦ opponuntur τῇ βαιῇ λιβάδι, unde apparet, generalem eſſe ſententiam, non ad unum modo, ſed ad omnes exiguae aquae fontes valentem. Hinc ſuſpicor poëtam ſcripſiſſe:

ὡς ἀγαθοῖς ἀρκεῖ βαιὴ λιβάς.

quo admiſſo nihil ad ſenſus integritatem deſiderabitur. Senſus fere ut ap. *Aeſchyl.* Choëph. 70. πόροι τε πάντες ἐκ μιᾶς ὁδοῦ βαίνοντες τὸν χειρωμενῆ φόνον καθαίροντες λούσειαν μάτην. *Sophocl.* Oedip. T. v. 1227. Οἶμαι γὰρ οὔτ' ἂν Ἴστρον, οὔτε Φᾶσιν ἂν Νίψαι καθαρμῷ τήνδε τὴν στέγην, ὅσα Κεύθει. *Catull.* LXXXVIII. 5. Scelus *Suscipit*, *o Gelli*, *quantum non ultima Tethys*, *Non genitor Nympharum abluit Oceanus.* ubi vide cl. *Doering.* Similia collegit *Gataker* in Miſcell. Adv. Poſthum. c. XL. p. 838. — V. 4. νίψῃ Vat. C.

CCXLI. Vat. C. p. 483. Plan. p. 382. St. 519. W. — V. 1. οὐρανὸν perperam corrigit *Brodaeus*, qui Dorismos in reliquis patienter tulit. — χωρεῖσα. Vat. C. Optime hujus diſtichi ſenſum explicuit *Salmaſius* ad *Solin.* p. 449. A. „Veteres breviſſimum diem et longiſſimum aeque in duodecim horas partiebantur. Hinc longiſſimae horae ſolſtitiales, brumales vero breviſſimae. Horologia itaque, quibus ad totum annum uterentur, iis rationibus facta oportuit, ut horarum incrementa et decrementa per ſingulos menſes et dies pe-

ne singulos descripta haberent et notarent. *Vitruv.* L. IX. 8. Hinc explicandum hoc distichon: ad omnem Solem accommodari dicit horologii lapidem, ad aestivum nimirum et brumalem aequinoctialemque atque omnium mensium.“ In eandem rem disputans *Ernestus* de Solar. Opusc. Philol. T. II. p. 24. recte monuit, singulis mensibus aut singulas aut paucas lineas attributas fuisse, e quibus omnium dierum horae sine insigni errore colligi possent. Nam omnium dierum lineas descriptas fuisse, nec veteres prodiderunt, nec probabile est; quod linearum multitudo turbare homines potuisset et vix locum in lacunaris angustiis habuisset.

CCXLII. Vat. C. p. 495. Plan. p. 122. St. 176. W. Sensum hujus distichi, quem Interpretes minime perspexerunt, aperuit Scholion a *Brunckio* ex membranis erutum: *Ὅτι φησὶ δεῖ μέχρι τῆς ἕκτης ὥρας τῆς ἡμέρας ἐργάζεσθαι, μετὰ δὲ ταύτην ἐπ' ἄριστον ἔρχεσθαι. τοῦτο δέ φησι δηλοῦν καὶ τὸ ὡρολόγιον· τὰ γὰρ μετὰ τὴν ἕκτην σημεῖα, τουτέστι τὸ τῆς ἑβδόμης, τὸ Ζ, καὶ τῆς ὀγδόης, τὸ Η, καὶ τῆς ἐνάτης, τὸ Θ, καὶ τῆς δεκάτης, τὸ Ι, κατὰ συλλαβὰς συναπτόμενα,* ΖΗΘΙ *δίδωσιν ἀναγινώσκειν, τουτέστι προτρέπεται· φάγε, ἵνα ζῇν ἔχῃς.* Idem Scholion dedit *Stephanus* proximo ante *Annotationes* loco. Nostrum fortasse distichon in mente habebat *Eustath.* ad Ια. Η. p. 554. 46. *Ἰστέον δέ, ὡς οὐ νυκτὶ μόνον πείθεταί τις εἰς τὸ σχολάζειν ἀπ' ἔργου, ἀλλὰ καὶ ταῖς μετὰ σταθερὰν μεσημβρίαν ὥραις, εἴ τε προσεκτέον τῷ ἀποφηναμένῳ, ὡς αἱ μὲν ἓξ πρῶταί τῆς ἡμέρας ὧραι, ἔργων εἰσίν, αἱ δὲ ἄλλαι, ζῆθι λέγουσι βροτοῖσι. — τοῦτο δὲ ἐσοφίσατο ἐκεῖνος, ἐκ τοῦ ἀριθμητικὰ σημεῖα τῆς ἑβδόμης, ὀγδόης, ἐνάτης καὶ δεκάτης ὥρας ὁμοῦ παρακείμενα, δοκεῖν ἐπιτάσσειν τοῖς ἐργατίναις ἑκάστῳ τὸ ΖΗΘΙ.* Conf. *Salmas.* ad *Solin.* p. 447. C. D. In horarum diei enumeratione, et quid in unaquaque earum conveniat fieri, *Martialis* L. IV. 8.

Sexta quies laſſis, ſeptima finis erit.
Sufficit in nonam nitidis octava palaeſtris;
Imperat exſtructos frangere nona toros.

Hinc ſex priores diei horas *ſerias* ejus *partes* appellat *Plinius* in Panegyr. c. XLIX. Paraſiti, σκιὰν ἀναμετροῦντες ἐπὶ τὸ δεῖπνον, ut *Plutarchus* loquitur T. II. p. 50. E. ſextam inprimis horam obſervabant. *Alciphron* L. III. 4. p. 284. ὁ γνώμων οὔπω σκιάζει τὴν ἕκτην· ἐγὼ δὲ ἀποσκλῆναι κινδυνεύω τῷ λιμῷ κεντούμενος. — Voc. ζῆθι non recte explicatur in Scholio ſupra laudato. Non enim ſignificat *ede, ut vivas*, ſed potius *vita fruere*, quo ſenſu Graeci ſemper ζῆν adhibent. Hoc itaque a βιοῦν accurate diſtinguit Epitaphium *Similis*, qui ſub Hadriano praetorii praefecturam exercuit: Σίμιλις μὲν ἐνταῦθα κεῖται βιοὺς μὲν ἔτη τόσα, ζήσας δὲ ἔτη ἑπτά. *Dio Caſſ.* L. LXIX. 19. p. 1167. Cf. *Fabrettum* Inſcr. p. 76. — Reſpondet Latinorum *Vive*, *Vivamus*, de quibus cf. *Burmann.* ad *Petron.* c. XXXIV. p. 164. *Mitſcherl.* ad *Horat.* T. II. p. 289. et quae notavimus ad *Agath.* Ep. XXVI. T. III. P. I. p. 70.

CCXLIII. Vat. C. p. 458. Plan. p. 322. St. 461. W. Qui in lemmate Erechtheus vocatur, idem eſt, quem vulgo Erichthonium vocant. Cf. Violarium Zenobiae p. 151. καὶ ἐκ τῆς γῆς ἐγένετο καὶ τοῦ ἐρίου ἄνθρωπος δρακοντόπους, ὃς καλεῖται Ἐρεχθεὺς καὶ Ἐριχθόνιος· ἀπὸ τοῦ ἐρίου καὶ τῆς χθονὸς τοὔνομα λαβών. Utrumque nomen apud poëtas obvium. — Caeterum hoc diſtichon non de una ſtatua ſeu Herma, Vulcanum una cum Minerva et Erichthonio exhibente, ſed de plegmate (*Gruppo*) accipiendum videtur. — Ἡ τέχνη συνάγειρεν ἃ μὴ φύσις. Haec parum acute dicta. Quae enim in ſequentibus ut a naturae legibus aliena proferuntur, non a ſculptore conjuncta erant, ſed ab eo, qui primus mythum de Erichthonii natalibus concepit.

¶. 200.] *CCXLIV.* Vat. C. p. 458. Plan. p. 322. St. 462. W. In tabulam pictam, quae Martem cum Venere cubantem exhibebat. Per feneſtram Sol amantium myſteria illuſtrabat. Jejunum Epigramma. V. 1. εἰς. Vat. C. — ἀμφιπεριπλέγδην. *Repoſian.* in Concub. Mart. et Vener. v. 108. *Quam bene conſertis haeſerunt artibus artus.* Cf. not. ad *Paul. Silent.* Ep. VII. 17. T. III. P. I. 128. nam de vinculis Amoris, quibus ſeſe innexos tenebant amantes, non de Vulcani catenis agitur, ut ap. *Statium* Sylv. I. 2. 59. *Feſſa jacet ſtratis, ubi quondam conſcia culpae Lemnia repſerunt deprenſo vincula lecto.* ubi certa emendatione legendum:

deprenſo vincula moecho.

Mercurius ap. *Lucian.* D. D. XVII. 2. T. II. p. 50. ἐφθόνουν τῷ Ἄρει, μὴ μόνον μοι χεύσαντι τὴν καλλίστην θεόν, ἀλλὰ καὶ δεδεμένῳ μετ' αὐτῆς. *Ovid.* Metam. IV. 182. *Ut venere torum conjux et adulter in unum, Arte viri vinclisque novâ ratione paratis, In mediis ambo deprenſi amplexibus haerent.* V. 3. ἐκ θυρίδος. *multo manifeſti lumine, quo ſe Plena per inſertas fundebat Luna feneſtras. Virgil.* III. Aen. 152. cf. *Burm.* ad *Propert.* p. 40. — V. 4. ἔστη σκοπέων. *Viderat effuſis Gradivum Phoebus habenis In gremio Paphiae ſpirantem incendia amoris. Repoſian.* l. c. v. 138. — Pro σκοπέων in Vat. C. vitioſe σκοπήσας. — V. 5. κήρυ. Vat. C. —.οὐδ' ἐπὶ χηρεῦ. ne pictus quidem in tabula iram deponere voluit. Minus recte haec accepit *Brodaeus.* Tabula, Medeam repraeſentante, deſcripta *Philippus* Ep. XLII. ἔῤῥε, καὶ ἐν χηρῷ παιδοκτόνε. Ep. ἀδεσπ. CCXCVII. ἁ δ' ἀγέρωχος Λύσσα καὶ ἐν χαλκῷ κεῖνο τὸ πικρὸν ἔχει.

CCXLV. In primis Vat. C. paginis ſine lectionis varietate. Plan. p. 323. St. 462. W. Venerem Praxitelis conſpicatus poëta, dubitat, an non Venus ipſa, Olympo relicto, in Cnidum deſcenderit. — V. 1. τίς λι-

θον.' *Quae manus bos animavit equos?*' Anth. Lat. II. p. 458. Pro ἐψύχωσε *Lennepius* ad *Phalar.* p. 22. 2. malebat ἐμψύχωσε. Ep. ἀδ. CCLXXIII. ὥστε τίς ἐμψυχον ἀνδρύσινιν ἤνυσε τέχνα. Ep. CCLXXXIV. ἔμψυχον τὸ πλάσμα. *Lucian.* T. II. p. 198. κινήσεως αὐτῷ καὶ μυκηθμοῦ ἕδει μόνον πρὸς τὸ καὶ ἔμψυχον εἶναι δοκεῖν. *Ariſtaen.* L. II. Ep. X. p. 88. εἴθε μοι τοιαύτην ἔμψυχον δοίητε φίλην.

CCXLVI. Planud. p. 323. St. 463. W. Cf. Ep. *Luciani* III. — Schedae *Krohnianae* noſtrum diſtichon cum diſticho vulgo inter *Platonis* Epigrammata edito veriſimiliter conjungunt, ſic:

Ἄ Κύπρις τὰν Κύπριν ἐνὶ Κνίδῳ εἶπεν ἰδοῦσα·
Φεῦ, φεῦ, ποῦ γυμνὴν εἶδέ με Πραξιτέλης;
Πραξιτέλης οὐκ εἶδεν, ἃ μὴ θέμις· ἀλλ' ὁ σίδηρος
Ἔξεσεν, οἵαν Ἄρης ἤθελε τὴν Παφίην.

Vide notata ad Ep. *Platonis* IX. T. I. P. I. p. 346.

CCXLVII. Planud. p. 324. St. 463. W.

CCXLVIII. Planud. p. 324. St. 463. W. Comparantur Veneris et Minervae ſtatuae, utraque pulchritudinis palmâ digniſſima. Geminum germanum eſt Epigramma *Hermodori* T. I. p. 262. — V. 2. τὸν Πάρι. Ed. Flor. pr. Ald. pr. et Aſcenſ.

¶. 201.] *CCXLIX.* Planud. p. 325. St. 464. W. Venus armata a Pallade ad novum certamen provocata, illud detrectat. Bis vertit hoc Epigramma *Auſonius* XLII. et XLIII.

Armatam vidit Venerem Lacedaemone Pallas.
Nunc certemus, ait, judice vel Paride.
Cui Venus: Armatam tu me, temeraria, temnis,
Quae quo te vici tempore, nuda fui.

* * *

Armatam Pallas Venerem Lacedaemone viſens,
Visne, ut judicium ſic ineamus? ait.
Cui Venus arridens: Quid me galeata laceſſis?
Vincere ſi poſſum nuda, quid arma gerens?

De Venere armata quaedam monuimus ad *Leonidae Tar.* Ep. II. T. I. P. II. p. 106. ſq. — V. 1. τὴν. Sched. *Krohn.* — V. 3. τί μοι σάκος ἀντίον αἴρειν. quid mihi opus eſt ſcutum contra te attollere i. e. armis in te uti? In talibus Graeci infinitivo elliptice poſito, ad indignationem quandam exprimendam utuntur; ut praeter alios docuit *Valckenar.* ad *Eurip.* Phoen. p. 572.

CCL. Planud. p. 327. St. 466. W. Miranti cuidam, quomodo fiat, ut Bacchus prope Minervam ſit poſitus, Bacchus rem explicat, multa ſibi cum Pallade communia eſſe docens. Argutum carmen, quod illuſtravit *Arnaldus* de Diis Παρ. c. XII. p. 70. ſq. — V. 1. τῇ γὰς ἄκοντες — εἰλαπίναι. Comparavit haec cl. *Mitſcherl.* cum Horatianis II. Odar. XIX. 25. *Quamquam, choreis aptior et jocis Ludoque dictus, non ſat idoneus Pugnae ferebaris: ſed idem Pacis eras mediusque belli.* Similiter Martem a Baccho alienum deſcribit *Euripid.* Phoen. v. 792. et 797. — V. 2. Vulgo poſt πόλεμοι diſtinguitur, quod minime ferendum. Nec ſic tamen verſus valde elegans. — V. 4. εἶκελος. Vulgo. Sed ἴκελος in optimis edd. lectum revocavit *Arnaldus.* — V. 7. Notandum φυὴν pro φῦλον, γενέθλην poſitum. — Utrumque Minervae et Bacchi munus junxit *Nemeſian.* Cyneg. 206. *Quin acidos Bacchi latices Tritonide oliva Admiſcere decet.* — V. 6. ἠῶος vulgo. ἐπ' Ὠκεανὸν ſuſpicabatur *Arnaldus*, ut Bacchus ſe Indos usque ad ultima Orientis maria ſuperaſſe dicat. Non video, quid inde lucremur. Ἰνδὸς ἀπ' Ὠκεανοῦ eſt circumſcriptio apud poëtas utriusque linguae frequenter obvia. *Paſtor ab Amphryſo. Virgil.* Georg. III. 2. *Atlas a litore Hibero. Sil. Ital.* V. 271. ubi vide *N. Heinſium.*

CCLI. Planud. eodem quo ſuperius loco. Cauſae, cur Bacchus juxta Herculem collocatus ſit, explicantur. Conf. *Arnaldum* de Diis Παρ p. 111. — V. 2. „Vulgo καὶ Ζηνὸς θύρσῳ δεινὸς, ὁ δὲ βοπάλῳ. Manifeſta corruptela.“ *Br.* Plane ſic, ut cl. editor, hunc verſum emendavit *Joſ. Scaliger* in not. mſt. — θύρσῳ δεινός. *gravi metuende thyrſo. Horat.* II. Carm. XIX. 8. *Corniger increpuit thyrſo graviore Lyaeus. Ovid* III. Amor. XV. 17. — V. 3. ὅπλα. ea, quibus uterque inſtructus eſt, praecipue, quae ad tela arcenda faciunt. Hunc uſum Herculi pellem leonis praeſtitiſſe, conſtat. *Diodor. Sic.* L. IV. p. 257. τὴν δὲ δορὰν αὐτοῦ περιθέμενος καὶ δι' ὰ μέγεθος ἅπαν τὸ ἴδιον σῶμα περιλαβὼν εἶχε σκεπαστήριον τῶν μετὰ ταῦτα κινδύνων. Idem ad Ajacem Telamonium poëtae transtulerunt, ut apparet ex *Argum. Ajacis Sophoclei* fin. περὶ δὲ τῆς πλευρᾶς, ὅτι μόνην αὐτὴν τρωτὴν εἶχεν, ἱστορεῖ καὶ Πίνδαρος, ὅτι τὸ μὲν σῶμα, ὅπερ ἐκάλυψεν ἡ λεοντῆ, ἄτρωτον ἦν· τὸ δὲ μὴ καλυφθέν, τρωτὸν ἔμεινε. — V. 4. „Vulgo male νεβρίς.“ *Br.* — πλαταγή. Crepitaculum illud, quo Hercules Stymphalides fugavit, quae χάλκεα κρόταλα appellat *Apollodor.* L. II. 5. 6. Fabulam illam enarrans *Apollon. Rhod.* L. II. 1056. ὄγε χαλκείην πλαταγὴν ἐνὶ χερσὶ τινάσσων δουπεῖ ἐπὶ σκοπιῆς περιμήκεος, αἱ δ' ἐφέβοντο Τηλοῦ, ἀτυζηλῷ ὑπὸ δείματι κεκληγυῖαι. *Etymol. M.* pag. 731. Στυμφαλίδας ὄρνιθας. — ἐξεδίωξεν αὐτὰς ὁ Ἡρακλῆς πλαταγῇ, μὴ δυνάμενος αὐτὰς κατατοξεῦσαι διὰ τὸ πλῆθος. — Vulgo παροξυτόνως ſcribitur πλατάγη, invitis Grammaticis, quorum auctoritatem ſequutus eſt *Eichſtaedt* V. cl. in *Diodoro* L. IV. 13. Cf. Praefat. p. XXVI. — ¶. 202.] V. 5. Uterque domum, mortali natura per flammas purgata, ad ſuperos evolaverunt. — Similiter Aeneam et Herculem, poſt obitum mirabilem, inter Deos relatos comparat *Iuvenal.* Sat. XI. 61. – *venies Tirynthius, aut minor illo Hoſpes, et ipſe tamen contingens ſanguine coelum, Alter aquis, alter flammis ad ſidę-*

ra miſſus. In verſu, qui proxime ſequitur: *Fercula nunc audi nullis ornata macellis*, probe perſpexit *Schraderus* vitium, ſed quod ipſe proponit *portata macellis*, nihili eſt. Tu ſcribe:

Fercula nunc audi nullis corraſa macellis.

CCLII. Vat. C. p. 483. Planud. p. 329. St. 468. W. In Hermaphroditi ſtatuam, in balneo viris mulieribusque communi collocatam. De ejusmodi ſtatuis quaedam acute monuit *Boettigerus in den Vaſengemählden.* III. p. 16. not. — V. 1. Ἑρμῆς — Κύπρις. Similiter de Hermaphrodito *Auſonius* Ep. C.

Mercurio genitore ſatus, genitrice Cythere,
Nominis ut mixti, ſic corporis Hermaphroditus,
Concretus ſexu, ſed non perfectus, utroque:
Ambiguae Veneris, neutro potiundus amori.

Cf. *Ovid.* IV. Metam. 384. — V. 2. σύμβολα. Puerum ſimul puellamque referens; muliebrem pulcritudinem in puerili corpore oſtendens. *Heynius* in Comm. T. X. p. 84. ne forte de ſtatua utriusque ſexus partes habente cogites. Cf. *Winkelmannum in den Anmerkungen zur Geſch. der Kunſt.* p. 37. — V. 4. ἀμφίβολον. *Lucian.* D. D. XXIII. 1. T. II. p. 79. de Hermaphrodito: ὁ δὲ θῆλυς καὶ ἡμίανδρος καὶ ἀμφίβολος τὴν ὄψιν. Οὐκ ἂν διακρίναις, εἴτ' ἄῤῥην ἐστὶν, εἴτε καὶ παρθένος. De puero formoſo *Horatius* II. Od. V. 21. *Quem ſi puellarum inſereres choro, Mire ſagaces falleret hoſpites Diſcrimen obſcurum ſolutis Crinibus ambiguoque vultu.* qui locus obverſabatur *Statio*, Achillem deſcribenti, cultu muliebri inſtructum, in Achill. I. 336. *fallitque tuentes Ambiguus, tenuique latens diſcrimine ſexus.* Plura vide ap. *Marklandum* ad *Statii* Syly. II. 6. 39. p. 112. ſeq.

CCLIII. Plan. p. 331. St. 470. W. In Amoris, quatuor coronis instructi, statuam. Vid *Mariani Schol.* Ep. I. Byzantini poëtae esse videtur. — V. 1. Scribendum: τὸν ἐκ Λιβάνοιο. agitur enim de monte Libano, ubi Venerem cum Amore cultam esse constat. Iis, quae notavimus ad *Leontii* Ep. X. T. III. P. I. p. 197. adde *Eusebium* in Vita Constant. III. 53. qui Venerem, in Libano cultam, αἰσχρὸν δαίμονα appellat, in cujus sacris viri muliebria paterentur, mulierum vero essent παράνομοι ὁμίλιαι, ἄῤῥητοί τε καὶ ἐπῤῥήτοις πράξεις, ὡς ἐν ἀνόμῳ καὶ ἀποστάτῃ χώρᾳ. — V. 3. Νύμφης. Unus Amor Veneris erat filius, reliqui Nympharum. *Claudian* X. 72. *Mille pharetrati ludunt in margine fratres, Ore pares, similes habitu, gens mollis Amorum. Hos Nymphae pariunt, illum Venus aurea solum. Philostrat.* I. Imag. VI. p. 770. εἰ δὲ πλῆθος Ἐρώτων, μὴ θαυμάσῃς· Νυμφῶν γὰρ δὴ παῖδες οὗτοι γίγνονται. — V. 4. ἔργα φυτοσκαφίης. An alibi apud veteres poëtas Amor rei olitariae praepositus occurrat, ignoro. Nec tamen haec imago mirabilis videbitur iis, qui in antiquae artis monimentis Amores (sive Genios potius, sub Amoris specie repraesentatos) ad omnia fere vitae ministeria adhibitos meminerint. — Hoc Epigramma in Ed. Flor. pr. desideratum, primus edidit Aldus in Lectionibus ed. Ald. pr.

CCLIV. Vat. C. p. 457. Plan. p. 333. St. 473. W. Ineptum distichon in Iunonem, mammam Herculi praebentem. Nota fabula, unde viae lacteae origo explicabatur. Vid. *Eratosthen.* Catast. c. XLIV. *Hygin.* P. A. II. 43. Superest statua Iunonis cum Hercule infante, cujus delineationem vid. ap. *Winkelm.* Monim. ined. T. XIV.

CCLV. Plan. p. 335. St. 474. W. Cf. *Mesomedis* Hymn. in Nemes. T. II. p. 292. Epigramma nostrum cum sequente explicavit *Spanhem.* ad Callim. p. 472.

¶. 203.] *CCLVI.* Planud. l. c. τίνος οὕνεκα. Vulgo.

CCLVII. Planud. p. 344. St. 483. W. In Nemesin Rhamnusiam, ex marmore, a Persis in Atticam allato, factam. Cf. not. ad *Parmenion.* Ep. VI. T. II. P. II. p. 113. et ad *Theaetet. Schol.* Ep. IV. T. II. P. III. p. 406. Vertit hoc Epigr. *Ausonius* Ep. XXI.

Me lapidem quondam Persae advexere, tropaeum
Ut fierem bello: nunc ego sum Nemesis.
At sicut Graecis victoribus adsto tropaeum,
Punio sic Persas, vaniloquos Nemesis.

V. 2. „στήσωνται. Malim στήσοιντο. In uno Planud. R. στήσονται." *Br.* — V. 4. τοῦ πολέμου. superbiae, qua bellum in Graeciam susceperant, vindex.

CCLVIII. Vat. C. p. 488. Plan. p. 335. St. 475. W. Sensum h. versus lemma diserte explicat.

CCLIX. Plan. p. 27. St. 41. W. Simile Ep. *Platonis* XIII. — V. 1. ἔχεο. Vulgo. Nostrum habetur in membr. Vat. ubi hoc Epigr. in prioribus pag. legitur. Ibid. ἡ et κεκλιμένη. Pinus Zephyris opposita, κεκλιμένη, ut ap. *Alciphr.* III. 12. p. 304. μεσημβρίας οὔσης σταθερᾶς φιλήνεμόν τινα ἐπιλεξάμενος πίτυν, καὶ πρὸς τὰς αὔρας ἐκκειμένην. — V. 3. ἠνὶ δέ. Vulgo. — ἔνθα. ubi fistulam inflans ad dulcem somnum invito. Sic fere *Plato* l. c. καὶ σοὶ — σύριγξ θελγομένῳ ἄξει κῶμα κατὰ βλεφάρων. — V. 4. ἐρημαίοις. *Meleäger* Ep. CXI. τέττιξ — ἀγρόνομον μέλπεις Μοῦσαν ἐρημολάλας.

CCLX. Plan. p. 335. St. 475. W. Boni poëtae Epigramma, cui comparandum Ep. nuper editum a V. cl. *Huschkio* in Anal. crit. p. 232. ex Vat. membr. p. 491. — V. 2. In ed. Fl. pr. et Ald. 1. γυῖα καμάτου, quod posteriores in μόθου mutarunt. At hoc non de quovis labore, sed de labore bellico usurpari solet. Hoc nomine praestat *Brunckii* emendatio, quam tacite in

textum admiſit. Non minus tamen probabiliter ſcripſeris:

ἄμπανσον μογεροῦ μαλθακὰ γυῖα ΚΟΠΟΥ.

quod etiam facilius in καμάτου depravari potuit. *Ruſin.* Ep. V. ἕκλυτος ὑπναλέῳ γυῖα κέκμηκα κόπῳ. Incert. Ep. CCCLXIII. δίψαν καλακὼν Ἄμπανσον παρ' ἐμοὶ καὶ κόπον (ſic Vat. C. pro πόνον) ἡσυχίῃ. — V. 3. ἔχει σε. *Meleager* Ep. CXI. ὄφρα φυγὼν τὸν Ἔρωτα, μεσημβρινὸν ὕπνον ἀγρεύσω Ἐνθάδ' ὑπὸ σκιερῇ κεκλιμένος πλατάνῳ. — ¶. 204.] V. 5. ποιμήν. Vulgo. Apte haec comparavit cl. *Mitſcherlich* cum Horatianis III. Od. XXIX. 18. *Iam Procyon furit — Et ſtella veſani leonis, Sole dies referente ſiccos. Iam paſtor umbras cum grege languido, Rivumque feſſus quaerit, et horrida Dumeta Silvani.* — V. 7. καύματ' ὀπωρινοῖο φυγὼν κυνός. ἀστέρα ὀπωρῳὸν appellat *Homer.* Ιλ. Ε. 5. cf. Euſtath. p. 389. 22. *Aratum* v. 333. ibique *Schol. Tibull.* I. El. I. 27. *Sed Canis aeſtivos ortus vitare ſub umbra Arboris, ad rivos praetereunsis aquae.* Iam ponamus Epigr. ab *Huſchkio* V. cl. optime emendatum:

Τᾷδ' ὑπὸ τὰν ἄρκευθον ἴτ' ἀμπαύοντες, ὁδῖται,
γυῖα παρ' Ἑρμείᾳ σμικρόν, ὁδοῦ φύλακι·
μὴ φύρδαν, ὅσσοι δὲ βαρεῖ γόνυ κάμνετε μόχθῳ
καὶ δίψᾳ, δολιχὰν εἶμον ἀνυσάμενοι.
πνειὴ γὰρ καὶ θῶκες ἐΰσκιος· ἃ δ' ὑπὸ πέτρᾳ
πίδαξ εὐνήσει γυιοβαρῆ κάματον.
ἔνδιον δὲ φυγόντες ὀπωρινοῦ κυνὸς ἄσθμα,
ὡς θέμις, Ἑρμείην εἰνόδιον τίετε.

ἄλμα. *ſaltum.* τὸ ἅλσος. Ανυόφρων. ἵν' ἄλμα πεμπτοῦ καὶ χαμαιπίδου διπλοῦν· λέγεται δὲ καὶ ὁ κλάδος παρ' Αἰολεῦσιν. *Etymol. M. Euripid.* Ion. v. 1268. ὅθεν πετραῖον ἅλμα διασκευάσεται.

CCLXI. Vat. C. p. 378. Plan. p. 343. St. 482. W. Etiam hoc Epigramma ſcriptum in Pana, ad fon-

tem in antro positum. — V. 1. Νυμφῶν. Vulgo et in Vat. C. Nympharum dux dicitur, qui cum Nymphis choros instituit. *Homeri* Hymn. in Pan. VII. 2. αἰγοπόδην, δικέρωτα, φιλόκροτον, ὅστ' ἀνὰ πίσεα δενδρήεντ' ἄμυδις φοιτᾷ χορεύθεσι Νύμφαις. Ibid. 19. Σὺν δὲ σφιν τότε Νύμφαι ὀρεστιάδες, λιγύμολποι, Φοιτῶσαι πύκα πρασιὴν ἐπὶ κρήνῃ μελανύδρῳ — Μέλπονται. Cf. *Platon.* Ep. XIV. et *Alcaei Messen.* Ep. XII. — V. 2. „τόνδε δόμον. Subauditur κατά. *qui latitat in hoc antro.* Mallem τόνδε λέλογχε δόμον.“ *Br.* Vitiosam esse vulgatam dubitare noli. Scribendum puto;

ὃς πέτρινον τόνδε γέγηθε δόμον.

qui hoc antro delectatur. Verba χαίρειν, ἥδεσθαι, γηθεῖν plerumque ablativum, nonnunquam accusativum adsciscere constat. *Homer.* Il. I. 77. τίς ἂν τάδε γηθήσειε. ubi *Eustath.* p. 631. 21. Φασὶ δὲ καὶ Κρατῖνον οὕτω που γράψαι, γέγηθα τὸν ἄνδρα· τοιοῦτον καὶ παρ' Εὐριπίδῃ τό· τοὺς εὐσεβεῖς θεοὶ θνήσκοντας οὐ χαίρουσι· καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ τό· ἥσθην πατέρα τὸν ἐμὸν εὐλογοῦντά σε. Εἴη δ' ἂν οὐκ ἀπᾴδον πρὸς ταῦτα οὐδὲ τό· τὸ δ' ἔπος ὃ ἐξερῶ τάχα ἥδοιο μέν. χρήσιμον δ' εἰς αὐτὰ καὶ τό· πρᾶξιν ἣν ἤλγησ' ἐγώ. His exemplis addendus fortasse locus *Sophocl.* Elect. 922. nuper merito impugnatus a *Purgoldio*, juvene acutissimo, in Observatt. crit. p. 136. Scripsisse videtur Tragicus:

οὐκ οἶσθ' ὃ γηθεῖς, οὐδ' ὅπαι γνώμης φέρῃ.

non, ut vulgo legitur, ὅπου γῆς. Illud contextui unice accommodatum, et praecedentibus Chrysothemidis verbis: τί δ' ἔστιν; οὐ πρὸς ἡδονὴν λέγω τάδε — tantum non flagitatur. — πέτρινος δόμος, ut λάϊνον ἄντρον ap. *Theocrit.* Eid. VII. 149. — V. 3. ἄμμι. Vat. C.

CCLXII. Plan. p. 336. St. 475. W. In Pana, supra cujus caput nubecula conspiciebatur. Hinc poëta eum revera Jovis progeniem esse affirmat. Frustra

alium ſenſum ex planiſſimis hujus Epigram. verbis extundere inſtituas. Sed quid pictor — nam de picta imagine agitur — nubecula illa ſignificare voluerit, non exputo. *Brodaeus* quidem *Euſebium* laudat, qui Praep. Evang. L. III. Pana σφαῖραν χρυσῆν ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἔχοντα fingi ait, quae eum *univerſae ſubſtantiae materialis dominatorem* (*Macrob.* Saturn. I. 22. init.) ſignificaret. Sed aliud eſt ſphaera, aliud nubecula.

CCLXIII. Plan. p. 343. St. 483. W. In Pana ex aere, qui in loco Dictynnae ſacro in antro ſtabat. Dictynna ap. Cretenſes colebatur, a monte Dicte vocata. Vide *Strabon.* L. X. p. 733. C. 734. A. et *Spanhem.* ad *Callim.* p. 309. ſq. — V. 1. τοῖόν με καθ' ἱερόν. Sic, ut me vides, Cretenſis collocavit in hoc fano. Hoc ſenſu accipi poteſt vulgatum τοῖον· ſed longe probabilius mihi videtur, depravatum eſſe vocabulum ex nomine hominis, qui illam ſtatuam dedicaverat. Fac enim, ſcriptum fuiſſe:

Δικτύννης Πείσων με καθ' ἱερὸν ἵμπυσεν ὁ Κρὴς

vel aliud nomen repone, et aliquid elegantiae huic loco accedere ſenties. Perperam *Iunius* in Pictor. Catal. ex hoc Epigrammate p. 57. ſtatuarium nobis *Cres* appellatum obtrudere conatus eſt. — V. 3. „Vulgo legitur ἐκ δέ γε πέτρας σκήλυγγος.“ *Br.* Emendationis fontem indicare neglexit cl. editor, quem ſic ex ingenio ſcripſiſſe nullus dubito. At in vulgata

ἐκ δέ ΓΕ ΠΕΤΡΑΣ

non id latet, quod *Br.* dedit, ſed potius

ἐκ δὲ ΠΕΤΡΑΙΑΣ
σκήλυγγες — —

πέτρινος δόμος ſupra eſt de antro Pani ſacro Ep. CCLXI. nec aliter loquitur *Eurip.* Iph. in Aul. v. 1082. πετραίων

ἐπ' ἄντρων ἐλθοῦσαν. et Cycl. v. 82. ἄντρα δ' εἰς πετρηρεφῆ. — V. 4. τεῖνω βλέμμα. Oculos in montes intendo, feras, si quae prodierint, observans. Pana enim venatorem, Dianae πάρεδρον, hoc Epigramma nobis sistit.

¶. 205.] *CCLXIV.* Planud. p. 343. St. 483. W. De Pane, in pugnae Marathoniae memoriam, Athenis sub arce collocato, vide notata ad *Simonid.* Ep. XXVIII. T. I. P. I. p. 219. — V. 1. ἄκρης. Aldin. 1. 2. 3. ἄκρην Ascens. et Steph.

CCLXV. Planud. p. 340. St. 480. W. In Veneris statuam, in maris litore a Glycera, Dionysii filia, collocatam. — V. 2. ἑζόμενος vulgo et in fine γιόνος. — V. 4. „Omnino scribendum mihi videtur ποεφύρεον ἁπαλᾶς κῦμα παρ' ἰόνος. " *Br.* Non persuadet. ἁπαλὸν κῦμα molles undae sunt, quae leniter litus alluunt, quales describit *Lucretius* L. II. 375. *qua mollibus undis Litoris incurvi bibulam pavit aequor arenam.* quod *Virgil.* expressit IX. Aen. 816. *Ille* (fluvius) *suo cum gurgite flavo Accepit venientem, ac mollibus extulit undis.* — Litus ποεφύρεον sic dicitur ab undis, ad quas hoc epitheton proprie pertinet, permutatione ubivis obvia.

CCLXVI. Plan. p. 341. St. 481. W. In Amorem, fulmen frangentem. Vide Gemmam ap. *Lippert.* Dactyl. I. nr. 775. — Distinctionem post ἰδών positam melius deleveris. Fortasse praeterea scribendum;

Ὁ παιδὸς τὸν παιδά, ἰδού, ἄγνυσι κεραυνόν.

Hoc mihi quidem verisimilius videtur, quam hoc distichon, quod vulgo fieri video, de Anterote accipi. — V. 2. πῦρ πυρός. Amor fulmine potentior.

CCLXVII. Planud. p. 341. St. 481. W. Elegans Epigramma et *Meleagro*, vel meliore etiam poëta dignum. Scriptum in Amorem, ab alio Amore vulneratum. De Anterote explicant, de quo tradidit *Pausan.* I. 30. p. 75. et *Suid.* in Ἀντέρως, cujus articuli

pars posterior–ducta videtur ex *Heraclide Ponzico* περὶ Ἐρωτικῶν, unde historiam de Charitone et Melanippo derivavit *Athen.* L. XIII. p. 602. et *Aelian.* V. H. II. 4. Elide in gymnasio Ἔρωτος et Ἀντέρωτος aræ conspiciebantur, teste *Pausan.* L. VI. c. 23. p. 511. In Gemma ap. *Lippert.* nr. 833. Amor tristis humi sedet, Anterote aufugiente. Cf. *Manso über verschiedene Gegenst. der Mythol.* p. 337. sqq. Diverso autem modo veteres de Anterote tradiderunt. Alii *mutuum* Amorem intelligunt, alii *contrarium*, qui Amorem resolvat. Vide *Servium* ad *Virgil.* Aen. IV. 520. et quae docte de eo monuit *Huschkius* in Anal. Cr. p. 47. Cum *Servio* facit Epigramma nostrum, quo Amoris impotentia suis ipsius telis impugnata insolentisque pueri superbia Nemesios armis fracta repraesentatur. Iam conf. *Meleagri* Ep. XLII.

Τί κλαίεις, φρενόληστέ, τί δ' ἄγρια τόξα καὶ ἰοὺς
ἔῤῥιψας, διφυῆ ταρσὸν ἀνεὶς πτερύγων;
Ἦ ῥά γε καί σε Μύϊσκος ὁ δύσμαχος ὄμμασιν αἴθει;
ὡς μόλις, οἷ' ἔδρας πρόσθε, παθὼν ἔμαθες,

et quae ibi notavimus T. I. P. I. p. 61. — V. 1. τὸν ἐναντίον. Si codex offerret

πανῷ πανδὺ Ἔρωτα καταντίον ἔπλασ' Ἔρωτι

id non repudiarem. — V. 3. τά κ' ἔρεξεν. Vulgo. Locutionem illustravimus ad *Meleagrum* l. c. — V. 4. ἐς κόλπον ἐκέντησεν. Ad avertendam Nemesios impotentiam ter in sinum spuit. Cf. not. ad *Straton.* Ep. LXXI. T. II. P. III. p. 112.

CCLXVIII. Planud. eodem quo superius loco. Et est ejusdem poëtae et praecedentis quodammodo continuatio. — V. 2. ἤνυσε pro composito παρήνυσε, me excitavit, ut alas in fratrem moverem eumque telis peterem.

¶. 206.] *CCLXIX.* Plan. p. 341. St. 481. W. Dianam ad ſacra euntem poëta deſcribit. Arcu Dea et pharetra depoſita, pedibus nudis et veſte ad talos demiſſa incedit. Suſpicabatur Ill. *Heynius* in Comment. T. X. p. 105. poëtae obverſatam eſſe Apellis tabulam, qui Dianam *ſacrificantium virginum* choro mixtam pinxiſſe traditur ap. *Plin.* H. N. XXXV. 36, 17. ubi tamen de lectionis ſinceritate dubitat *Leſſingius* in Laoc. p. 224. not. *c.* Diana, ad ſacrificium ipſi a mortalibus factum accedens, omnia, quae illis timorem incutere poſſent, depoſuiſſe putanda eſt, ut placida videretur omnibus et propitia. Eandem ob cauſam, ubi, ſylvis relictis, puerperas adjuvat, arcum Nymphis tradere fingitur in Ep. *Noſſidis* III., et apud *Phaedimum* Ep. III. laudatur, quod ad Themiſtodicen, puerperio laborantem, ἆτερ τόξου venerit. Quamvis ibi ſimul ad Εἰλειθυίης βέλη reſpicitur. — V. 1. παρ' αὐχενίῃ. Ed. Flor. pr. Ald. 1. 2. — V. 2. ἐνδρομίδας. caligarum genus, venatoribus inprimis uſurpatum. *Pollux* VII. 93. Hinc ap. *Callimach.* H. in Dian. v. 16. infans Diana Jovem ἐνδρομίδας rogat. Etiam Iris, ut Deorum nuncia, ἐνδρομίδας gerit. Vide *Graevium* ad *Callim.* H. in Del. 237. Et Furiae venantium habitu repraeſentatae, quod nuper docuit *Boettigerus in der Furienmaske.* p. 40. Cretenſem caligarum illarum originem indicat Λυκαστείων ἐνδρομὶς ἀρβυλίδων. — V. 3. Cum vulgo legatur πρὸς ἄκρην ἰγνῦν, *Ioſ. Scaliger.* emendavit πρὸς ἄκρουν ἰγνύων. *Brunckii* emendatio lenior. *Chriſtodor.* in Ecphr. v. 307. de Diana:

οὐ τόξον ἐκηβόλον, οὐδὲ φαρέτρην
ἰοδόκον ἀνέχουσα κατωμαδόν· ἦν δ' ἐπὶ γαύνων
παρθένιον λεγνωτὸν ἀναζωσθεῖσα χιτῶνα.

ubi vide not. T. II. P. III. p. 120. *Ovid.* X. Metam. 536. *Nuda genu, veſtem ritu ſuccincta Dianae.*

CCLXX. Plan. p. 342. St. 482. W. In ſtatuam Bacchi a Myrone conflatam. De hac imagine nihil aliunde conſtat. V. 1. „Vulgo χαλκῷ legitur.“ *Br.* — γενεήν. Similiter Apelles Venerem genuiſſe dicitur ap. *Ovid.* III. A. A. 401. *Si Venerem Cous nunquam genuiſſet* (al. *pinxiſſet*. al. *poſuiſſet*) *Apelles, Merſa ſub aequoreis illa lateret aquis.* *Iul. Aegypt.* Ep. XXXII. ἔρτι θαλασσαίης Παφίη κροῦνυψε λοχείης Μαῖαν Ἀπελλείην εὐφαμένη καλάμην. Ep. in Stat. Athlet. LX. T. III. 32. χεῖρ οἵη γεννᾷν τοὺς πάλαι τεθνηκότας. Ep. ἀδεσπ. CCXXIV. ἃ δὲ Μέγωνος χεὶρ οὐ πλάσεν, ἀλλ' ἔτεκε.

CCLXXI. Plan. p. 344. St. 483. W. — V. 1. καρποτόκῳ. Fertilitatis auctor habebatur, cujus indicium *viperae inſurgentes ejus dextra laevaque et ſpicae Cereales*, quibus eam inſtructam fingit *Appul.* Metam. XI. init. Eandem cum Cerere comparabant Graeci. — μυριομόρφῳ. Unice huc facit memorabilis locus ap. *Appulejum* l. c. ubi Iſis Lucio per quietem viſa, his verbis utitur: *En adſum – rerum Natura parens*, (i. e. ταχυμήτωρ. niſi forte fuit πολυμήτορι) *elementorum omnia domina – Deorum Dearumque facies uniformis – cujus numen unicum, multiformi ſpecie, ritu vario, nomine multijugo totus veneratur orbis.* — V. 2. Iſidis feſtum in nonnullis urbibus ita celebrari ſolebat, teſte *Diodoro Sic.* I. 14. p. 18. ut in pompa vascula circumferrentur, hordei et tritici plena, ἀπομνημόνευμα τῶν ἐξαρχῆς τῇ θεῷ φιλοτέχνως εὑρεθέντων. — μογερῶν ἀπάνευθεν ἐρίτρων. ut aureo aevo, quo καρπὸν ἔφερε ζείδωρος ἄρουρα Αὐτομάτη πολλόν τε καὶ ἄφθονον. *Heſiod.* Ε καὶ Η. 118. *Ovid* III. Amor. VIII. 39. *At meliora dabat curvo ſine vomere fruges, Pomaque. Horat.* Epod. XVI. 43. *reddit ubi Cererem tellus inarata quotannis.* Cf. *Antip. Theſſ.* Ep. XXXIX. 7. 8.

CCLXXII. „In Planud. p. 344. St. 484. W. duo ſunt Epigrammata, quorum prius diſtichis primo, ſe-

cundo et ultimo hujus carminis conſtat; alterum, repetito primo diſticho, tertium illi et quartum ſubjungit. Mihi controverſia nulla obmoveri poſſe videtur, quin haec male divulſa et turbata fuerint." *Br.* Valde dolendum eſt, quod hoc Epigramma cum plurimis illis, quae artis opera deſcribunt, in Vat. membr. deeſt. Recte clar. Editor duo carmina in unum contraxit, deleto primo diſticho, quod, cum poſterior pars Epigrammatis in alteram forte paginam procurreret, aut in ſumma pagina, aut in margine iterum erat ſcriptum, cujusmodi repetitionum haud pauca ſunt in Vat. membr. exempla. „Exhibuerat artificis manus ſenem in terram projectum, frendentem dentibus nudatis, emaciatum, capite manu ſubnixo, baculo terrae innirentem, coma hirta, cute rugoſa; ut tantum non Livor ſeu Invidia expreſſa videri poſſit." *Heynii* verba ſunt in Comment. T. X. p. 93. Livorem ab Apelle pictum commemorat *Lucian.* T. III. p. 131. ſq. ed. R. ἀνὴρ ὠχρὸς καὶ ἄμορφος, ὀξὺ δεδορκὼς καὶ ἐοικὼς τοῖς ἐκ νοσέου μακρᾶς κατεσκληκόσι. Poëta in Anthol. Lat. T. I. p. 546. de Livore:

Ut debet, ſibi poena ſemper ipſe eſt.
Teſtatur gemitu graves dolores:
Suſpirat, fremit, incutitque dentes.
Sudat frigidus, intuens quod odit.
Effundit mala lingua virus atrum;
Pallor terribilis genas colorat;
Infelix macies renudat oſſa.

V. 1. 2. „In primi diſtichi, quod bis legitur in Planud. hexametro abſurde ediderunt παναπεινθέα, quum manifeſto ſenſus requirat βαρυπεινθέα, πολυπεινθέα. At unica mutata litera vox genuina rediit. Ἐσθλοῖσι ſine ν et ἐνεπλάσατο habent duo regii codd. in iisdem v. 7. ut in oditis omnibus ante Stephanum σεσηρός." *Br.* τελα-

πενθέα emendavit *Huet.* p. 33. — V. 3. Quam vivida vis imaginis! Spirare videtur ſenex humi recumbens. In fine diſtichi major diſtinctio ponenda. Deinde nulla cauſa erat ſatis gravis, cur *Brunckius* verba μανύει δίστοιχος – εὐτυχίας, quae vulgo poſt v. 4. leguntur, inde removeret et in ultimo carminis loco collocaret. His in priſtinum locum, jure poſtliminii, revocatis, ſententiarum contextus et elegantior eſt et facilior. μανύει, αὐτὸν ſcil. Momum eſſe indicant dentes, cutis arida etc. Sic ſtatim proximo Epigr. νεῦρά σε μανύει τετανυσμένα. Cf. notata ad *Asclepiad.* Ep. X. T. I. P. II. p. 29. „Vulgo ὀλέθριος, quod ſic ad ὄγμος inepte refertur, quum ad Momum referendum ſit: ὁ δίστοιχος ὄγμος ὀδόντων περιόντων – μανύει αὐτὸν ὀλέθριον ὄντα.“ *Br.* Quaſi ὀλέθριος non et ſic ad Momum referri poſſit, epitheto a perſona ad partem translato, ὄγμος ὀδόντων τοῦ ὀλεθρίου. Quodſi tamen duplex epitheton in eundem ſonum exiens offenſioni fuerit, admittatur ὀλέθριον, ita tamen, ut pro αὐτὸν ſimpliciter accipiatur. ὄγμος ὀδόντων, dentium ordo. *Schol. Nicandri* Ther. 571. ὄγμος. – ἡ τάξις, ἡ ἐπίστιχος φυτουργία τῶν δένδρων, καὶ ἡ κατὰ τάξιν ἀγωγή. Dentibus autem inter Livoris ſigna primus debebatur locus, quippe quibus alios carpere et rodere ubique dicitur. Hinc *dens invidus* ap. *Horat.* IV. Od. III 16. ubi vid. *Mitſcherlich.* — V. 5. „Pro κεῖνος ſcribendum κρατός. Illud otioſum, frigidum et ineptum eſt, quod eo liberius dicere poſſum, quia meum eſt; in Planudea enim legitur κείνου, toto loco aliter interpuncto, ſed non melius.“ *Br.* Legitur enim apud Planudem:

καὶ τὸ κατεσκληκὸΣ ΚΕΙΝΟΥ βάρος· ἕ μὲν ἐρείδει
ψιλὸν γηραιᾷ χειρὶ βαλὼν κρόταφον.

Illo diſtichio, de quo paulo ante dixi, in priſtinam, quam olim recte obtinebat, ſedem revocato, totum hunc locum ſic emendandum et diſtinguendum puto:

Μανύει δίστοιχος ἀλέθριον ὄγμος ὀδόντων,
περιομένων ἐπὶ τὰς τῶν πέλας εὐτυχίας,
καὶ τὸ κατεσκληκὸς ΣΚΗΝΟΥΣ βάρος· ᾧ μὲν ἐρείδει
ψιλὸν γηραιᾷ χειρὶ βαλὼν κρόταφον.

In hac emendatione me veram et genuinam poëtae manum assecutum esse nullus dubito. Momum conspici indicat *aridi corporis macies*. De σκῆνος, σῶμα, vide *Interpp. Hesychii* T. II. 1208. 25. *Barnesium* ad *Eurip.* Heracl. v. 690. et *Davisium* ad *Maxim. Tyr.* Diss. VIII. 3. p. 133. ed. R. Iusto fortasse videbor audacior, si proximum quoque vocabulum in mendo cubare dixero. Fieri potest, ut fallar: sed parum abest, quin scribendum esse contendam:

καὶ τὸ κατεσκληκὸς σκήνους βάκος.

Certe hoc a codice oblatum nemo facile sperneret. *Lucian.* Tim. 32. T. I. p. 102. ἵν' αὖθις ὁ Πλοῦτος παρελαβὼν αὐτὸν — μαλθακὸν. καὶ ἀγεννῆ καὶ ἀνόητον ἀποφήνας, ἀποδῷ πάλιν ἐμοὶ βάκος ἤδη γεγενημένον. ubi vide *T. Hemsterh.* p. 398. *Crinagor.* Ep. XXXVI. κεῖται δὲ τῇδε τοὐλιγηπελὲς βάκος Εὐνικίδαο. *Antiphil.* Ep. XLI. μυριέτης, ἄλλοιο βίου βάκος. Iam his nostris conjecturis praeclare respondet magni *Hug. Grotii* interpretatio:

Et corpus, fera quod tabes edit: altera languens
Sustinet annosi tempora macra manus.

βαλὼν κρόταφον. Eadem manu, qua caput fulcit, idem percutit, quod indignabundi est et desperantis. — ¶. 207.] V. 7. Ut altera manu caput feriebat, sic altera, qua baculum tenebat, percutiebat terram. κωφὰ ἔπεχθ. i. e. μάτην, αὔτως, ut ap. *Theon.* Ep. III. κωφὰ δὲ μήτηρ μύρετο. Minus recte haec accepit *Grotius*, qui vertit:

Altera ringentis baculo veſtigia firmat,
Dum nil ſenſurum murmurat in lapidem.

CCLXXIII. Planud. p. 344. St. 484. W. „Aldus Manutius primus in Append. edit. 1503. epigramma hoc protulit, quo caret editio Florentina, et quod a quibusdam Planudeae codd. abeſſe comperi.“ *Br.* — V. 1. Tabeſce inde ab unguibus. Parum commode *Brodaeus* comparavit *Ciceron.* Tuſc. Qu. II. 24. *Toto corpore et omnibus unguis, ut dicitur, contentioni vocis aſſerviunt.* Cf. V. D. in Miſcell Obſſ. T. I. p. 401. Noſter eorum morem ſpectavit, qui, ubi ipſis aliquid displicet, ungues ſibi rodunt. *Martial.* IV. 27. *Ecce iterum nigros corrodit lividus ungues. Da, Caeſar, tanto tu magis ut doleat.* — V. 2. ἰοβόλους *veneni plenos. rubiginoſi dentes* lividi ſunt ap. *Martial.* V. 28. *dens ater* ap. *Horat.* VI. Epod. fin. — πάμφαγε M. *Livor edax. Ovid.* II. Amor. XV. 1. — V. 3. νεῦρα. Similiter de Eryſichthone, fame confecto, *Callim.* H. in Cerer. 93. ἐτάκετο, μέσφ' ἐπὶ νευραῖς Δειλαίῳ ῥινός τε καὶ ὀστέα μοῦνον ἐλιφθεν. — φλέβες. *Silius Ital.* II. 466. *jam lurida ſola Tecta cute et venis male juncta trementibus oſſa Exſtant.* — V. 4. κενὴ σ. δύναμις corporis tantum non exanimati debilitas. Carnem putridam, ſiccatam, ceu defuncti hominis, a pictore repraeſentatam tibi finge. — V. 6. Quae tandem ars te mortalibus inimicum daemonem egregia arte ita animavit, ut ne tuis quidem dentibus (i. e. tuae reprehenſioni) locum relinqueret? — Senſus igitur, opus eſſe ἀμώμητον. — Vulgo ἀνδρόσσιν et v. ſq. δήκτῳ. Utrumque cl. editor tacite emendavit. ἀνδρόδεινις eſt Momus, qui omnes laedit. — V. 7. In δήκτῳ στόματι non offenderer equidem, nec juſtam emendandi cauſam video, niſi forte praeſtantiores Planudeae codd. ſic exhibent. Tum praeferenda lectio δήκτα, cum ob licentiam poëticam, qua poſterior ſyllaba in caeſura producitur, tum quod ſic vividior evadit oratio.

CCLXXIV. Plan. p. 321. St. 460. W. In Echûs ſtatuam, quam ad templum Bacchi collocatam poëta ita interpretatur, ut eam a Pane, Bacchi comite, non, ſicut olim, alieno animo eſſe dicat. — V. 1. Λυκαίου tentabat *Brodaeus* contra poëtae mentem. — V. 3. „Vulgo Βακχεῦ φίλε, quod librarii eſſe credo de metro male ſolliciti, non quia nomen Βακχεὺς per ſe bonum non ſit, ſed hujus loci alienum eſt.“ *Br.*

CCLXXV. Vat. C. p. 479. Plan. p. 321. St. 461. W. Scyllam a Phalerione pictam commemorat *Plinius* XXXV. 11. Sed in noſtro Epigrammate deſcribitur Scylla aenea, fortaſſe ea, quam in Hippodromo CPolitano poſitam deſcripſit *Anonym.* in Antiqq. CP. ap. *Bandur.* T. I. nr. 114. p. 42. Hominem illa tenebat capite. Eam ἀγχιστήτης μιστὴν fuiſſe ait *Nicetas* de Statuis ap. eundem T. I. nr. 313. p. 110. eamque cum multis aliis, capta a Latinis urbe, fractam eſſe narrat. Non dubito, quin eandem ante oculos habuerit *Themiſtius* XXII. Or. p. 279. B. τεθέαμαι, οἶμαι, πολλαχοῦ Σκύλλης εἰκόνα, οὐχ οἵαν Ὅμηρος διηγεῖται . . . . . οἱ πλάσται δὲ ἔτι μᾶλλον κομψεύονται ἐν τῷ ἔργῳ· ποιοῦσι γὰρ αὐτῆς τὰ μὲν ἀπ' ἄχρι (ἀπ' ἄκρας Petav.) κεφαλῆς ἄχρι λαγόνων, παρθένον, ἀπὸ δὲ τῆς ἰξύος εὐθὺς εἰς τοὺς κύνας ἐκφερομένην, δεινοὺς ὄντας καὶ σμερδαλέους· καὶ τρίστιχοι μὲν αὐτοῖς (sic leg. pro αὐτῆς) οἱ ὀδόντες, ἀνεστήκασι δὲ αἱ κεφαλαί, ζητοῦσι δ' ἁρπάσαι θήραν. Cf. *Fabric.* ad *Sext. Empir.* L. VII. p. 386. De Scyllae in Hippodromo ſtatua noſtrum Ep. interpretatur etiam *Bandur.* Antiqq. CP. T. II. p. 846. — V. 1. Εἰ μή. Niſi aes ſplendens conſpiceretur, nec id argueret opus Vulcaneae artis, multi procul dubio ipſam Scyllam, mari relicto, huc commigraſſe exiſtimarent. Hic ſenſus non fefellit magnum *Grotium*, qui vertit:

Aere niſi fulgeret opus, ſi tale quid eſſet,
Qualia Daedaliae Mulciber artis habet;

Eminus aſpiciens Scyllam quis crederet ipſam
Migrato terras nunc habitare mari.

ubi in edit. cl. *H. de Boſch.* ſignum interrogandi irrepſit poſt *mari*, quo ſenſus peſſumdatur. — In Vat. C. ἐμάνυε et τέχνας legitur. — ¶. 208.] V. 3. τηλόθι Vat. C. quod revocandum. — ὄίεατο vulgo. — V. 4. ἀμειψαμένην. Vat. C. — V. 5. ἐπισσείει. φόβον intell. tam vehementer minatur. *Heſych.* ἐπισείειν. ἐκφοβεῖν. — V. 6. Junge νέας ἀπὸ πελ. *naves marinas*, abundante ἀπὸ, ut in plurimis locis. — συγκλονέουσα. Rem poëta hyperbolice auget, quaſi Scylla non homines tantum ex navibus, ſed ipſas naves fluctibus ereptas fregiſſet.

CCLXXVI. In primis pag. Vat. Cod. Plan. p. 313. St. 453. W. „Tres hi verſus in Planudea male divulſi, melius in membranis cohaerent et unicum Epigramma faciunt.“ *Br.* Luſus non valde ingenioſus in mirabilem Hippocentaurorum figuram. Vſ. 3. *Juliano Caeſari* tribuit *Io. Tzetza* in Chil. VII. 94. vſ. 962. de Chirone:

Ἱππομιγῆ συμπλάττουσιν ἄνθρωπον μυθογράφοι·
ἄνθρωπον μέχρις ὀμφαλοῦ, ἵππον τὰ κάτω μέρη·
καὶ δὴ καὶ Ἰουλιανὸς ὁ αὐτοκράτωρ γράφει
ἡμῶν μέτρων, ἀνθρώπου δ' ἀποπέρδεται ἵππος.

non ἀποπέρδετε, ut eſt in *Lectii* Collectione, ubi abſurde hoc verbum vertitur. Pulchra haec Centauri deſcriptio videbatur *Ritterſhuſio*, hunc verſum laudanti ad *Oppian.* Cyneg. II. 6. p. 47. et *Euſtathio* ad Homer. Ιλ. α. p. 76. 41. ubi Centauris deſcriptis: καὶ τὸ ὅλον εἰπεῖν, ait, ἵππους τε ὄντας ἀκεφάλους καὶ ἀνθρώπους ἀποδάς. ὅθεν καὶ τὸ ἀστεῖον ἐκεῖνο εἴρηται, ὅτι δηλαδὴ ἐν τῇ τῶν ἱπποκενταύρων φύσει, ἵππος μὲν ἀπεργάζεται ἄνδρα, βροτὸν δ' ἀποπέρδεται ἵππον. — Pro ἄνδρα erat qui ἀνέρ' vellet; fruſtra.

CCLXXVII. Plan. p. 340. St. 480. W. „In Satyrum tam perite factum, ut aut ille ſe in aes inſinuaſſe, aut aes ipſi circumfuſum videri poſſet. Fuere ſane

Satyri nobiles plures, in his tamen inprimis Praxitelis περιβόητος dictus ex aere. *Plinius* XXXIV. 19. 10. Ad hunc hoc Epigramma referam." *Heynii* verba sunt in Comment. T. X. p. 89.

CCLXXVIII. Plan. p. 296. St. 436. W. In Bacchae saltantis et furibundae statuam. Cf. not. ad *Paul. Silent.* Ep. LVIII.

CCLXXIX. Vat. C. p. 466. εἰς Ῥώμην ἀδέσποτον. In Plan. p. 357. St. 496. W. Πεμπηΐου inscribitur, nescio qua auctoritate. At nomen auctoris non magis sincerum videtur, quam reliquum lemma, quod Victoriae Romanae alas fulmine ambustas tradit. Victoria enim passim boni ominis causa sine alis repraesentabatur. Νίκην ἄπτερον Calamidis laudat *Pausan.* V. 26. p. 447. Idem ap. Lacedaemonios Martem compedibus vinctum conspici tradens L. III. 15. p. 245. γνώμῃ δὲ τῇ αὐτῇ, ait, Λακεδαιμονίων τε ἐς ταὐτό ἐστιν ἄγαλμα, καὶ Ἀθηναίων ἐς τὴν ἄπτερον καλουμένην Νίκην· τῶν μὲν οὔποτε τὸν Ἐνυάλιον φεύγοντα οἰχήσεσθαι σφίσιν ἐνεχόμενον ταῖς πέδαις, Ἀθηναίων δὲ τὴν Νίκην αὐτόθι μένειν οὐκ ὄντων πτερῶν. Similiter de Romanorum Fortuna *Plutarch.* T. II. p. 318. A. ἡ Τύχη τῷ Παλατίῳ προσερχομένη καὶ διαβαίνουσα τὸν Θύμβριν, ὡς ἔοικεν, ἔθηκε τὰς πτέρυγας, ἐξέβη τῶν πεδίλων, ἀπέλιπε τὴν ἄπιστον καὶ παλίμβολον σφαῖραν· οὕτως εἰσῆλθεν εἰς Ῥώμην ὡς μενοῦσα. Recentiores, qui de Victoria non alata disputarunt, laudat *Klotzius* ad *Tyrtae.* p. 40. quibus adde *Boettigerum* nuper de aënea Victoriae statua disputantem in der *Allgem. Liter. Zeit.* Ann. 1803. T. II. p. 111. sqq. ubi antiquissimis temporibus omnes Victoriae statuas sine alis fuisse statuit. — V. 1. τὸ σὸν κλ.] Vat. C. quod ob membran. auctoritatem revocandum. — Ad κλέος in marg. Wechel. notatur γρ. καὶ κράτος.

¶. 209.] *CCLXXX.* Servavit hoc Epigr. *Eusebius* in Praepar. Evang. XI. 6. p. 520. de Iudaeorum Deo illud interpretatus. De Sarapide agi primus docuit *Jos. Scaliger* ad calcem Libri de Emend. Temporum

p. 38. cujus ſententiam ſecutus *H. Valeſius* in not. ad *Socratis* Hiſt. Eccl. V. 17. et in Emendatt. L. I. 2. p. 4. ſqq. monuit praeterea, prius Epigr. diſtichon non ſolum nomen Sarapidis ſeptem literis conſtans ſignificare, ſed ſimul ad eum ritum reſpici, quo hic Deus ſeptem vocalibus (γράμματα φωνήεντα appellantur) ſubinde repetitis, coli ſolebat. *Dion. Hal.* περὶ Ἑρμ. §. 71. ἐν Αἰγύπτῳ δὲ καὶ τοὺς θεοὺς ὑμνοῦσι διὰ τῶν ἑπτὰ φωνηέντων οἱ ἱερεῖς, ἐφεξῆς ἠχοῦντες αὐτά, καὶ ἀντὶ κιθάρας τῶν γραμμάτων τούτων ὁ ἦχος ἀκούεται. Prius diſtichon excitavit *Sopingius* ad *Heſychium* in Ἑπταγράμματον· τὸ ὀργίλον ἢ σκληρόν· καὶ Σάραπιν. Diſputavit de hoc argumento *le Moyne* Diſſert. ad Ieremiae c. XXIII. 6. p. 64. ſq. qui non ad manus eſt. — V. 3. χέλυς. hoc ad ſeptem planetas eorumque harmoniam referendum. *Macrob.* I. Saturn. 19. fin. *ut lyra Apollinis chordarum ſeptem tota coeleſtium ſphaerarum motus praeſtat intelligi, quibus ſolem moderatorem natura conſtituit.* — Deus converſionis coeleſtis cantum moderatur. *Maxim. Tyr.* Diſſ XIX. 3. p. 363. ἀλλ' ἡγοῦ τὸ πᾶν τοῦτο ἁρμονίαν τινὰ εἶναι ὀργάνου μουσικοῦ, καὶ τεχνίτην μὲν τὸν θεόν, τὴν δὲ ἁρμονίαν ταύτην ἀρξαμένην παρ' αὐτοῦ, δι' ἀέρος ἰοῦσαν καὶ γῆς — ἐμπεσοῦσαν μετὰ τοῦτο εἰς πολλὰς καὶ ἀνομοίους φύσεις, συντάττειν τὸν ἐν αὐταῖς πόλεμον· ὡς κορυφαία ἁρμονία, ἐμπεσοῦσα εἰς πολυφωνίαν χοροῦ, συντάττει τὸν ἐν αὐτῇ θόρυβον. Cf. not. ad *Procli* Hymn. T. II. P. III. p. 274.

CCLXXXI. Plan. p. 307. St. 447. W. Bonae notae Epigramma in Herculem puerum, dracones a noverca ipſi immiſſos manibus jugulantem. Conf. inprimis *Theocrit.* Eid. XXIV. 26. ſqq. — V. 1. „In Planudea peſſime habitum primum diſtichon, quo in emendando fruſtra ſe torſit Munkerus ad Antonin. Liber. Metam. XXXIV. cui tamen σπείρας debeo. Ex ἄγχι βαθεῖς, quod certo certius eſt a poëta fuiſſe reliſtum, imperitus librarius ἀγχιβαθεῖς fecerat, ſine ullo

ſenſu. φάρυξ ea ſignificatione, qua hic poſitum, maſculini eſt generis, ut docent Lexica. *Leonidas Tar.* XCIII. ᾤχετ' ἐπὶ στεινὸν παλλομένη φάρυγα. Verbum autem ἄγχω hac in re proprium eſt. Hercules apud Theocritum (XXV. 264.) ubi narrat certamen cum Nemeaeo leone: αὐχένος ἀβρήκτοιο παῤ ἰνίον ἔφθασα μάρψας, Ἤγχον δ' ἐγκρατέως." *Br.* In Planud. eſt χεῖρας H. δ. ἀγχιβαθεῖς φ. Prius cum optime emendaſſet *Munkerus*, eum mox poenituit facti, ita ut interpretationem tentaret. Fruſtra. περιμήκεας σπείρας tuetur *Theocrit.* l. c.

ἄμφω δὲ βαρεῖ ἐνεδήσατο δεσμῷ
δραξάμενος φάρυγος, ἔθι φάρμακα λυγρὰ τέτυκται
οὐλομένοις ὀφίεσσι, τὰ καὶ θεοὶ ἐχθαίρουσι·
τῷ δ' αὖτε σπείραισιν ἑλισσέσθην περὶ παῖδα.

ὄλκους interpretatur *Philoſtrat. Iun.* Imag. V. p. 869. ἀλλ' οἱ μὲν ἤδη παρεῖνται, μηκύναντες ἐς γῆν τοὺς ὄλκους. *Apollon. Rhod.* IV. 150. de dracone aurei velleris cuſtode: δολιχὴν ἀνελύετ' ἄκανθαν Γηγενέος σπείρης, μήκυνε δὲ μυρία κύκλα. — In marg. ed. Wechel. ad χεῖρας notatur: γρ. θῆρας. laudato *Theocriti* loco XXIV. 54. — βαθεῖς φάρυγες *ingentes fauces*. βαθὺς enim pro magnus, robuſtus interdum ponitur. ταύρου βαθὺν τένοντα *Antip. Sidon.* Ep. XL. elephanti βαθὺς αὐχὴν *Philipp.* Ep. XXIX. — Pro δρακοντείους in quibusdam edd. δρακοντίους. In Ald. 3. δρακοντείουν. — Partem emendationis Brunckianae occupavit *Grotius*, vertens: *Stringe feris longis fauces, animoſe, profundas, Alcide: valida comprime monſtra manu.* — V. 3. ἐξέτι νηπιάχοιο. ut ap. *Homer.* Il. IX. 106. ἐξέτι τοῦ. Jam inde a teneris unguiculis Junonis iram ſortiter factis placare ſtudeas. — Quo ſenſu Juno h. l. ζηλήμων appelletur, apparet ex *Callim.* H. in Dian. 29, ubi Jupiter de Diana gaudens: ὅτε μοι τοιαῦτα θέαιναι τίκτοιεν, τυτθόν κεν ἐγὼ ζηλήμονος Ἥρης χωομένης ἀλέγοιμι. — ἐκ βρεφέος. *Cunarum labor eſt angues ſuperare*

mearum, Hercules ait ap. *Ovid.* IX. Met. 67. — V. 5. *οὐ γάρ σοι.* Idem color in *Diotimi* Ep. V. de Herculis cum Antaeo certamine: *κεῖται δέ σφιν ἀγὼν οὐ χαλκέου ἀμφὶ λέβητος, Ἀλλ' ὅστις ζωὸν αἴσετον καὶ θάνατον.* ubi vid. not. T. I. P. II. p. 162. — V. 6. *ὁδὸς εἰς αὐλὴν π.* *Horatius* de fortitudinis et juſtitiae praemiis III. Od. III. 9. *Hac arte Pollux et vagus Hercules Innixus arces attigit igneas.* ubi vide cl. *Mitſcherl.* Statius III. Sylv. I. 25. de Hercule: *Sive tui ſolium Jovis, et virtute parata Aſtra tenes.*

CCLXXXII. Plan. p. 308. St. 447. W. Scriptum videtur hoc Epigramma in tabulam, quae Herculis labores opere anaglypho exhibebat, qualem edidit *Winkelmann* Monim. inediti. tab. 64. 65. Hoc anaglyphum in templo quodam Pergami collocatum fuiſſe, ex ultimo diſticho fit probabile. — V. 2. *ὀλ. ἔχεις.* Ed. pr. Flor. *ἔβης.* Aldin. 1. 3. Sched. *Krohn.* — V. 5. *θωὴκτῆρα χάους.* canis, orcum cuſtodientis, *tria latrantia colla. Propert.* III. El. XVI. 23. — *χάος* eo ſenſu, quo ap. *Virgil.* VI. 265. *Di, quibus imperium animarum, umbraeque ſilentes, Et chaos et Phlegethon, loca nocte ſilentia late.* quem multi ſecuti ſunt. *Heliodor.* II. 4. p. 91. *καὶ ζόφος τὴν πυρφόρον, καὶ χάος τὴν ἐκ τῶν ἀνακτόρων κατελήφειν.* — V. 7. *κατ' ἄκρα πόλ.* Herculis templum Pergami in arce fuiſſe videtur. Cives hujus urbis *Τηλεφίδας* appellat poëta a Telepho, cui Myſia antiquiſſimis temporibus paruit. Pergamus *Τηλέφου πόλις* in oraculo ap. *Ariſtidem* T. I. p. 312. ed. *Jebb.* ibique Telephum ut indigenam heroëm cultum eſſe, apparet ex *Pauſan.* V. p. 407. Probabilis eſt conjectura *Brodaei*, Pergamenos Herculem, quod Telephi pater eſſet, inſigni honore coluiſſe. Certe ab eo ſtirpis originem derivabant. Vide *Wernsdorf.* ad *Himer.* Orat. XXVIII. 2. p. 847. Caeterum hoc Epigramma ſcriptum eſſe

debuit, cum regnum Pergamenum opibus et potentia floreret.

¶. 210.] *CCLXXXIII.* Plan. p. 309. St. 449. W. „Planudeae libri IV. carmina non pauca ferioris aevi poetarum sunt, quorum inter pessimos censendus est auctor hujus Epigrammatis. Quum ad ea nullas varietates lectionis e Cod. Vat. adnotasse videam Salmasium, suspicor illis non fuisse locum in membranis conceptum. Ejusdem farinae est sequens carmen." *Br.* Cf. quae diximus in Prolegg. nostris p. LXXXV. sq. — V. 1. τί πρῶτον — τέχνης ἀνέρος ἢ δ' ἐλ. Quid in hoc opere, quod virum cum cervo pugnantem repraesentat, primum aut ultimum admirer? — V. 2. θαυμάσω. edd. antiq. — V. 3. Tenebat Hercules cornua cervi et ejusdem latus genu suo premebat. γόνυ βρίθει. pondus genuum nititur, τὸ βρῖθος, τὸ βάρος τοῦ γόνατος ἐρείδει. Male *Spanhemius* ad *Callim.* p. 253. Herculem sibi finxit cervo insidentem, cujus errorem notavit jam *Visconti* in Mus. Pio-Clement. T. IV. p. 82. not. d. Hic Herculem, cervam capientem, in omnibus monimentis eodem habitu, qui hic describitur, repraesentatum inveniri monuit, illum habitum fortasse ab Alcamene aliove illustri artifice repertum esse suspicatus. — V. 4. εὐκτεάνων κεράων. *ramosa cornua Virgilii* Eclog. VII. 30. cervos — *capita alta ferentes Cornibus arboreis.* Idem Aen. I. 189. κλάδους, ὄζους, ἴενεα alii appellant. Notavimus quaedam in Cur. Sec. in Euripid. p. 5. sq. — Caeterum cervam cornibus instructam post crebras doctorum virorum observationes nemo mirabitur. — V. 5. Nihil hoc versu ineptius. χάσμα est rictus ferae, ut ap. *Alcae. Mess.* Ep. VIII. λέων ἤντησε πελώριος, ὡς ἐπὶ θοίνην χάσμα φέρων. — ὑπὸ cum φυσιόωσα videtur jungendum. Os apertum, anhelitus et lingua prominens oppressum ejus pectus indicant. — φυσιόωσα. edd. vett. — V. 8. Vulgo gravi metri detrimento: ἀλλὰ τέχνῃ χρυσείῃ. — Cur cerva

κέρατι θάλλειν dicatur, apparet ex iis, quae ad v. 4. notavimus. Arte eadem floret, ut omnia, quae splendent et insigni honore conspicui sunt. χρυσῆ τέχνη est omnino *pulchra* ars; sed simul, ni fallor, ad *aurea* cervae *cornua* respicitur.

CCLXXXIV. Planud. p. 309. St. 449. W. „Signum ex aere Herculem referebat cum Antaeo luctantem, cujus, a qualicunque artifice illud profectum fuit, extat simile marmor Florentiae: Hercules a tergo amplexus Antaeum brachiis stringit a terra sublatum et ilia ita comprimit, ut spiritus eum deficiat. Jam in ore Antaei audacia et dolor cernitur, ipse autem Hercules vultu terribilis. Atqui haec ipsa in carmine memorantur; ut adeo probabile sit, signum illud Florentinum expressum esse ad exemplar alterius praestantioris operis; nam non adeo praestantis artis illud signum esse memoratur." *Heynii* verba sunt in Comment. T. X. p. 85. sq. Idem certamen duobus capitibus descripsit *Libanius* T. IV. p. 1082. sqq. — V. 2. πόνον. dolorem in Antaei vultum. θράσος. Herculem virtutis et audaciae plenum. — Vulgo ἐκ μορφᾶς legitur. — V. 3. μογέοντα. Antaeum Herculis lacertis sublatum et constrictum. *Theocrit.* XXIV. 32. de draconibus, ἐπεὶ μογέοιεν ἐκάνθας, Δεσμῷ ἀναγκαίῳ πειρώμενοι ἐκλυσιν εὑρεῖν. Hercules Morti insidias facturus ap. *Euripidem* in Alc. 851. μάρψω, κύκλῳ δὲ περιβαλὼ χεροῖν ἐμαῖν, οὐδ' ἔστιν ὅστις αὐτὸν ἐξαιρήσεται. ubi Tragico fortasse pugna cum Antaeo obversabatur. Conf. descriptionem illius certaminis ap. *Lucan.* IV. 612. sqq. — V. 4. φείσεται. Vulgo. — V. 6. ἰδνώσεις. cf. IX. β. 266.

CCLXXXV. Plan. p. 309. St. 449. W. Hercules ebrius et somno oppressus. Nihil frequentius in scena veterum, quam Hercules temulentus, unde scul. tores et pictores eum arripuerunt. — V. 2. Κενταυρ. Οἶνος καὶ Κένταυρον — ἔκανεν. *Hom.* Od. φ. 298. Cf. not. ad *Al-*

cae. Meſſen. Ep. XV. T. I. P. II. p. 358. — V. 2. ὄλε-σεν. Ed. vr. Flor.

CCLXXXVI. Plan. p. 310. St. 449. W. In Herculem Baccho, imbelli quamvis deo, ſuperatum. — ¶. 211.] V. 3. Stantem, ſed vacillantibus pedibus, artifex Herculem exhibuerat.

CCLXXXVII. Plan. p. 310. St. 450. W. „Signum fuit *Herculis bovem cornu prehendentis et altera clavam elatam intentantis.* Interpretatur poëta bovem Thiodamantis, in quem Hercules inciderat arantem, abductumque jugo bovem devoraverat. Vid. Apollodor. II. 7. 7. " *Heynius* in Comm. S. G. T. X. p. 86. — V. 4. γεάψε. Tabula picta fuit igitur; *Heynius* tamen, qui ſignum intelligi malit, γλάψε emendandum cenſet. Tum opus trium figurarum fuiſſe cenſendum; nam Thiodamantem quoque exhibitum fuiſſe, apparet ex ultimo diſtichо. Hunc triſti vultu, deprecanti ſimilem, repraeſentaverat artifex.

CCLXXXVIII. Plan. p. 310. St. 450. W. Perperam *Huetius* p. 30. Herculem in eadem imagine naſcentem pugnantem et morientem exhibitum fuiſſe cenſet. Alium ſenſum poëta efficere voluit; talem nempe Herculem artificis opera repraeſentatum eſſe, ut agnoſcas Jovis filium, triplici illa nocte elaboratum, Euryſthei miniſtrum, duodecim laborum effectorem, eum denique, qui, maximis rebus peractis, victor ad Deos adſcenderit. — V. 1. τῇ τριετηρίδι. unde Hercules ipſe τριέτηρος appellatur in *Doſiadae* Ara ſecunda v. 11. ubi vide not. T. I. P. II. p. 222. — V. 3. ὄλυμπον. Ed. pr. Fl. Ald. 1. 3. — ἱκάμασας. ex rogo pompa triumphali in Deorum coetum ingreſſus es. κωμάζειν et κῶμος de pompa victoris paſſim obvium ap. *Pindarum* et alios. — V. 5. Hoc marmor Herculem, Alcmenae vulgo filium dictum, peperit; unde nunc quidem fabulae Thebanorum, Herculem apud ſe ex Alcmena natum dicen-

tium, minus videbuntur verae. Simile eſt acumen, ſed elegantius, Ep. ἀδεσπ. CCLXX. — Perperam haec accepit *Schol.* in ed. Wechel.: ὡς τῶν Θηβῶν καταστραφεισῶν ὑπὸ ἄγριον πιστευομένων εἶναι πατρὸς Ἡρακλέους.

CCLXXXIX. Plan. p. 314. St. 454. W. In Herculis ſtatuam, a Dionyſio quodam ad feras et fures arcendos, in paſcuis forte, collocatam. Ipſe Deus loquitur, ſuumque ipſe numen jurat, quod facetum. Praeivit *Ariſtophan.* in Avib. 1613. qui Neptunum per ſe ipſum jurantem fecit. — De Hercule, agreſtibus Diis annumerato, vide ad *Erycii* Ep. IV. T. II. P. II. p. 355. — V. 1. βουδοίναν: Hercules εἰς τὴν τοῦ Κορωνοῦ στέγην ἀφικόμενος, σιτεῖται βοῦν ὅλον, ὡς μηδὲ τὰ ὀστέα περιττὰ ἀγεῖσθαι. *Philoſtr.* II. Icon. p. 849. Cf. *Spanheim.* ad *Callim.* p. 481. δαμαλιφάγον appellat *Erycius* Ep. IV. — ἀγρῶται. Vulgo. *Huetius* p. 30. ἀγροῖται, quod pro ἀγροιῶται poni poſſe cenſebat. At illum ἀγρῶται ſcripſiſſe vix dubito. — Poſſis etiam ἀγρῶσται legere, quod non ſolum de venatoribus, ſed de paſtoribus quoque uſurpatur. Rheſus v. 266. et 287. *Archiae* Ep. XXVII. de Hercule: Μηκέτι ταυροβόροιο βαρὺ βρύχημα λέοντος Πτήσσετε, λιτνόμαι γειαρόται Νεμέης. — V. 4. ἄκριτος ὕπνος. gravis et altus ſomnus. τὰ ἄκριτα enim ſunt ea, quae immodice fiunt et ſine judicio. v. *Stephani* Theſ. Gr. L. T. II. p. 430. D. — V. 6. Vulgo χαίρω τῷδ', quod in χώρῳ mutavit *Brodaeus*. Eandem emendationem *Joſ. Scaliger* adſcripſit exemplari ſuo.

¶. 212.] CCXC. Plan. p. 314. St. 454. W. In ſtatuam Herculis σωτηρίου ſive ἀλεξικάκου, clavam manu tenentis leonisque exuvias induti; arcus et ſagittas ante pedes jacent. — V. 5. ἀλλὰ κακοῦργους. Ap. *Callim.* H. in Dian. 153. Hercules Dianam his verbis hortatur: βάλλε κακοὺς ὅτι θῆρας, ἵνα θνητοί σε βοηθὸν, Ὡς ἐμὲ κικλήσκωσιν. ubi vid. *Spanhem.* p. 283.

CCXCI *a.* Hercules cum Asbolum Centaurum cruci affixiſſet, hos ei verſus adſcripſiſſe traditur ap. *Philoſtratum* in Heroic. c. XIX. p. 748. Ex illo fonte hanc inſcriptionem laudat *Tzetza* in Chiliad. V. 22. Accenſetur Asbolus ſcriptoribus, qui ante Homerum floruerint, ap. *Euſebium* Praep. Evang. X. p. 495. Conf. *Fabric.* Bibl. Gr. T. I. p. 12. ed. *Harl.* — V. 2. κατακρεμαστὸς κατ' εὐλ. π. — εὐλιπὴς πεύκη. Sic *Bianor* Epigr. IX. πεύκης τῇ λιπαρῇ νοτίδι. *Oppian.* Hal. IV. 644. ἐνθ' οἱ μὲν πεύκης λιπαρῇ φλογὶ καγχαλόωντες. — V. 3. ἔγκειμαι. *Philoſtr.* — ἀμετροβίοις. fictum vocabulum ad ſimilitudinem v. ἀμετροεπής, ἀμετρόκακος. Notae ſunt fabulae de corvorum longaevitate.

Lectt. p. 288.] *CCXCI.* *b.* „Apud Chandler. Inſcriptt. Syll. p. 13. In muro urbis Prienes, cui veriſimile eſt olim impoſitam fuiſſe ſtatuam herois cujusdam, repertum hoc Epigramma, quod ſic ſcribendum eſſe credo. Veriſſima eſt emendatio vſ. 1. ubi pronuntiationis affinitate deceptus quadratarius ſculpſit ΕΞΑΛΑΜΙΝΟΣ pro ἐκ Σαλαμῖνος. Tum v. 2. nomen patris Philii deeſt et latet incorrupta voce δυςτονεσν, quam cl. Chandler *triſte* vertit: ſed nihil triſte in ſomnio, quo quis juberur herois ſtatuam erigere. Non longe a veſtigiis genuinae lectionis abscedit υἱὸς Ἀριστονόου, pro quo tamen melius quid reponi poſſe, facile, ut credam, adducar. Quarti verſus, qui ſic concinnior fit, voces transpoſui; an ἥρωα dactylus ſit, valde dubito; talis prosodiae non ſuccurrit exemplum. Caetera, quae mutavi, leviora ſunt, et ſe ipſa commendant.“ *Bir.* Ap. *Chandler.* nr. XXXVII. totum hoc Epigr. ſic habetur:

Τπνωδὴς Φιλιος, Κυπριος γενος, Εξαλαμινες
υιος, δυςτονεσν απλοκον εἰδεν ονας.

Θεσμοφερους τε αγνας ποτνιας τε φαρεσι λευκοις·
εψεαι δ' εν τριοσσαις ηρωα τονδε σεβειν
Ηνωγον πολεως φυλακον χωρων τ' απεδειξαν·
ων ενεκα ιδρυσεν τονδε Θεσεα Φιλιος.

V. 1. Salamis una ex nobiliſſimis Cypri urbibus. — V. 2. ἁπλοκεν. σκαφές, diſertum et minime implicatum. — V. 3. Θεσμοφόρους. Cererem cum Proſerpina. *Ariſtoph.* in Theſm. 304. εὔχεσθε ταῖν Θεσμοφόροιν, Τῇ Δήμητρι καὶ τῇ Κόρῃ. Easdem Θεσμοφόρω μάλα ποτνία appellat idem v. 1167. — Cl. editor otioſam conj. τε e textu circumſcripſit. At in marmore fuiſſe videtur: ΣΕΜΝΑΣ, quod facile ΤΕΑΓΝΑΣ legi poterat. — V. 4. ἥρωα in *Chandleri* editione deſcribentis fortaſſe negligentiae tribuendum, ut plurima alia vitia in illo opere; fieri tamen poſſit, ut ipſe verſuum auctor ἥρωα pro dactylo habuerit, quales licentiae in Inſcriptionibus haud paucae occurrunt. Melius quid non habeo quod reponam; ſed audacem *Brunckii* transpoſitionem admittendam non eſſe, certe ſcio. — V. 5. χῶρον jam *Chandler.* emendavit. Orthographiae φυλακογ, ut et v. 3. ἐμ φαρ. pro φύλακον et ἐν φ. multa in marmoribus exempla inveniuntur. Vide *Viſconti* Iſcr. Triop. II. 44. p. 98.

CCXCII. Plan. p. 311. St. 450. W. Hominis, taurum ſuperantis, deſcribitur ſtatua, quam lemma de Theſeo interpretatur. Videtur hoc Epigramma ejusdem auctoris eſſe, qui Ep. CCLXXXIII. compoſuit. Hiſtoriam de tauro Marathonio a Theſeo devicto pete ex *Plutarch.* in Theſ. c. 30. *Pauſan.* l. c. 27. — V. 1. In vocabulo καλκᾶν interpretando trepidat *Brodaeus*, qui de Alcibus cogitabat. Deinde ſubſtantivum pro καλκήεντα accipiendum exiſtimabat. Mihi depravatum videtur vocabulum et fortaſſe emendandum:

ὃν ὁ μὲν ἀκμῇ

Ἥφα βίᾳ βελέεσι —

vi manuum feram deprimit. ἄκμαὶ de extremis corporis partibus usurpatur: χειρῶν ἀκμὴ *Aeschyl.* Pers. 1065. *Eurip.* Bacch. v. 1205. — V. 2. γυῖα πισαινόμενος. omnibus membris, pedibus inprimis et brachiis, extensis. — V. 3. ἶνας. cervicem deprimit. Cum hac descriptione inprimis comparandus *Theocritus* Eid. XXV. 145. Herculem cum tauro luctantem pingens:

τοῦ μὲν ἄναξ προσιόντος ἐδράξατο χειρὶ παχείῃ
σκαιοῦ ἄφαρ κέρεος· κατὰ δ' αὐχένα νέρθ' ὑπὸ γαίης
κλάσσε βαρύν περ ἐόντα· πάλιν δέ μιν ὦσεν ὀπίσσω,
ἄμμι ἐπιβρίσας· ὁ δέ οἱ ὑπὸ νεῦρα τανυσθεὶς
μυῶν ἐξ ὑπάτοιο βραχίονος ἐρθὸς ἐνέστη.

V. 5. Cervicem retorsit ita, ut vertebrae inflecterentur; quae est *Heynii* interpretatio in Comm. S. R. T. X. p. 95. ἀστράγαλοι enim *vertebrae* sunt ap. *Homerum* Od. κ. 560. ἐκ δέ μοι αὐχὴν Ἀστραγάλων ἐάγη. Eidem post αὐχένα distinguenti accedere nolim. Cum poëta causam reddere vellet, cur taurus retro subsideret, non simpliciter dixit δαμνάμενος, sed αὐχένα addidit, quod cervix repressa posteriorem tauri partem ad terram afflixit. Haec mihi verior videtur interpretatio, quam *Arnaldi* in Lectt. Gr. p. 221. qui vertit: *Et collum fera, manibus victa validis, retro flexit.* Recte *Grotius*:

Jam domitus collo, luxatis verticulis bos
Deficit, et labens in sua crura sedet.

V. 7. εἴασθαι. Vulgo. Cf. Ep. CCLXXV. 3.

CCXCIII. Plan. p. 311. St. 451. W. Capanei furorem, quo in Thebanos muros impetum faciebat, tam egregie expressérat statuarius, ut eum vel Jovi tremendum fuisse poëta judicet. Faciunt huc inprimis ex *Euripid.* Phoen. vss. 1183 — 1187.

Καπανεὺς δέ, πῶς εἴποιμ' ἄν, ὡς ἐμαίνετο;
μακρεπόχενος γὰρ κλίμακος περιαμβάσεις
ἔχων ἐχώρει, καὶ τοσόνδ' ἐκόμπασε,
μηδ' ἂν τὸ σεμνὸν πῦρ νιν εἰργάθειν Διὸς
τὸ μὴ οὐ κατ' ἄκρων περγάμων ἑλεῖν πόλιν.

Hinc *Valckenarius* p. 405. in Epigr. noſtri v. 2. certa emendatione repoſuit ἄμβασιν ἠερίην, cum vulgo ἄμμασιν legeretur. Haud aliter emendavit *Joſ. Scaliger* in not. mſt. Minus perſpicax fuit *Dorvillius*, qui in Vann. crit. p. 591. ſq. mendoſa Epigrammatis verba comparavit cum *Statio* X. Theb. 834. *Torvo metitur culmina viſu, Innumerosque gradus, gemina latus arbore cluſus, Aërium ſibi portat iter.* Ex his Latini poëtae verbis apparet, recte legi ap. noſtrum κλίμακα, quod pro appoſitione habendum eſt. *Joſ. Scaliger* in not. mſt. κλίμακι corrigebat. — ¶. 213.] ὑπὲρ μέρον. Homericum. Ιλ. β. 155. ἔνθα κεν Ἀργείοισιν ὑπέρμορα νόστος ἐτύχθη. Cf. el. *Heyn* ad Ιλ. ν. 336. T. VIII. p. 84.

CCXCIV. Plan. p. 312. St. 452. W. Sculptorem Philoctetes incuſat tanquam ipſo Ulyſſe crudeliorem, quod ipſius morbum aeternum fecerit. Cf. *Glauci* Ep. V. *Juliani Aeg.* Ep. XXVII. — V. 1. ἰμός Vulgo — V. 2. Similiter Ep. CCCIII. ſtatuarius ὑπὸ τέχνης λαινέην Μηθείαν ὅλης ἔμυησεν ἀνίης. — V. 3 πέτρη. antrum ſaxeum, ubi Philoctetes habitabat. τρῦχος. veſtis detrita, qua indutus erat, vel panni, quibus vulnus obligabat. *Sophocl.* Phil. 38. καὶ ταῦτά γ' ἄλλα θάλπεσιν Ῥάκη, βορείας τοῦ νοσηλείας πλέα. — V. 4. ἐν χαλκῷ. *Anonymus* in Anthol. Lat. I. CXXV. T. I. p. 95.

Prodentem ducibus Tirynthia tela Pelasgis,
Laeſa Philoctetam vulnere planta domat.
Docta manus vivos duxit de marmore ſenſus,
Sensit adhuc poenam triſtis et inde lapis.

CCXCV. Plan. p. 302. St. 442. W. Ex illuſtrioribus antiquitatis tabulis erat Timomachi Ajax furens, quam tabulam una cum ejusdem artificis Medea Caeſar Dictator octoginta talentis emtam in Veneris genetricis aede dicavit, ſecundum *Plinium* VII. 38. Cf. *N. Heinſium* ad *Ovid.* Triſt. II. V. 525. Caeterum non optimi poëtae carmen, in quo auctor omnes Sophiſtarum argutias coacervare conatus eſt. — V. 1. *αἴσαν.* Vulgo. Vitioſa lectio commovit *Brodaeum*, ut de Oreſte agi putaret. *Scholiaſtes* tamen in Wechel. recte comparavit *Philoſtratum* Vit. Apollon. II. 22. p. 76. qui hujus de Ajace tabulae mentionem fecit. — *ἥρπασε τ. τὴν φύσιν.* Ars naturam arripuit, i. e. non artis opus, ſed ipſum hominem videre putamus. — V. 3. „Elegantem Grotii verſionem in Artificum Catalogo dedit Junius, qua tamen vis vocis *κεράστὰ* non exprimitur, derivatae a *κεράννυμι*, et qua augeri Lexica poſſunt: *mixtas lacrymas ex iniqui judicii dolore, et e furoris pudore.* At Grotius: *omne doloris Ingenium truculus miſcuit in lacrymis.*“ *Br.* At rectius *κεραστὰ* a *κέρας* deduxeris, ut *rigentes* intelligantur *oculi.* *Homer.* Od. *τ.* 211. ubi Ulyſſes Penelopen miſeratus, ſed dolorem reprimens,

ἣν ἐλέαιρε γυναῖκα,
ὀφθαλμοὶ δ' ὥςε κέρα ἕστασαν, ἠὲ σίδηρος,
ἀτρέμας ἐν βλεφάροισι· δόλῳ δ' ὅγε δάκρυα κεῦθεν.

quo reſpexit *Themiſt.* Orat. XX. p. 234. A. *ἀνάγκη οὖν ἱστᾶν μου τοὺς ὀφθαλμοὺς ὥςπερ σίδηρον ἢ κέρατα.* et *Heliodor.* T. II. p. 365. ed. Bip. — V. 3. *συνέλυσεν.* Cf. ad *Philippi* Ep. XLII. T. II. P. II. p. 176. — V. 4. *τοὺς λ. πάντας ἔμιξε πόνους.* Vulgo. quod cl. editor non ex codd. ſed ex ingenio emendavit. Si quid mutandum, minori mutatione legendum videtur:

καὶ τὰ κεράστὰ
δάκρυα τοὺς λάτης πάντας ἘΔΕΙΞΕ πόνους.

rigentes oculi omnem doloris vim oſtendunt. Fortaſſe tamen ſincera eſt vulgata, ita ut ἴμερε neutra ſignificatione accipiatur: *rigentes lacrymae omnem dolorem miſcent* pro *mixtum habent.*

CCXCVI. Plan. p. 315. St. 455. W. In Minotaurum, cujus plurimae ubique occurrunt imagines in numis et gemmis. Vide cl. *Heyne* in den Antiq. Auff. T. I. p. 19. et *Boettiger.* in den Vaſengemälden. T. I. faſc. 3. p. 24. — V. 1. Diſtinguendum puto ὁ παῖς, ὁ ταῦρος. ut dubius eſſe videatur et incertus poëta, utrum puerum appellet id, quod videt, an taurum. *tauri geminam juvenisque figuram. Ovidi* Met. VIII. 169. ὁ κατὰ μηδὲν ἐὼν. in quo neque taurus perfectus neque homo. — V. 2. Nefandi amoris, quo Paſiphaë flagravit, teſtis et *opprobrium generis*, ut dicitur ap. *Ovid.* VIII. Met. 155. — V. 4. ταυρόκερανος. Achelous βούκερανος ap. *Sophocl.* Trach. v. 13. in antiquioribus quidem edd. Sed rectius ap. *Strabonem* βούπρωρος legitur, quod *Brunckius* recepit. — V. 5. ὅλος Sched. Krohn.

CCXCVII. Plan. p. 315. St. 455. W. In Lycurgi, regis Thraciae, ſtatuam, quae eum, ſecurim tenentem, repraeſentabat. Nota ejus fabula ex *Homeri* Il. Z. 130. et *Apollodor.* L. III. 5. 1. qui eum, a Baccho in furorem actum, et filium interfeciſſe et ſe ipſum mutilaſſe narrat. Cf. Ill. *Heynium* ad *Apollodor.* p. 576. ſqq. — In Ed. Flor. pr. lemma eſt erroneum: Εἰς Ὀρέστην. — V. 1. μονοκρήπιδα. altero pede nudo, quo malum, quod Lycurgus ſibi intulit, indicare voluiſſe videtur artifex. Erat autem apud nonnullos et Graeciae et Italiae populos more receptum, ut altero pede diſcalceato incederent; quem morem ad *Virgilii* VII. Aen. 689. *veſtigia nuda ſiniſtri Inſtituere pedis; crudus tegit altera pero.* illuſtravit *Heynius* in Exc. VIII. T. III. p. 152. ſq. Cf. *Valckenarium* ad Schol. in Phoen. v. 140. p. 624. Iaſon, cum Anaurum tranſiiſſet, μονόκρηπις erat, ſecun-

dum *Pindar.* IV. Pyth. 133. de qua fabula verbo monuit *Boettigerus in den Vaſeng.* T. I. faſc. II. p. 128. not. Etiam Perſeus ἕτερον μόνον τῶν ὑποδημάτων ἔχων traditur ap. *Artemidorum* IV. Onirocr. c. LXV. p. 239. De Lycurgo noſtro *Ovid.* in Ibid. v. 347. *Usque Dryantidae Rhodopeïa regna tenenti, In gemino dispar cui pède cultus erat.* quod *Conſtantius* de crepida ſucciſo pedi adjuncta interpretabatur; rectius *Mezirïac.* ad *Ovidii* Heroid. T. I. p. 164. ubi totam de Lycurgo fabulam diſerte explicuit. — ¶. 214.] V. 3. παρὰ πρ. ſtans ad vitem. *Veſanumque nova nequidquam in vite Lycurgum. Propert.* III. El. XV. 23. — V. 4. ὑπὲρ κεφαλᾶς. Lycurgum tibi finge ſecurim, quam manu tenebat, alte tollentem, quo fortius eam ligno impingeret. Totum hunc locum male interpretatur *Brodaeus. Bipenni* armatus fingebatur Lycurgus; unde *bipennifer* ap. *Ovid.* IV. Met. 22. V. Triſt. III. 39. *Seneca* Oedip. 471. *Regna ſecurigeri Lycurgi.*

CCXCVIII. Plan. p. 315. St. 456. W. Hoc fortaſſe Epigr. ante oculos habuit *Auſonius* in Epitaph. nr. XXVIII.

Vivebam: ſum facta ſilex, quae deinde polita
Praxitelis manibus, vivo iterum Niobe.
Reddidit artificis manus omnia, ſed ſine ſenſu.
Hunc ego, cum laeſi numina, non habui.

CCXCIX. Plan. p. 317. St. 457. W. In Medeam Timomachi, in qua mixtus amoris et furoris ſenſus, a pictore artificioſe expreſſus, laudari ſolebat. Cf. not. ad *Antipbili* Ep. XX. T. II. P. II. p. 52. — V. 3. τῇ μέν. partim enim ad enſem inclinat, partim ab incepto facinore declinat. — ξίφος. Medea ap. *Euripidem* v. 1246. ἀλλ' ὦ τάλαινα χεὶρ ἐμή, λάβε ξίφος. In veterum operibus Medea gladio, quem tenet, agnoſcitur. *Calliſtrat.* Cap. XIII. p. 905. ἦν αὐτῇ καὶ ξιφοφόρος ἡ χεὶρ ἐπὶ τὸ μι-

ασμα σπευδούσῃ. Conf. inprimis *Boettiger.* in den Vaſengem. T. I. faſc. II. p. 168. *not.*

CCC. Plan. p. 318. St. 457. W. Bonae notae Epigramma. V. 1. παιδολέτειραν. Wech. παιδοκτόνον eam appellat *Theophyl. Simoc.* Ep. XXX: in loco depravato: παιδοκτόνον ἐκείνην ἐδίδασκεν ἀγνώμων δμόζυγος τὴν αἰνετὴν καὶ τῶν ἀγώνων τὴν σύμμαχον. Legendum, ni fallor: τὴν γαμετήν. Fruſtra hunc locum tentavit *Bernard.* in Act. Traject. T. I. p. 199. — V. 3. Vulgo majori diſtinctione in fine praecedentis verſus poſita, θυμὸς μέγας legitur; quod nec ipſum malum. *Grotius*:

Ferro armata manus, cor ingens, lumina ſaeva,
Queis tamen ob parvos lacryma parvá ſubit.

Brunckii lectio, ſi ex cod. fluxit, probanda fortaſſe, accuſativis ab ἴδε pendentibus; ſi ex ingenio, vulgata procul dubio revocanda. — V. 5. ἀγείρας. Vulgo. — Laudat poëta pictorem, quod matrem de liberorum caede conſilia agentem nec jam ipſum facinus perpetrantem repraeſentaverit. Sic *Antiphilus* Ep. XX. αἷμα δὲ τέκνων Ἔπρεπε Μηδείᾳ καὶ χερὶ Τιμομάχου.

¶. 215.] *CCCI.* Plan. p. 318. St. 458. W. — V. 1. θυμὸς et οἶκτος ſimul in Medeae vultu expreſſi. Vide, quae laudavi in Exercitatt. crit. T. II. p. 60. — V. 2. βλεφάρων ἴτυν. oculorum igneos orbes. *Lucian.* T. II. p. 411. βλεφάρων ἴτυν κελαινήν. apud *Euripid.* autem Ion. v. 210. γοργωπὸς ἴτυς eſt Minervae ſcutum, Gorgûs terrifico vultu inſigne. — V. 3. Conjux graviter offenſa ad caedem perpetrandam properat, mater inde abhorret; hinc δειμὴ φειδομένη. Similiter de Althaea, fratrum caedem in filio ultura, *Ovidius* VIII. Metam. 463.

pugnant materque ſororque,
In diverſa trahunt unum duo nomina pectus.
Saepe metu ſceleris pallebant ora futuri.

Saepe ſuum fervens oculis dabat ira ruborem,
Et modo neſcio quid ſimilis crudele minanti
Vultus erat, modo quem miſereri credere poſſes.
Cumque ferus lacrymas animi ſiccaverat ardor,
Inveniebantur lacrymae tamen.

V. 6. θάμβος. juſtam illam admirationem, qua tabula ſpectatur. — ἀμβλῦναι pro *vim imminuere, retundere* uſurpavit *Aeſchyl.* VII. c. Theb. 850. θέσφατ' οὐκ ἀμβλύνεται. Epigr. ad. DCXV. οὐ γὰρ ἀοιδὰς Ἀμβλύνειν αἰών, κἢν ἐθέλῃ, δύναται.

CCCII. Plan. p. 318. St. 458. W. In ſtatuam Medeae ex marmore. Totum hoc Epigramma inſigniter depravatum, ſic emendandum videtur:

Μαίνῃ καὶ λίθος οὖσα, καὶ ἐκ κραδίης σέο θυμὸς
ὄμματα κοιλήνας σ' ἐς φόνον ἠὐτρέπισεν.
Ἔμπης οὐδὲ βάσις σε καθέξεται, ἀλλ' ἄρα θυμῷ
πηδήσεις, λεχέων εἵνεκα μαινομένη.

Furis etiam nunc, cum marmor ſis, et animi ira, in tumeſcentibus oculis conſpicua, te ad caedem inſtigat. κοιλήνας, oculos reddens κυλοιδιῶντας, *tumidos*, quod inter irae et furoris ſigna habetur. De Philoctete *Philoſtratus Jun.* XVII. Icon. p. 889. τῷ προσώπῳ ξυννεφῆ ὀφρῦν ἐπὶ τῷ ὀφθαλμῷ ἐφέλκων, κάτω που καὶ ἐν βάθει ὄντας, καὶ ἀμενηνὸν ὁρῶντας. Vide inprimis *Ruhnken.* ad *Timae.* p. 169. — Mox recte mihi emendaſſe videor

σ' ἐς φόνον ἠὐτρέπισεν.

Quid enim vulgata ineptius, ubi ira Medeam ad bilem, i. e. ad iram, compuliſſe dicitur? Eundem errorem in *Calliſtrato* ſuſtulimus c. XIII. p. 44. Exercitatt. crit. T. II. p. 60. — V. 3. οὐδὲ βάσις σε καθ. Similiter de Lada Ep. CCCXIII. πηδήσει τάχα χαλκὸς ἐπὶ στέφος, οὐδὲ καθέξει Ἁ βάσις. et *Philippus* Ep. L. ὁ σὸς πόνος, Λύσιππε, καὶ

παρ' ἐλπίδα τάχ' ἐκδραμεῖται. — ἀλλ' ἄρα. ira inflammata exſilies, *conjugii cauſa* furens. λεχέων εἵνεκα, non τεκέων; *in* liberos enim furebat propter laeſum conjugii foedus, non *propter liberos*, ut eſt in vulgata. λέχος pro connubio ſatis notum, nec minus plurali in hac ſignificatione utuntur poëtae quam ſingulari. *Eurip.* Med. v. 154. εἰ δὲ σὸς πόσις καινὰ λέχη σεβίζει. et, qui locus inprimis huc facit, v. 998. ἃ φονεύσεις τὰ τέκνα νυμφιδίων εἵνεκεν λεχέων. — V. 5. τόδ' ἐνέπλασεν. Vulgo τόδε γ' ἔπλασεν. quod non codd. auctoritate, ſed ex ingenio emendatum eſſe videtur. — V. 6. εὐτυχίᾳ. Ed. Flor. pr.

CCCIII. Vat. C. p. 458. Plan. p. 319. St. 458. W. — V. 1. οἶκον. Ed. Flor. pr. et Ald. 1. — V. 3. „Priſtinum dolorem in lapideam Medeam revocavit. Legerim tamen ἔπλαγεν." *Huet.* p. 31. Nulla emendatione opus eſt. Ep. CCXCIV. ἐχθρὸς ὑπὲρ Δαναοὺς πλάστης ἐμοί – ὅς μ' ἔμνησε κακῆς οὐλομένης τε νόσου.

CCCIV. Plan. p. 319. St. 459. W. Ariadnen dormientem et ſaxo acclinem repraeſentaverat artifex. Sic eam in tabula picta exhibitam deſcripſit *Philoſtrat.* I. Imag. XV. p. 786. ἐπὶ τῶν πετρῶν μαλακῷ κειμένην ὕπνῳ. ad quem vide cl. *Heynium* in Opuſc. Acad. T. V. p. 53. Frequentatum fuiſſe debet hoc argumentum, quippe ad quod poëtae paſſim reſpiciunt. *Propert.* I. El. III. 1. de Cynthia dormiente: *Qualis Theſea jacuit cedente carina Languida deſertis Gnoſia litoribus.* Illuſtris eſt ſtatua Ariadnae dormientis, quae olim pro Cleopatra habebatur. v. *Boettigeri archaeol. Hefte.* I. p. 29.

¶. 216.] *CCCV.* In Planud. l. c. Color ut in Ep. *Platonis* XVI. ubi ſimilia notavimus T. I. P. I. p. 350. — V. 2. „ἀναθρώσκῃ ſcil. ἐξ ὕπνου ἐγερθεῖσα. *ne ſomno excita proſiliat.* Sic ſupra in *Macedonii* Ep. XXXIV. e mea emendatione ἤθελ' ἀπεθρώσκειν " *Br.* Ariadne ap. *Ovidium* in Heroid. X. 13. *Excuſſere metus ſomnum;*

conterrita ſurgo: Membraque ſunt viduo praecipitata toro. — Interea toto clamanti littore, Theſeu, Reddebant nomen concava ſaxa tuum.

CCCVI. Plan. p. 315. St. 455. W. Iphigenia furens, ſed agnito fratre in miſerationem adducta. Scena igitur fabulae, quam pictor exprimere voluit, in Tauris ponenda; ſed quinam in illa parte fabulae de Oreſte et ſorore furori Iphigeniae locus fuerit, non facile dictu eſt. Hanc difficultatem tangens Ill. *Heynius* in Comment. S. R. T. X. p. 114. „Eſt, ait, in Euripidis Iphigenia in T. 795. 798. ſq. locus, quem artifex exprimere potuit, cum Oreſtes eam amplectitur tanquam ſororem per ipſius verba proditam, cum ipſa adhuc ignoraret fratrem adſtare. Potuit tamen (nam fuit Iphigenia *Aeſchyli*, *Sophoclis*, aliorum) eadem res ab alio poëta aliter eſſe tractata; forte ut illa, ira in omnes Graecos incenſa, (ut ap. ipſum Euripidem v. 344. 348. ſq.) exardeſceret in captos, ſimulque vultum Oreſtis ſimilem in altero ex captivis animadvertens, miſeratione moveretur. Prius tamen veriſimilius.“ Quam diverſa veteres de Iphigenia tradiderint, intelligi poteſt ex *Pauſ.* I. 43. p. 103. — V. 3. ἀδελφόν. Ed. pr. Flor. Ald. 1. 2. 3. Aſcenſ. — V. 4. συνεξάγεται. Eſt ac dixiſſet δομῶς οἴκτῳ καὶ μανίᾳ ἐξάγεται. ἐξάγεσθαι autem dicuntur, qui commoventur affectu quodam. Cf. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 481. Hoc loco oculus, qui animum furore et commiſeratione affectum indicat, οἴκτῳ καὶ μανίᾳ ἐξάγεται.

CCCVII. In Plan. p. 320. St. 460. W. Dido Virgilium incuſat, quod falſa de ea tradiderit. De Didonis fabula, arte Aeneae erroribus a Virgilio intexta, vide acute disputantem ill. *Heynium* ad L. IV. Excurſ. I. p. 541. ſq. Noſter ante oculos habuit *Meleagri* Ep. CXIX. de Lycambis filiabus. Vertit *Auſonius* Ep. CXVIII.

Illa ego sum Dido vultu, quem conspicis, hospes,
Assimilata modis pulchraque mirificis.
Talis eram: sed non, Maro quam mihi finxit, erat mens;
Vita nec incestis laeta cupidinibus.
Namque nec Aeneas vidit me Troius unquam,
Nec Libyam advenit classibus Iliacis.
Sed furias fugiens atque arma procacis Iarbae,
Servavi, fateor, morte pudicitiam,
Pectore transfixo: castus quod perculit ensis,
Non furor, aut laeso crudus amore dolor.
Sic cecidisse juvat: vixi sine vulnere famae.
Ulta virum, positis moenibus, oppetii.
Invida cur in me stimulasti Musa Maronem,
Fingeret ut nostrae damna pudicitiae?
Vos magis historicis, lectores, credite de me,
Quam qui furta Deûm concubitusque canunt
Falsidici vates, temerant qui carmine verum,
Humanisque Deos assimilant vitiis.

V. 3. τοίη καὶ γεν. Vulgo. At vide, annon legendum sit:

τοίη καὶ γενόμην —

ἀλλ' οὐ νόον. non ea eram mente, quam mihi turpis affinxit fama, quamvis praeclare rebus gestis. ἐπ' εὐφήμοις. post laudanda facinora. Sic enim serioris aevi scriptores εὔφημα pro *laudandis*, εὐφημίαν pro *laudatione* ponere solent. v. *Spanhem.* ad *Julian.* Orat. I. p. 26. et *Lennep.* ad Phalar. p. 23. — V. 5. οὐδὲ χρόν. Longe serius enim Dido in Africam venit. Vide *Simson.* ad Ann. M. 3132. ibique *Wesseling.* et inprimis *Heynium* l. c. — V. 7. Ἰαρβ. ὕμ. Haec optime explicat narratio ap. *Justin.* XVIII. 6. ubi, cum Poeni eam coëgissent, ut Hiarbae, Maxitanorum regi, nuberet, *pyra in ulti-*

ma parte urbis exſtructa, velut placatura viri manes inferiasque ante nuptias miſſura, multas hoſtias caedit, et ſumto gladio pyram conſcendit; atque ita ad populum reſpiciens, ituram ſe ad virum, ſicut praeceperant, dixit, vitamque gladio finivit. — V. 9. „Ultimum diſtichon corrupte in Planudea legitur, cui medicam admovi manum; quam perite, judicent eruditi.“ *Br.* Vulgo legitur:

— τί μοι ἄγνὸν ἐφωπλίσασθε Μάρωνα;
τοῖα καθ' ἡμετέρης ψεύσατο σωφροσύνης.

quae ſi cum Brunckianis comparaveris, parum probabile videbitur, tam multa a librariis depravari potuiſſe. Primum autem ἁγνὸν damnare non audeo; cum, quantopere Virgilius pudicitiae laude floruerit, inter omnes conſtet. *Donatus* in Vit. Virg. V. 22. *Caetera ſane vita et ore et animo tam probum fuiſſe conſtat, ut Neapoli Parthenias vulgo appellaretur.* ubi vid. *Heynium.* Nec hoc Virgilii epitheton a noſtro loco alienum videri debet, cum magis etiam reprehendendae videantur Muſae, quod caſtiſſimum poëtam excitaverint, ut turpem Didoni famam conciliaret. Quod ſi quis tamen αἰδὸν praeferre velit, is ſuam ſententiam firmaverit Ep. *Meleagri* ſupra laudato: Πιερίδες, τί κόρῃσιν ἐφ' ὑβριστῆρας ἰάμβους Ἐτράκετ', οὐχ ἁλίῳ φωτὶ χαριζόμεναι; Quod ad reliqua attinet, minima mutatione totum hunc locum ſic corrigendum cenſeo:

Πιερίδες, τί μοι ἄγνὸν ἐφωπλίσασθε Μάρωνα
τοῖα καθ' ἡμετέρης ψεύσματα σωφροσύνης;

Hic omnem rem una litera inſerta, altera leviter immutata, profligatam vides. Nec de verborum ſtructura dubitandum. Non ſolum dicitur ἐφοπλίζεσθαί τινά τινι, ut ap. *Platon.* Ep. XXX. τὸν Ἕρον ὑμῖν ἐφοπλίσομαι. ſed etiam inſtrumentum, quo quis armatur, in accuſativo

additur, ut apparet ex Ep. ἀδεσπ. XXV. ὥπλισμαι πολλὴν εἰς ὁδὸν Ἀφροσύναν. *Diocles Caryst.* Ep. III. de pelta: τὴν ἐπὶ πολλοὺς Ἀντιπάλους πιστὴν σύμμαχον ὡπλισάμην. — Ejusmodi emendationem obversatam esse *Grotio* apparet, qui vertit:

Invida cur casto dictabas Musa Maroni
Falsa adeo in nostram probra pudicitiam.

Lectt. p. 274.] *CCCVII.*[b] Ex *Stobaei* Florileg. CXIX. p. 603. *Gesn.* 495. *Grot.* Ad verbum expressum est hoc Epigramma ex *Herodot.* L. I. 31. p. 14. ubi vide *Wesseling.* et *Davisium* ad *Ciceron.* Tusc. Qu. I. 47. Cleobin et Bitonem matrem in plaustro sedentem trahentes vidit *Pausanias* e marmore sculptos L. II. 20. p. 155. Epigramma in idem nobile facinus ex membranis edidi in Exercitatt. crit. T. II. p. 200, idque hîc emendatum adscribam:

Οὐ ψευδὴς ὅδε μῦθος, ἀληθείη δὲ κέκασται,
Κυδίππης παίδων εὐσεβίης θ' ὁσίης.
ἡδυχαρὴς γὰρ ἔην κύπος ἀνδράσιν ὥριος οὗτος,
μητρὸς τ' εὐσεβίη κλεινὸν ἔθεντο πόνον.
χαίροιτ' εἰν ἐνέροισιν ἐπ' εὐσεβίῃ κλυταὶ ἄνδρες,
καὶ τὸν ἀπ' αἰώνων μῦθον ἔχοιτε μόνοι.

V. 7. αὐτῶ *Grotius* ex Codd. suis restituit pro vulg. αὐτοῦ.

CCCVIII. Vat. Cod. p. 568. Plan. p. 298. St. 438. W. in Vitis Homeri ap. *Allatium* p. 28. et p. 30. Cf. *Villoison.* Anecdot. T. II. p. 185. — V. 1. „Vulgo legitur τρὶς με τ. – καὶ τρὶς ἐπ. – contra historiae fidem, quae Athenis notior fuit, quam ut in eam peccare potuerit, qui Epigramma hoc Pisistrati statuae basi inscribendum fecit, ita ut error librario tribuendus sit, et proinde corrigendus. Vide Meursium

in Piſiſtr. c. IV.[a] *Br.* Hoc Epigramma non magis quam plurima alia hujus generis ἀποδεικτικὰ marmori inſculptum fuiſſe confido; nec Athenis igitur, nec ab homine hiſtoriae perito ſcriptum eſſe oportuit. Hoc primum emendandi conatum retundere debet. Jam alia vide. Lectio a cl. editore damnata conſtanter habetur in membr. Vat. in Vitis ab *Allatio* editis, in *Tzetzae* Exegeſi Homeri, unde locum protulit *Fabricius* Bibl. Gr. T. I. p. 330. ed. *Harl.* Verum quidem eſt, Piſiſtratum non ter, ſed bis tantum ejectum eſſe; ſed cum poſt alterum exſilium rediiſſet, imperium usque ad mortem tenuit, et tyrannidem adeo triplici vice exercuit. Hinc apparet, errorem hìc commiſſum non librariis, ſed poëtae ipſi tribuendum eſſe, et *Brunckii* emendationem vetus vitium tollendo novum inducere. Ea enim admiſſa fides hiſtorica non minus vacillat quam antea. Recte *Waſſenbergius* p. 7. *Herodotum* excitavit ad firmandam lectionem: τρὶς με τυραννήσαντα – L. I. 64. οὕτω δὴ Πεισίστρατος τὸ τρίτον σχὼν Ἀθήνας ἐβεβαίωσε τὴν τυραννίδα. Caeterum jam *Barneſius* δὶς με τυρ. legendum propoſuit. Poëtae errorem notavit *Edw. Simſon* ann. M. 3454. — Pro ἐξεδίωξε, quod eſt in Planud. et Vat. C. ἐξεκύλισε habetur in Cod. Leidenſ. ἐξετίναξε in Schol. inedit. *Dionyſ. Thrac.* ap. *Fabricium*. In hac lectionis diverſitate *Valckenarius* vulgatam praetulit. — V. 2. δ. Ἐρεχθειδῶν. Plan. Allat. Barneſ. Cod. Leidenſ. prior. Alter cum *Tzetza* ap. *Fabric.* et cum membr. Vat. Ἐρεχθῆος. — Deinde vulgo et in membr. καὶ τρὶς ἐπηγάγετο. In Codd. Leid. et ap. Allat. καὶ τρὶς ἐπεσπάσατο. *Tzetza* τρὶς δ' ἐπανηγάγετο. quod cl. editor totum debebat amplecti. — ¶. 217.] V. 3. ἐν βουλῇ Plan. et Vat. C. reliqui βουλαῖς. — δὲ τὸν Ὁμηρ. Res inter veteres criticos celeberrima, *Piſiſtratum primum Homeri libros, confuſos antea, ſic diſpoſuiſſe, ut nunc habemus.* *Cicero* de Orat. III. 34. Veterum loca collegit cl. *Wolfius* Prolegg. ad

Homer. p. CXLIII. not. 5. – Ad σποράδην ἀειδόμενον facit inprimis *Scholion* ap. *Villoiſ.* in Anecd. T. II. p. 182. not. 1. λέγεται, ὅτι συνεβάφησαν ὑπὸ Πεισιστράτου – τὰ Ὁμήρου ποιήματα καὶ κατὰ τάξιν συνετέθησαν τὰ πρὶν σποράδην καὶ, ὡς ἔτυχεν, ἀναγινωσκόμενα, διὰ τὸ τὴν ἀμοιγὴν αὐτῶν τῷ χρόνῳ διασπασθῆναι. In ſimili re *Artemidorus Grammaticus* (T. I. p. 263.) carminum Theocriteorum collector: Βουκολικαὶ Μοῦσαι σποράδες πάλαι· νῦν δ' ἅμα πᾶσαι Ἐντὶ μιᾶς μάνδρας, ἐντὶ μιᾶς ἀγέλας. — V. 5. κεῖνος unus Vat. quod vulgatae non praeferendum. — Homerum Athenienſes ſibi vindicabant ob neceſſitudinem, quae iis cum Smyrnaeis intercedebat. Smyrna enim, cum primum una eſſet e duodecim Aeolenſium urbibus, procedente tempore Ionibus accenſeri coepit, et in commune Ionum concilium admiſſa eſt. Vide *Pauſan.* VII. 5. p. 532. Jam vero Iones Athenienſibus propinquitate proximi, unde *Herodotus* I. 147. εἰσὶ δὲ πάντες Ἴωνες, ὅσοι ἀπ' Ἀθηνέων γεγόνασι, Cf. *Valckenar.* ad L. VII. p. 547. 100. et *Jebb.* ad *Ariſtid.* T. II. p. 559. — Pro ἐπωκίσαμεν Plan. et Vat. C. ἀπῳκίσαμεν. unus Leidenſ. ἐπῳκήσαμεν, vulgari errore.

CCCIX. ap. Plan. p. 314. St. 454. W. Cf. Epigr. *Archelai* I. T. II. p. 58. — V. 1. τεκμαίρεο. *ipſum Alexandrum hoc vultu fuiſſe tibi finge.* Sic haec accipienda, docente *Valcken.* ad *Eurip.* Phoen. p. 60. — τἀκείνου. edd. vett. — V. 2. ὄμματα. Oculos in aënea ſtatua inprimis commemorari, ubi de ſimilitudine expreſſa agitur, nonnihil mireris. At non ipſos oculos, ſed obtutum ſignificari puta. *Poſidippus* in Alexandri ſtatuam Ep. XIV δάϊς τεχνῖτα, πῦρ τοι ὁ χαλκὸς ὁρᾷ.

CCCX. Planud. p. 314. St. 454. W. Si recte ſe haberet ſecundi verſus diſtinctio, ſcriptum eſſet hoc tetraſtichon in imaginem Alexandri infantis recens nati. At hoc parum veriſimile. Probabilius, poëtam regem Macedonicum ab ipſis natalibus quaſi exceptum usque

ad fummum gloriae faſtigium proſequi. Diſtinguendum ergo:

μεγαλήτορος υἷα Φιλίππου
δέξεται· ἀρτιλόχευτον Ὀλυμπιὰς ὃν π.

quod monuit *Heynius* in Commentat. S. R. T. X. p. 97. *quem Olympias ipſo partu fortem edidit.*

CCCXI. Plan. p. 310. St. 449. W. In Lyſimachum, Herculis robur et fortitudinem referentem, ut, ſi leonis exuviae addantur, ipſum te Herculem videre cenſeas. Hoc ad inſignem Lyſimachi virtutem referendum eſſe, nemo non videt. In numis cornibus arietinis inſtructus repraeſentatur, quo genus a Jove deductum indicare voluit. — V. 1. ἀταρβῆ θυμόν. De animo intrepido Lyſimachi multa ap. veteres narrantur. Vide *Pauſan.* I. 9. 22. *Plin.* VIII. 6. — V. 2. βλοσυρὸν ἐπισκύνιον. De Harpalyco *Theocrit.* XXIV. 116. τοῖον ἐπισκύνιον βλοσυρῷ ἐπέκειτο προσώπῳ.

CCCXII. Plan. p. 295. St. 435. W. Eſt in Ladam, dolichodromum longe praeſtantiſſimum, de quo *Pauſan.* III. 21. p. 261. Alius fuit Ladas Aegienſis, qui ſtadio vicit Ol. CXXV. *Pauſan.* ibid. et L. X. 23. p. 857. Prioris illius ſtatua conſpiciebatur in templo Apollinis, Corinthi, *Pauſan.* II. 19. p. 153. qui haec habet: Λάδας ποδῶν ὠκύτητι ὑπερβαλλόμενος τοὺς ἐφ' αὑτοῦ. Eum cum Perſeo et Pegaſo jungit *Catull.* LV. 24. *Non ſi Pegaſeo ferar volatu, Non Ladas ſi ego pennipesve Perſeus.* Ad eundem reſpicit etiam *Juvenal.* Sat. XIII. 96. ubi vide *Grang.* Cf. etiam *Raderum* ad Martial. II. 85. X. 100. — Ex comparatione hujus diſtichi cum Ep. ἀδεσπ. CVI. et Ep. *Nicarchi* XXVI. noſtrum carmen mutilum eſſe apparet, quod monuit *Brunckius* in Lectt. ad *Nicarchi* Ep. p. 206. Pars ejus diſtichi, quod periit, habetur in parodia illa ſatis faceta:

Τὸ στάδιον Περικλῆς εἶτ' ἔδραμεν, εἶτ' ἐκάθητο,
οὐδεὶς εἶδεν ὅλως· δαιμόνιος βραδυτής.
ὁ ψόφος ἦν ὕσπληγγος ἐν οὔασι, καὶ στεφανοῦτο
ἄλλος, καὶ Περικλῆς δάκτυλον οὐ προέβη.

et ex *Plutarcho* T. II. p. 804. E. ὅπου δὲ, ὥςπερ ἐπὶ τοῦ Λάδα λέγουσιν, ὁ ψόφος ἦν ὕσπληγγος ἐν οὔασιν, ἔνθα καὶ ἐστεφανοῦτο περιβεόων ἢ θριαμβεόων ἢ στρατηγῶν ἐπιφανῶς, apparet, Epigramma noſtrum olim ſic lectum fuiſſe:

Λάδας τὸ στάδιον εἶθ' ἥλατο, εἶτε διέπτη,
δαιμόνιον τὸ τάχος, οὐδὲ φράσαι δυνατόν.
ὁ ψόφος ἦν ὕσπληγγος ἐν οὔασι, καὶ στεφανοῦτο
Λάδας — —

In poſtremis, quae perierunt, Ep. *Nicarchi* XXVI. efficit, ut de ſubita Ladae morte actum eſſe credam. Nam eum ſtatim poſt palmam acceptam morbo obiiſſe tradit *Pauſan.* III. 21. p. 263. Locum *Luciani*, quo noſtrum carmen reſpexit, laudavi in Animadv. T. III. P. I. p. 344.

¶. 218.] *CCCXIII.* Plan. p. 295. St. 435. W. In ejusdem Ladae ſtatuam Myronis. Floruit hic ſtatuarius circa Ol. LXXXVII. unde apparet, etiam in hoc carmine de Lada Lacedaemonio agi, non de altero Aeginenſi, qui vicit Ol. CXXV. — V. 2. „Θῦμον. Ita ſcribendum, non, ut vulgo, Θυμόν. Eſt enim nomen proprium τοῦ ἀνταγωνιστοῦ: alias nullus eſt ſenſus. Aliunde tamen mihi notus non eſt hic athleta. Sic jam ediderat, quando comperi hunc locum a ſummo Grotio ita etiam fuiſſe intellectum, cujus haec eſt primi diſtichi verſio:

Qualis eras, Lada, fugiens vestigia Thymi
Alipedis, premeres cum pede flabra tuo.

Latina graecis non magis perspicua sunt: aeque enim intelligo, quid sit *premere flabra pede*, ac ἐπ' ἀκροτάτῳ πνεύματι θεῖον ὄνυχα. Corrupta haec esse censeo: talis est aut esse debet sententia: *summis pedibus tangens solum*, ἐπ' ἀκροτάτους θεὶς ὄνυχας δαπέδῳ." *Br. Burette*, qui hoc Epigr. protulit *dans les Mémoir. de l'Acad. des Inscr.* T. II. p. 365. vertit: *Lorsqu' à peine touchant la carrière du bout des ongles, tu laissais bien loin derrière toi un coureur vite comme le vent.* quod fere ad *Brunckii* sententiam redit. *Jos. Scaliger*, quem vitium hujus loci non fugit, emendavit in not. mst. ἀκροτάτῳ πνεῦμά τε θεὶς ὄνυχι. Novissimi vocabuli emendatio verissima videtur; sed quid sit *spiritum ponere summis pedum digitis* sive *in digitis*, non video. Ill. *Heynius* in Comm. S. R. T. XII. p. 291. monuit, poëtam de extrema cursus parte videri loqui, ut ille pedem ponat ἐπ' ἀκροτάτῳ νεύματι, *prominens*, scil. *in metam*. Mihi in mentem venit scribere:

ἐπ' ἀκροτάτῳ βίμφα συθεὶς ὄνυχι.

συθεὶς pro τι θεὶς saltem probabile videbitur. *Pindar.* Ol. α. 32. de Pherenico, ὅτε παρ' Ἀλφεῷ σύτο. — βίμφα. *Homer.* Ιλ. ψ. 766. αἰεὶ βίμφα θέων. Plura vide ap. *Schneider.* ad *Orphei* Argon. v. 1354. p. 225. *Antimach.* in *Schol.* ad *Lycophr.* p. 33. βίμφα δ' ἀπ' ὑπείροιο μελαίνης ὑψόσ' ἀερθείς, Πηλείδης ἀπέρυσε. — V. 3. ἐχάλκευσε Μύρων. Vulgo. σε inserendum esse vidit *Huetius* p. 29. et *Jos. Scaliger* in not. mst. — Mox pessime legitur et distinguitur in Planudea: ἐπὶ παντὶ χαράξας σώματι, Π. προσδοκίμη στ. Optime hoc emendavit cl. editor. In toto corpore Pisaeae palmae, i. e. victoriae, conspicitur exspectatio. — V. 7. οὐδὲ καθέξει ἃ βάσις. Cf. not. ad Ep.

CCCII. 3. — V. 8. ὦ. Vulgo ὤ. Illud admirantis eſt. Senſus horum verborum non valde perſpicuus. τέχνη ipſum Ladae ſignum eſſe videtur, in quo tam expreſſa celeritatis ſignificatio, ut ventos ipſos praevertere poſſe videretur. *Scholioſtes* in Wechel. hallucinatur.

Lectt. p. 274.] *CCCXIII.* [b] A *Polluce* ſervatum IV. 92. p. 401. illuſtravit *If. Voſſius* in libro de poëmatum cantu et viribus rhythmi p. 109. et *Palmerius* in Exercitatt. p. 578. ſq. Ex verbis a *Polluce* huic Epigrammati additis intelligitur, Archiam Hyblaeum primum ex peregrinis fuiſſe, qui Olympiae in praeconum certamine victoriam referret, et quidem ita, ut tribus Olympiadibus continuis competitores ſuperaret. Idem Delphis victoriam reportavit. Ob triplicem illam palmam ſtatua ei Delphis eſt poſita cum Epigrammate. De certaminibus praeconum, qui in ara ἐν Ἄλτει ſtantes vocis documenta dabant, locus eſt claſſicus ap. *Pauſan.* V. 22. p. 434. Eorum meminit *Philoſtrat.* Vit. Apoll. IV. 24. *Euſeb.* Chron. p. 44. et alii, quos vide ap. *Joſeph. Scaliger.* in *Euſeb.* p. 420. et *T. H.* ad *Lucian.* T. I. p. 427. ed. Bip. — V. 2. ἐπ' ἀπνμοσύνῃ quod incolumis illud certamen peregit, nec venis nec cute ruptis, quod in tanta clamoris intentione factum eſſe nonnunquam probabile eſt. — V. 3. τρεῖς. Vulgo. τρὶς correxit *Faber* in Agoniſt. II. 15. — τὸν Ὀλυμπίας vitioſe vulgo. Ὀλυμπίᾳ emend. *Caſaubonus*; rectius *Jungermannus* Ὀλυμπιάδ'. — V. 4. ὑποσαλπίγγων vulgo; *Jungermannus* diviſis vocibus ὑπὸ σαλπ. quod Brunckiana emendatione fortaſſe non deterius. Vociferatus erat ille aſſa voce, *tuba non accinente*; hoc eſt οὐχ ὑπὸ σάλπιγγος; ut ὑπ' αὐλητῆρος ᾄδειν, *tibia accinente canere*, in Fr. *Archilochi* ap. *Schol. Ariſtoph.* Av. 1426. Cf. de hoc uſu praepoſitionis ὑπὸ *Valcken.* ad *Herodot.* p. 521. 24. — ἀναθέγματα. *Stephanus* in Th. L. Gr. Append. p. 410. F. noſtri loci non memor ἀναθέγματα ſcribendum cenſet ap. *He-*

Sychium: ἀναδείγματα· ἡνίας περὶ τραχήλους. in errorem inductus depravato vocabulo ἡνίας, ut de habenis cogitaret, quibus equi retinentur et ἀναχαιτίζοντα. At *Hesychius* scripsisse videtur: ἀναδείγματα· ταινίας περὶ τρ. Absorpta scilicet syllaba τα, quae praecesserat, νιας remansit. Idem *Sopingio* in mentem venisse, nunc video. Fasciae igitur intelligendae, quibus praecones collum circumdabant, ne nimis inflarentur arteriae, sicuti tibicines φορβειαῖς ob similem causam utebantur. Male hoc Epigr. adhibentem *Winkelmannum* in Tratt. Prelim. innanzi alla Spieg. dei Monimenti Inediti p. LXXII. meliora docet *Heynius in den antiqu. Aufs.* II. p. 232. sq.

CCCXIV. Vat. C. p. 458. Plan. p. 301. St. 441. W. Pessimus versus et indignus, qui hîc legatur. Apellis imago aliunde non cognita.

CCCXV. Plan. p. 343. St. 483. W. — V. 1. Το τραγόπους. Praxitelis Satyrus, utrem humeris gerens, quod recte vidit *Brodaeus*. *Junius* in Catal. perperam de Pane interpretatur, cui nihil cum utre. Vide *Heyn.* in Comment. S. R. T. X. p. 89. Plures fuerunt ejusdem sculptoris Satyri. Is, quem *Pausanias* describit L. I. 20. Baccho pateram porrigebat. Danaën et Nymphas Praxitelis una cum Pane commemorat *Nicomedes* Ep. IV. T. II. p. 383. — V. 3. λύγδηνα. Ald. 1. 2. 3. — In sequentibus opera ἀμώμητα vel ab ipso Momo laudanda significantur. Verba σοφαὶ χέρες haud scio an etiam Momo tribuenda sint. — V. 4. ἄκρητος σοφίη. ars perfecta et eximia. Sic κάλλος ἄκρητον est ap. *Paul. Silent.* Ep. XXXVII. ubi not. quaedam T. III. P. I. p. 151. Similiter ζωρὸν usurpatur. v. ad *Leonid. Alex.* Ep. X. T. II. P. II. p. 92.

CCCXVI. Plan. p. 302. St. 442. W. „In Planudea sine lemmate, cujus defectum non supplent *Brodaei* notae. V. 2. legendo τῶ, i. e. τίνος, planus sensus

eſt. " *Br.* Sic quoque ſenſum ſatis planum eſſe dubito. ἃ τέχνα de ipſo artis opere accipiendum; hoc quid ſit, dignoſci non poterat, τῷ ἐλέγχῳ deficiente. Jam cauſa hujus defectus additur: ipſum enim indicare non poteſt, i. e. ex ipſo opere intelligi nequit, cujusnam caput effecerit. Num hoc planum? Mihi quidem obſcuriſſimum videtur. Nam quis eſt ille ἔλεγχος, quem poëta deſiderat? Nomen fortaſſe baſi operis inſculptum? At hoc ad ipſum opus nihil facit. An mutilum erat caput et male adfectum? Tum perperam hoc expreſſum verbis οὐδὲ - κεφαλάν. Nam eadem adhiberi poterunt de protome integerrima, ſed hominis nobis ignoti vultum exhibente. Tum quid eſt πέρι hoc loco? Ego certe ſenſum huic contextui idoneum non reperio. Magis igitur probaverim emendationem ab *Huetio* in Cod. Scaligeri repertam et ab ipſo doctiſſimo praeſule probatam:

οὐδὲ γὰρ αὐτὰ
μανῦσαι δύνανται τῷ πόδε, τὰν κεφαλάν.

Erat igitur ſtatua mutilata, cujus nihil niſi truncus ſupererat, capite pedibusque perditis.

¶. 219.] *CCCXVII.* Vat. C. p. 480. Plan. p. 302. St. 442. W. Reſpicitur fortaſſe ad hiſtoriam de uvis Zeuxidis. V. *Plin.* XXXV. 10. *Seneca* in Controv. X. 5.

CCCXVIII. Vat. C. p. 475. Plan. p. 349. St. 488. W. — V. 1. Ὁλύμπῳ. Vat. C. Ald. 1. Aſcenſ. Steph. Οὐλύμπῳ ed. Fl. pr. Ald. 2. 3. — ὕψι τεθέντα vulgo. ὑψωθέντα Vat. C. — V. 2. χρῆσις Vat. — V. 3. Νειλοΐδις Vat. — V. 4. πυρσεύουσι. προσπελάζουσι. hîc ſignificatione transitiva. De hoc verbo vide praeſtantiſſimum *Valckenar.* ad Eurip. Hipp. p. 244." *Br.* Pyramides ſummo vertice ſidera tangunt. *Propert.* III. El. I. 57. *Pyramidum ſumtus ad ſidera ducti.* Anth. Lat. II. CCLXI.

p. 448. *Pyramidasque auſas vicinum adtingere coelum.* Ibidem Ep. CCLXII. p. 449. *Tu licet extollas magnos ad ſidera montes Et calidas aeques marmore Pyramidas.* ubi *N. Heinſii* emendatio *Pharias aeques*, quamvis vehementer probata a *Burmanno*, nec tamen apta eſt huic loco, nec eum integrum praeſtat. Corrigendum potius:

Et coelo exaeques marmore Pyramidas.

i. e. licet Pyramidas, marmore exſtructas, usque ad coelum educas. Sic *Lucret.* I. 80. *nos exaequat victoria coelo.*

CCCXIX. Vat. C. p. 474. εἰς λίθον ἀκοιτονον. ἀκοίτωνον eſt in Plan. p. 349. St. 488. W. Lapidem acoetum vel acoetonum, cum ignorantiſſimis ignoro, nam quod lapidem interpretantur ſine ſedimento, ex *Plinio* XI, 15. ubi olim *mel acoetum* legebatur, id nihil eſt. *Grotius* lemma ſuperſcripſit: *In lapidem Aquitanum.* quem illo non magis novi. — Deſcribitur lapis, venis vario ordine discurrentibus, diſtinctus. ἄτακτος εὐταξία. naturalis ordo, non ſtudio aut arte effectus.

CCCXX. Vat. C. p. 141. Εἰς τελετὴν Διονύσου. Edidit *Reisk* in Anthol. nr. 1. p. 396. Scriptum in gemmam, in qua pompa myſtarum Iacchi repraeſentata erat, Amoribus ſupra volitantibus. A varietate figurarum, quam illa exhibebat, πολύμορφος. Amores autem illi vindemiam exercebant; hinc χορὸς τρυγόων. Plures ex antiquitate ſuperſunt gemmae huic diſticho accommodatae, interque eas inprimis nobiliſſima gemma *Michaëlis Angeli* appellata, in qua bini Amores uvas de vitibus decerpunt, alter etiam in pateram ſublatam muſtum exprimit. Eſt ea revera πολύμορφος, cum ibi homines mulieresque, cum Satyris, pueris et animalibus mixti, potantes, ſacrificantes, vindemiantes, ludentes conſpiciantur. — V. 1. In Apogr. Lipſ. erat ει, quod

Reiskius in ἡ mutavit. Sed revocanda membranarum lectio εἰς λίθος, unde antitheſis efficitur haud inelegans.

CCCXXI. Vat. Cod. p. 480. ſimul cum ſequente. Plan. p. 351, St. 490. W. „Vulgo tribuitur Platoni juniori; in membranis ante lemma ἀδέσποτον, et huic ſubjunctum eſt alterum illud, quod hîc ſequitur ſimilis argumenti monoſtichon.“ *Br.* — V. 1. ζυγόν. Vulgo et in Vat. idque revocandum. *Euſtath.* ια. γ. pag. 313. 41. τὸ δὲ μέγα κοιλεὸν καὶ τὸ κίλευθον καὶ τὸ ζυγὸν καὶ τὸ δεσμὸν καὶ τὰ τοιαῦτα μεταπίπλαστα. Eandem obſervationem paſſim inculcavit. — Proximum verſum cl. editor neſcio unde, ſed longe aliter protulit, quam eſt in membr. ubi ſic habetur:

Εἷς δίφρος, ἅρμ', ἐλατῆρ, ἵπποι, ζυγόν, ἡνία, Νίκη.

¶. 220.] *CCCXXIII.* Vat. C. p. 460 Plan. p. 351. St. 491. W. Hoc Epigramma et nonnulla ſequentium annumeranda ſunt Grammaticorum exercitationibus, quibus eandem rem vario modo efferre ſtudebant. Haud pauca hujus generis in utraque Anthologia reperiuntur. — Venuſtum deſcribitur balneum, in quo ipſa adeo Venus habitare videri poſſit. Quod commentum ut exornaret poëta, Martem invitat, ut jam ſine metu ad hoc balneum viſendum veniat. — V. 1. τὸ πάφος et Κυθείην. Vat. C. — V. 4. Τιρεσίαι. γυμνὴν Τειρεσίας θηήσατο μοῦνος Ἀθήνην. *Nonni Dion.* XX. in fin. Nota fabula ex *Callimachi* H. in Pallad. Lav. v. 71. ſqq. Comparandum inprimis Epigr. *Rufini* XI.

CCCXXIV. Vat. C. p. 460. Plan. p. 351. St. 491. W. Ut hîc Gratiae fonti, ubi laverant, ſui corporis ſplendorem impertiviſſe dicuntur, ita fons quidam limpidiſſimus inter Euphraten et Tigriden a Junone, poſt nuptias ibi cum Jove lavante, ſuaviſſimum odorem

accepisse dicebatur. *Aelian.* XII. V. H. 30. Cf. ad *Marian* Ep IV. T. II. P. III. p. 401. sq.

CCCXXV Vat C p. 460. Planud. l. c. Vulgo V. 1. ἢ τεῖον K legitur; nec aliter est in membranis. Causam mutandi satis gravem non video. — V. 2. τ. τεύξεν. Vat. C.

CCCXXVI. Vat. C. p. 464. Plan. p. 355. St. 494. W. Cf. Ep *Agathiae* XLVII. *Libanius* in Antiochica T. I. p. 312. de fontibus in Daphne: πείθομαι δὲ κἀκεῖνο, τὰς τριῶν θεάς, ὅτε περὶ κάλλους ἤριζον, ἐνταῦθα λουσαμένας ἥκειν.

CCCXXVII Vat C. p. 460. Plan. p. 351. St. 491. W. In parvum balneum, quod non nisi tribus Gratiis recip endis videbatur sufficere. — ἀθέρματα. quodvis oblectamentum. V. *Ruhnken* ad H. in Cer. v. 16. — V. 2. „In membr. μούνας εἶεν παίσδειν. Scribendum μοῦνας, ultima corripitur Dorientium more.“ *Br.* Vulgo ἰκέλνας (er sic Vat. C.) μοῦνον (μούνας Ald. 1. 2. 3.) ἔεν.

CCCXXVIII Vat. C. p. 460. junctim cum praecedente Plan p. 352. St. 491. W.

CCCXXIX. Vat. C. p. 464. Plan. p. 355. St. 494. W. Male in membr. ὀρχούμεναι. Notissimus Gratiarum Orchomeni cultus. Cf. *Pindar.* Ol. XIV. 4.

¶. 221.] CCCXXX. Vat. C. p. 460. Plan. p. 352. St. 491. W. „Vulgo ἡδεῖαν ὀπωπήν. et sic etiam scriptum in membranis a prima manu, at supra correctum ὀδωδήν. Infra Epigr. CCCXXXII. eaedem ὀδωδὴν habent sine alterius lectionis vestigio.“ *Br.* In apogr. Gothano etiam h. l. nullum correctionis vestigium, sed ὀδωδὴν reperitur solum; quare cl. editorem Salmasianis notulis in errorem inductum esse suspicor. In Plan. est ὀπωπήν.

CCCXXXI Vat. C. p. 460. Plan. p. 352. St. 491. W. Suspicor hoc scriptum esse in balneum, cui Ἔρως nomen; quo admisso intelligitur, cur poëta Amorem

parvo latici adeſſe dicat. Cf. Ep. CCCXLVI. Hoc ſi displiceat, ἕρως accipiendum pro πόθος: exiguus latex lavantibus dulce inſpirat deſiderium. *Huetius* p. 44, cogitavit de Cupidinis ſimulacro, qualia veteres in balneis collocaſſe conſtat ex *Theocriti* Eid. XXIII. 59. — V. 1. λουτροῦ. Vat. C.

CCCXXXII. Vat. C. p. 461. Plan. p. 352. St. 491. W. Mala imitatio Ep. CCCXXX. In 1. v. dubito an ſincere legatur δένδρον. Nam certae cujusdam arboris exſpectatur commemoratio, cui et epitheton βραχύφυλλος et ἡδεῖα ὀδωδὴ conveniat.

CCCXXXIII. Vat. C. p. 483. Plan. p. 355. St. 495. W. Parvum balneum non propterea vituperandum eſſe; nam et Amorem eſſe parvum. Cf. *Leontii* Ep. XV. T. III p. 107. et Ep. ἀδέσπ. CCCXLVI.

CCCXXXIV. Vat. C. p. 461. Planud. p. 352. St. 491. W. Scriptum in balneum Mariae Stilichonis filiae, Honorii Auguſti conjugis; num unum ex binis Honorianis thermis, an diverſum, non dixerim. Thermae Honorianae erant aliae in regione quinta, aliae in decima tertia, in veteri urbis deſcriptione. Vide *Du Cang.* L. I. p. 93. *Banduriun* T. II. Antiqq. CP. p. 849. nr. 413.

CCCXXXV. Vat. C. p. 461. Plan. p. 353. St. 492. W. Notus ex Odyſſ. locus IX. 94.

> — ὅστις λωτοῖο φάγοι μελιηδέα καρπὸν
> οὐκ ἔτ' ἀπαγγεῖλαι πάλιν ἤθελεν οὔτε νέεσθαι.

Hinc Λωτοφάγων λήθη in proverbium abiit. Vide *Erasm.* II. Chil. VII. 62.

¶. 222.] *CCCXXXVI* Vat. C. p. 464. Plan. p. 355. St. 493. W. In 1. v. τοῦτ' ἰδ. Vat. C. — V. 2. ἐπιλήθεις. Eadem lectionis diverſitas obtinet in Codd. *Homeri* Od. IV. 221.

CCCXXXVII Vat. C. p. 462. Plan. p. 353. St. 493. W. Matronas, virgines et meretrices balneum invitat, ut lavantes pulchritudinem fuam auctum veniant. — V. 1. πόθος. Ex fequentibus fubaudi, μείζονος κάλλους τεύξεσθαι. Quaecunque mulier formofior evadere cupit, omnes autem cupiunt, huc veniat. Hoc mihi verius videtur, quam πόθος de amore abfolute accipere, quod *Grotius* fecit:

Pulcrae, queis amor eſt, (nulli puto nullus) adeſte:
Hac ab aqua vobis gratia major erit.

V. 2. τευξόμενοι. Vat. — V. 5. πόρους ἀπὸ σώματος. corporis quaeſtum faciens. *Noſſis* Ep. IV. ἱπανρομένα μάλα πολλὰν Κτῆσιν ἀπ' οἰκείου σώματος ἀγλαΐας. — ἐσμὸν ἱε. ex *Platon.* Ep. VII ἡ τὸν ἱερατῶν Ἐσμὸν ἐπὶ πρεσβύρους Λαὶς ἔχουσα νέων, — In Vat. C. ἥξει.

CCCXXXVIII. Vat. C. p. 462. Plan. p. 353. St. 493. W. Praecedentis carminis imitatio; nifi haec fortaffe iisdem thermis inſcripta fuerunt. V. 4. λήψῃ. μισθὸν ſcil. quod ex voce μισθοφόρους aſſumi poteſt.— Meretrices, alias rapaces, tibi mercedem offerunt, ubi hîc laveris.

CCCXXXIX Vat. C. p. 464. Plan. p. 355. St. 494. W. Gratiae Solem jurabant, ſe in his thermis habitare malle, quam apud Venerem. Ante ἢ omiſſum eſt μᾶλλον, de qua ellipſi notavi ad *Meleagri* Ep. CVI. T. I. P. I. p. 117. Quod Gratiae Solem jurant, eo referendum videtur, quod balneum illud Soliis radiis colluſtrabatur. Id enim veteres in balneorum ſtructura ſtudioſe efficere ſolebant. *Lucian.* in Hipp. §. 5. T. VII. p. 298. ed. Bip. βαλανείῳ δ' οὖν καὶ ταῦτα πρεπωδέστατα, χαρίεσσαι καὶ φωτὶ πόλλῳ καταλαμπόμεναι ὑποχωρήσεις — καὶ μέσος οἶκος ὕψει τὸ ὑψηλότατος καὶ φωτὶ φαιδρότατος. ψυχροῦ ὕδατος ἔχων τροῖς κολυμβήθρας. — Ὁ δὲ ἔνδον οἶκος κάλλιστος, φωτός τε πολλοῦ ἀνάμεστος κ. τ. λ. *Plinius*

V. Epiſt. VI. 26. *Frigidariae cellae connectitur media, cui ſol benigniſſime praeſto eſt; caldariae magis; prominet enim.* Seneca Epiſt. LXXXVI. *In hoc balneo Scipionis minimae ſunt rimae magis quam feneſtrae. — At nunc blattaria vocant balnea, ſi qua non ita aptata ſunt, ut totius diei ſolem feneſtris ampliſſimis recipiant.*

CCCXL. Vat. C. p. 464. Plan. p. 355. St. 494. W. Cf. Ep. *Pauli Silent.* LXII. — V. 1. Διόνυσος. Finge tibi balneum, unde proſpectus in vineta patebat. — V. 2. ἀλλήλων. Vat. C.

CCCXLI. Vat. C. p. 464. Plan. p. 355. St. 494. W. Scriptum eſt in balneum publicum, in quo diverſae hominum claſſes diverſis horis lavabant. Non ſatis perſpicuum diſtichon, quod *Brodaeus* certe, aliena de Diis et heroibus docens, non illuſtravit. ἀθάνατοι et ἡμίθεοι pro loquendi more illius aevi, quo hoc diſtichon conſcriptum eſſe videtur, Caeſares ſunt et proceres. Hi, ſecundum hoc diſtichon, prius, reliqua turba ſerius lavari ſolebat. - πέμπτῃ. mature ſane! Nam vulgo hora *octava* balneo deſtinata erat, (*Plin.* Epiſt. III. 1. 8. ubi vide Intrpp.) ſeptem priores negotiis. Cf. not. ad Ep. ἀδέσπ. CCXLII. — V. 2. „μετέπειτα δὲ πέμματα πάντα. Sic recte Vat. membr. *et puis la canaille.* Abſurde vulgo ἥματα.“ *Br.* *Salmaſius* in not. ineditis eandem membr. lectionem adſcripſit, cum interpretatione: *faex vulgi, turba vulgaris.*

¶. 223.] *CCCXLII.* Plan. p. 356. St. 495. W.

CCCXLIII. Vat. C. p. 461. Plan. p. 352. St. 491. W. Smyrnae Gratiae colebantur in templo Nemeſios. Pauſan. IX. 35. p. 781. Smyrnam laudans *Ariſtides* T. I. p. 522. ed. *Iebb.* τὸ δ' αὖ μέγιστον ἁπάντων καὶ ἐντιμότατον εἰπεῖν, οἱ Μουσῶν καὶ Χαρίτων χοροὶ οἱ δι' αἰῶνος τὴν πόλιν ἐμβατεύοντες. Idem eodem loco Smyrnae omnia reperiri ait, quae ad corpus animumque recreandum faciant, ἅπας χόσμος συνελήλυθεν ἐξ ἱερῶν, ἐκ λουτρῶν, ἐκ λιμένων,

ἐκ δρέμων. Id. p. 232. λουτρὰ τοσαῦτα Smyrnae esse ait. ὥστε ἀποφύσεις ἄν, οὐ λούσαιο. — πίπλα. Gratiae velatae ab antiquioribus repraesentabantur; etiam Smyrnae. Vide loca veterum ap. *Manso in den Versuchen über einige Gegenst der Myth.* p. 448. sq

CCCXLIV. Vat C. p. 472. Plan. p. 348. St. 487. W. Hortus describitur triplici venustate (gratia) conspicuus. Primam ei conciliat mare propinquum; alteram arborum ordines; tertiam denique balneum ibidem exstructum. Cf. *Paul. Silent.* Ep. LXII. — V. 1. Χάριτας λούσεις ξένε. Vat. C. unde elegantior existit numerus.

CCCXLV. Plan. p. 356. St. 495. W. In balneum, Alexandri Episcopi cura et sumtibus exstructum in loco, ubi antea sordes projiciebantur. Πραίνετος oppidum erat Bithyniae. — V. 2. ἀποκρίσεις. Quae corpus tanquam superflua ejicit, τὰ ἀποκρινόμενα vocantur, et ἀποχωροῦντα et περιττώματα. Vide *Toup.* ad *Longin.* Π. Υ. p. 375. ubi et nostri loci non immemor fuit, et *Foesium* in Oecon. Hipp. v. ἀπόκρισις. — V. 3. Nunc autem splendore suo venustissima et celeberrima loca superat. προφέρειν Latinorum modo, ut *praestare*, c. accus. copulatum. „Inferioris aevi est hoc carmen. Debuisset juxta rectam loquendi normam scribere auctor νῦν δὲ λιγαίῃ προφέρει τῶν τερπνῶν τῶν πᾶσι βουλόντων καὶ χαριέντων. προφέρειν cum accusativo graecum non est. Vide quae notavi ad Leonid. Alex. XXVII. " *Br.* — V. 4. „Καὶ γὰρ Ἀλέξανδρος. Sic codices et veteres edd. Refractarium nomen in ordinem cogere nescivit malus poëta. Forte tamen scriptum reliquerat:

λιγαίῃ προφέρει· Νικαέων ἱερεὺς
καὶ γὰρ Ἀλέξανδρος, σοφίης ἐριηδέος ἀστήρ."

Br. Supervacaneam, ut mihi videtur, insumunt operam, qui ejusmodi poëtarum peccata emendare conan-

tur. In Lectt. Ald. 1. ἀλεξάνορος emendatum, quod Ald. 2. 3. et Asc. sequutae sunt. — De Alexandro, Nicaecensium Episcopo, nihil, quod sciam, aliunde constat.

¶. 224.] *CCCXLVI.* Plan. p. 347. St. 487. W. In membr. Vat. p. 469. Cf. Ep. ἀδεσπ. CCCXXXI.

CCCXLVII. Plan. p. 291. St. 430. W. In Palmae cujusdam statuam, a Caribus ei positam. Hic Palma magistratus Cariae fuisse videtur. Nomen Παλμᾶς ductum a πάλματος. *Palmatus* quidam commemoratur sub Honorio. V. *Godofredum* in Prosopogr. Cod. Theod. v. — „Vulgo legitur in pentametro: τόσσον ἀγασσάμενοι, pendente sensu ob defectum verbi, quod in his exprimi solet. Poterat quidem in hexametro subaudiri εἶσι, sed sic inficeta esset sententia." *Br.* Vulgo habetur: Πάλματον Ἰουδίκην τόσσον ἀ. In marg. ed. Wech. γρ. καὶ Παλμᾶν Ἰουδίκην. ἵνα ᾖ ὄνομα κύριον αἰτιατικῆς πτώσεως τὸ Παλμᾶν· ἄλλως γὰρ δύσκολον.

CCCXLVIII. Vat. C. p. 488. Plan. p. 298. St. 437. W. — V. 1. ἀρετήν. in membr. Vat. desideratur. In iisdem, ut etiam in Planudea, praecedit Ep. quod inter Byzantina retulit *Brunckius* nr. XXI. T. III. p. 137. in quo Heraeum a Justiniano exornatum laudatur. In Vat. C. huic nostro districho lemma additum εἰς τὸ αὐτό. unde apparet, κοίρανοι referendum esse ad Justinianum ejusque conjugem. Si quis tamen Cod κοίρανε offerret, hoc lubens amplecterer. ὑμετέρην ap. poëtas illius seculi saepenumero ad unum refertur. Cf. *Agath.* Ep. LXXIV. *Paul. Silent.* X. 2. XLII. 6. In Stat. Athl. Ep. XXIII. Heroica XIII. 2.

CCCXLIX. Vat. C. p. 486. Plan. p. 322. St. 462. W. „Εἰς στήλην κεχωσμένην ἐν Θῃ. Sic Vat. membr. e qua etiam primus versus emendatus. At suspicor in lemmate scribendum κατακεχωσμένην et v. 1. ὑπὸ χθονί. α *Br.* *Huetius* p. 31. lemma sic emendandum censebat.

εἰς στ. Ἄρεος κεκλιμένην, (ſic quoque *Brodaeus*) his additis: „Hac ſtatua expreſſus fuiſſe videtur Mars humi recumbens, quietis gratia Exiſtimem autem, fuiſſe hoc ſimulacrum de genere eorum, quae Talisman appellant, certa arte fabrefactum ad arcendos Gothos.“ Vulgo κεκοσμημένην legitur in editt. antiq. praeter Florent. pr. ubi κεχωσμένην habetur. Si vera eſt conjectura cl. editoris, de ſtatua Martis defoſſa agi putandum eſt. Veriſimilius tamen, Martis ſtatuam pro Palladio Thraciae fuiſſe habitam, ubi collebatur, ita ut inter Thraces vitae ſedem fixiſſe putaretur. Hoc etiam *Heynio* viſum V. Ill. in Comment. S. R. X. p. 84. cujus haec ſunt: „ἐπὶ χθονὶ κέκλιται non eſt prolapſa ſtatua, ſed *poſita in ſolo*. Niſi, quod malim, fuit pro ἐπικέκλιται ἐπὶ χθόνα. *converſa proſpicit*.“ — V. 1. εἰσέκε θούριος οὗτος. Vulgo. In Vat. C. ε. θοῦρος οὗτος ἐ. χ. κέκλητας. quod vulgato deterius. Falſus erat igitur cl. editor, cum ſuam lectionem in membranis exſtare putabat.

CCCL. Plan. p. 375. St. 514. W. cum lemmate: εἰς εἰκόνα Πτολεμαίου, ἐν Ἀντιοχείᾳ. Ptolemaeum rhetorem fuiſſe, inde apparet, quod *Eloquentia* (λόγοι) ei ſtatuam poſuiſſe dicitur; idem vero virtutem maxime illuſtraverat judiciis prudenter et integerrime habitis. Nam cum dicitur virtutem εἰς τοὺς δικολέκτας exercuiſſe, rabularum improbitatem coërcuiſſe videri debet. Notus eſt *Ptolemaeus* rhetor Naucratites, qui Hadriani et Trajani temporibus floruit; Cretenſis ejusdem nominis alibi non commemoratur. — V. 4. ξύλον. ſignum ex ligno. — χρυσίον. quia alienus a corruptione. Sic quoque *Arabius Schol.* Ep. II. T. III. p. 109. Εἰκόνα Λογγίνῳ χρυσέην πόλις εἴχεν ὀπάσσαι, Εἰ μὴ πότνια Δίκη χρυσὸν ἀπεστρέφετο.

CCCLI. Vat. C. p. 316. Ἄδεσπ. Εἰς Κασσίαν τὴν σώφρονα. Plan. p. 233. St. 338. W. Imagini Caſſiae, in monimento fortaſſe ſepulchrali conſpicuae, ſubſcriptum. — V. 1. Κασσίας. Vat. C. — V. 3. ἡ τῆς ὄψεως. Hanc

lectionem unde duxerit cl. editor, non indicat. Vulgo ἡ τοῦ σώματος. quod ut per se bonum est, ita *Planudi* fortasse debetur. Nam in membr. Vat. vitiose ἡ τοῦ προσώπου habetur.

¶. 225.] *CCCLII.* Plan. p. 300. St. 440. W. Praecedit Epigramma *Pauli Silentiarii* LIX. in ejusdem Theodoriadis imaginem; deinde sequitur nostrum cum lemmate εἰς τὸ αὐτό, ut est in ed. pr. Flor. Ald. 1. 2. 3. Asc. et al. sive εἰς τὴν αὐτήν, ut est ap. Steph. Etiam hoc Epigramma *Pauli* esse nullus dubito, quod et argumentum et oratio ostendit. — Conqueritur poëta, quod pictor pulcherrimam Theodoriadis comam velo texerit. — V. 3. Si summum summi capitis decus et ornamentum occultasti, quomodo quis exspectare poterit, reliqui corporis pulchritudinem accurate expressam esse? — V. 5. Aliud Epigr. εἰς τὸ αὐτὸ incipere existimabat *Jos. Scaliger* in Not. mst. in quo fallitur. Haec enim arcte cum praecedentibus cohaerent, nec ab iis divulsa sensum praestant integrum. Pictor, qui Theodoriadis imaginem adumbraverat, contra ac pictores solent, ejus pulchritudini detraxisse videbatur, comam tegendo scil.

CCCLIII. Plan. p. 363. St. 502. W. 'Si fides lemmati habenda, scriptum est hoc Epigramma in statuam Xenophontis pantomimi, qui ibidem Smyrnaeus esse traditur. At de statua agi, nihil est in carmine ipso, quod fidem faciat; quippe cum in eo ars viri laudetur, quam in Pentheo saltando praestiterit. Referendum itaque, ni fallor, hoc Epigramma inter carmina ἐπιδεικτικά. Caeterum Xenophontem illum aliunde cognitum non habeo. — V. 1. αὐτόν. Sic de Pylade pantomimo *Antipater Thess.* Ep. XXVII. αὐτὸν Βακχευτὴν ἐνέδυ θεόν, ἡνίκα Βάκχας — ἤγαγε πρὸς θυμέλην. — Perperam legitur ληναῖς, quod *vindemiam* esse volunt; sed exempla desidero. Fuit potius;

ἡνίκα Ληναῖς
ὁ πρέσβυς νεαρῆς ἦρχε χορομανίης.

cum ſenex Baccharum chorum duceret. Senex Tireſias eſſe videtur, qui inter Bacchas juvenculas ſaltravit. — V. 3. τὰ πάρυβα χορ. Cadmi ſenis Bacchicum furorem. *Nonnus* Dion. XLV. p. 1160. 24. Βριθομένοις δὲ πόδεσσι γέρων ἠρχήσατο Κάδμος Στέψας Ἀονίῃ χιονώδεα βόστρυχα κισσῷ. Haec et ſequentia, nuntius a Cithaerone reverſus, ubi Baccharum thiaſos obſervaverat, et Agave de filii caede exſultans, ducta ſunt ex *Euripidis* Bacchis. Tenendum vero, Xenophontem has omnes partes unum exſecutum eſſe; in eo enim ſumma artis ponebatur, ſi unus plures perſonas recte ſuſtinere poſſet. Notavimus nonnulla huc ſpectantia ad *Crinagorae* Epigr. XLVII. (Lect. p. 164.) T. II. P. I. p. 418. ſqq.

CCCLIV. Plan. p. 334. St. 473. W. Scriptum in honorem Cyri illius, cujus carmina ſupra legimus T. II. p. 474. Calliope ſe Cyro mammam praebuiſſe ait, qua olim Homerum et Orpheum nutriverit. Orpheus Calliopes filius vulgo habebatur. — V. 1. ἔπαρα. Ald. 1. 2. 3.

CCCLV. Vat. C. p. 474. Plan. p. 356. St. 496. W. In Jovis Olympii templum, (hodie *pilae Hadriani*) quod Athenis dedicavit Hadrianus an. poſt Chr. n $\frac{1}{1}\frac{3}{3}\frac{2}{3}$. Vide *Fabric.* ad *Dion. Caſſ.* p. 1164. et *Meurſium* Athen. I. 10. Erat in hoc templo coloſſus, maximis hujus generis ſtatuis comparandus, ſecundum *Pauſan* I. 18. p. 42. — V. 1. αὐτοῦ. Ducta haec videntur *Brodaeo* ex Odyſſ. Δ. 74. ubi Telemachus, ſplendorem aedium Menelai conſpicatus, exclamat: Ζηνός που τοιήδε Ὀλυμπίου ἔνδοθεν αὐλή. De Daphne Antiochiae *Libanius* in Antioch. T. I. p. 351. Θεοὶ δέ, εἶπερ ἔντως οὐρανὸν ἀφέντες εἰς γῆν ἔρχονται, τῇδέ μοι δοκοῦσι συνεῖναί τε καὶ συνεδρεύειν, ὡς οὐκ ἂν καλλίονι διατρίψαντες.

¶. 226.] *CCCLVI.* Vat. C. p. 474. Plan. l. c. — V. 1. τόνδε θέσαν. Vat. C. — V. 2. νισόμενος. Vat. C. Vulgo νεισσόμενος. — γᾶν et ἔχει Vat.

CCCLVII. Hoc Ep quod in Planud. p. 357. St. 497. W. ſine auctoris nomine proſtat, in Vat. membr. p. 466. *Macedonio* vindicatur: Μακηδονίου εἰς οἶκον ἐν Κιβύρᾳ unde apparet, falſum eſſe lemma a cl. editore appoſitum. Cf. not. ad *Macedonii* Ep. XXXI. T. III. P. I. p. 231. Suam ipſius domum poëta hospitibus apertam praedicat. — V. 2. τίς, πόθεν. Spectant haec ad formulam Homericam, de qua diximus ad *Marc. Argentar.* Ep. XV. T. II. P. II. p. 285.

CCCLVIII Planud. p. 293. St. 432. W. In Theodoſium Proconſulem, qui, dum Smyrnae praeeſſet, hanc urbem multis in partibus inſtauraverat et exornaverat. — V. 1. Θεοδόσιον. Vulgo. Nec aliter hoc nomen apud veteres ſcribitur; et ſane brevis vocalis, duplicata in pronuntiatione litera ſibilante, produci poteſt. — V. 3. ἔγειρε. urbem, quae ceciderat, erexit, i. e. inſtauravit. Ep. Byz. XXII. φαιδρὸν Ἰουστινιανὸς ἄναξ ἐμὸ χθόνα ἐγείρει. — ἤγαγεν εἰς φάος. priſtinum ſplendorem ei reſtituit. Locutionem illuſtravit *Weſtein* ad N. Teſt. T. I. pag. 374. — V. 4. ἔργα θαυμάσια de ſplendidis aedificiis, quam de memorabilibus factis, accipere malim. De Smyrnae magnificentia habet quaedam *Strabo* XIV. p. 956. B. plura *Ariſtides* in Orat. de hac urbe T. I. pag. 521. et 231. etc. et *Philoſtrat.* in Vit. Soph. I. 25. 2. p. 531.

CCCLIX. Plan. p. 293. St. 432. W. Scriptum eſt in Damocharidem, Iuris Ctum, qui Smyrnam, terrae motibus vehementer vexatam, inſtauravit. Is eſt fortaſſe, cujus Epigrammata ſupra leguntur, T. III. 69. Floruit is Juſtiniano regnante, quo tempore plures Aſiae urbes terrae motibus dirutas eſſe conſtat. Cf. *Gibbon.* T. VII. p. 363. ed. Baſ.

¶. *Lectt. p.* 287.] *CCCLIX.*[b] Edidit *Richard. Chandler* in Inſcript. ant. p. 80. Scriptum eſt in Theodorum quendam, cui Troezenii, ob rempublicam bene adminiſtratam, ſtatuam poſuerant. — Fuit Theodorus Lecurio, cui *Agathias* Anthologiam a ſe conditam dedicavit; ſed an hunc noſtrum Epigramma indicaverit, non dixerim. Paſſim enim Theodori nomen apud Byzantinos obvium. — V. 1. Πιτθηΐδων. *Troezene Pitthea. Ovid.* XV. Metam. v. 296. *Pittheïa regna* ap. eundem Heroid. IV. 107. ubi vid. *Bachet de Mezir.* T. I. p. 369. ſq. — „In primi verſus fine lapis has ſolas literas exhibet πόλιν ΗΕΞΗΕΕ pro quo repoſui ἐξήγειρε, quod veriſimilius eſſe credo commento Ric. Chandleri ἐξεσάωσεν. " *Br.* Neutrum probabile, ſed veſtigia literarum in marmore rimantibus ſcribendum videbitur:

ἐπεὶ πόλιν ΗΕΞΗΣΕ.

Unam literam immutatam vides, Ε in Σ, quibus literis nihil in membranis marmoribusve ſimilius. Ut autem ab αὐξάνω, αὔξω, derivatur ηὔξησα, ita ab ἀέξω ἠέξησα deſcendit. Plerumque ſine augmento reperitur; apud *Callimachum* tamen H. in Jov. 55. eſt ἠέξεν, et ἠέξατο ap. *Heſychium.* — Recte autem dicitur πόλιν ἀέξειν et αὐξάνειν. *Euripid.* Suppl. v. 507. πατρίδα δ' ἣν αὔξειν χρεών. ubi vide *Markland.* Iphig. in Aul. v. 572. μείζω πόλιν αὔξει. Ibid. 966. οὐκ ἠρνούμεθ' ἂν τὸ κοινὸν αὔξειν. — V. 2. Urbem prudente mitique regens animo. πευκαλίμοις. πυκνοῖς. φρεσὶ πευκαλίμῃσι. *Homer.* Ια. ξ. 165. ϑ 366. — V. 3. κτεάτισσον ἄρηγον. Theodorus divitias, quas ſibi comparaverat, in teſtamento Smyrnaeis reliquiſſe videtur, ita ut reditus ſtatis temporibus inter cives diſtribuerentur.

¶. 226.] *CCCLX.* Plan. p. 293. St. 432. W. „Hoc in codicibus et veteribus editionibus cum Epi-

grammate CCCLIX. continuatur; at revera sunt duo carmina, quorum hoc in Imperatoris, nescio cujus, statuam factum. Vulgo legitur πᾶσα φύσις βασιλεια τεὸν, quod corruptum et emendandum censui. Servata ultimi versus lectione vulgata, in penultimo pro ἀνῦψας omnino scribendum erat ἀνάψας, optimo sensu; at e veteribus libris, qui habent ἱππολύτης δ' ἐκέδεσας, legendum ἀνῆψας, ἱππολύτης τ' ἐκέδεσας." *Br.* In vett. editt. hoc Epigr. cum versibus in Damochariden non magis cohaeret, quam plurima alia, quae lemmate ἄδηλον non distinguuntur. Quod v. 1. pro lubitu immutavit cl. editor, reginae ignotae nescio quem regem substituens, an probari possit, equidem dubito. At cum v. 3. ἀνάψας emendandum censuisset, necessario βασιλεῦ scribendum erat pro βασιλεια; illa damnata emendatione, etiam hoc damnandum erat. Scriptum videtur hoc carmen in Theodoram, Justiniani conjugem, cujus fortitudine factum, ut gravissima illa factionum seditio, Nicae nomine celebrata, opprimeretur. Cf. *Procopium* in Persic. I c. 26. et *Zonar* XIV. p. 61. sqq. Huic conjecturae reliqua egregie conspirant, praesertim v. ultimus, quem nec *Scholiastes* nec quisquam interpretum recte accepit. Ille quidem verba ἱππολύτης χάρμης non male interpretatur: ἤτοι τῆς χάρμης τῆς λυούσης τοὺς ἵππους; at quae addit idem, ἵν' ᾖ, κατεπολέμησας τοὺς πολεμίους πεζικῇ δυνάμει ἐπιστρατεύσαντας, satis ostendunt, verum sensum eum fugisse. *Brodaeus* de Hippolyte, Amazone, cogitans in eundem errorem secum traxit summum *Grotium*, qui vertit:

cessit et atrox
Seditio, cujus recreasti pacis amantes,
Passos, Hippolytes tulerant vix qualia bello.

omnino male, nisi quod vidit, de seditione agi; nam verba δυσχύλια πήματα nisi de bello domestico accipi non

poſſunt. *Ἱππολύτης* autem ad aurigas ſpectat, qui, aurigandi ſtudio omiſſo, armis et bello totam urbem implebant. *Ἱππολύτη χάρμη*, pugna, ſeditio, equos jugis ſolvens, cum acumine dictum, cum vulgo contra fiat. — V. 4 *Ἱπ. δ' ἐκέδ.* vulgo. Probabiliter cl. editor *τ' ἐκέδασσας*. Nulla tamen emendandi neceſſitas, cum *δὲ* etiam, nonnunquam copulandi vi praeditum per *inſuper, praeterea* reddi poſſit.

¶. 227.] *CCCLXI.* Vat. C. p. 473. *Εἰς πύλην τὴν ἀνατολικὴν τῆς Θεσσαλονίκης* Idem fere lemma habet Planud. p. 293. St. 433. W. Inepte *Brodaeus* de Alexandri M. ſtatua agi putabat. Scriptum eſt non in *regem* quendam, quod lemma a cl editore fictum indicat, ſed in *Baſilium*, quod nec *Stephanum* fugit, nec *Grotium*. At quem tandem baſilium poeta celebravit? Laudantur victoriae de Babyloniae ſuperbia reportatae; hominis juſtitia, respublica ſapienter adminiſtrata, ſecuritas populo a Barbaris comparata. Haec omnia in Baſilium I. conveniunt. Sub hoc enim imperatore Romanorum arma Barbaris terrorem incutere coeperunt; quin ipſe exercitum ad Euphratem duxit Saracenosque ſuperavit. Eundem et judicem fuiſſe integerrimum et aſſiduum conſtat. Adde quod Macedonica Baſilii origo cauſam habet idoneam, cur ei ſtatua in porta Theſſalonicae poneretur. Unum huic conjecturae obſtare videtur, quod *ὕπαρχος* appellatur in Epigrammate noſtro. Videndum igitur, an hoc vocabulum, quod tituli vim habet ap. Byzantinos et fere cum *ἔπαρχος* confunditur, etiam de ſummo totius imperii adminiſtratore adhiberi potuerit. Infra Baſilius quidem celebratur Ep. *κδ'.* DXCVI. neſcio an diverſus a noſtro. — V. 2. *δίκη ἀκτέανος* ad pauperes ſpectat, quibus in Baſilii tribunali haud ſecus ac divitibus jus adminiſtrabatur. — V. 3 4. In his auctor ante oculos habuit *Agathiam*, cujus haec ſunt in Prooemio v. 77. *Ἀλλ' ὅτι*

νῦν ἀφύλακτος ὅλην ἥπτειρον ὁδεύων, Αὐσόνιε, σκίρτησον, ὁδοιπόρε. Etiam in ſeqq. imitatio eſſe videtur ejusdem poetae v. 47. ſqq. ita ut noſter ad Baſilium transtulerit, quae *Agathias* de Juſtiniano praedicavit. — ἀρρενας ἀρρενοκοίτας. De nefando marium amore accipiendum, quem Perſis aliisque Orientis populis exprobrabant Chriſtiani. — V. 6. ὅπλα Λάκων. Lacedaemonii non moenibus, ſed armis tuti eſſe debebant ſecundum Lycurgi leges. Cf. *Kuhn.* ad *Pauſan.* VII. p. 542. — Ut Sparta civium arma, ſic tu, Theſſalonica, Baſilii imaginem pro moenibus habes.

CCCLXII. Vat. C. p. 473. Εἰς τὸ αὐτό. Plan. p. 294. St. 434. W. cum lemmate: Εἰς τὴν ἀνατολικὴν πύλην Θεσσαλονίκης. Nulla huic lemmati fides habenda. Suſpicor, in Anthologia Vaticana ante hos verſus, inepti hominis foetum, carmen excidiſſe, ad cujus argumentum lemma Εἰς τὸ αὐτὸ ſpectaverit. Ad praecedentis certe Epigrammatis (quod etiam in membran. praecedit) lemma nullo modo referri poteſt. Quod cum intellexiſſet *Planudes*, lacunam autem in Cod. non animadvertiſſet, etiam hos verſus ad portam Theſſalonicae pertinere arbitratus, lemma mutavit eaque verba adſcripſit, quae ſupra poſuimus. Nemo certe ſibi perſuadebit, hos verſiculos publico urbis monimento inſcriptos fuiſſe. — V. 1. μορφάς. *Antioch.* Ep. II. T. II. p. 305. Ψυχὴν μὲν γράψαι χαλεπὸν· μορφὴν δὲ χαράξαι Ῥᾴδιον. — V. 2. ἐνεόησαν. Apogr. Goth. at in membr. ἐνεσίησαν legi vix dubito. — ἡ τέχνη. limites artis, ipſos mores in imagine repraeſentari vetantis. — V. 3. εὔλαλον. facundum, diſertum, in laudem dictum.

CCCLXIII. Vat. C. p. 421. Plan. p. 364. St. 503. W. Fons purus et frigidus viatores invitat, ut ad ripas ſuas conquieſcant. — V. 1. κ μι. Vat. C. — V. 2. ἀναβλύζει. Ed. Flor. pr. Ald. 1. 2. 3 Aſcenſ. — V. 3. π. δ' αὖ. Vat. C. — πλατάνοισιν. *Moſchus* fr. V. αὐτὰρ

ἐμοὶ γλυκὺς ὕπνος ὑπὸ πλατάνῳ βαθυφύλλῳ Καὶ παγᾶς φιλέοιμι τὸν ἐγγύθεν ἦχον ἀκούειν. — V. 3. ἡμεροθαλέῃ. Vulgo. — V. 4. σκιερὴν ψ. κλισίην. Vat. C. quod verum. κλισίη eſt locus, quo quis requieſcere poteſt; h. l. igitur herboſa fontis ripa, cui arborum frondes gelidam umbram praebebant. — V. 4 οὔνεκα. Vat. C. — Ibid. ἀλάλκω. male. — Ubi ſitim reſtinxeris, membra etiam, itinere fatigata, quieſcendo recrees. Cf. *Satyr. Thyill.* Ep. III. — V. 4. κόπον ὄφ. Vat. C. quod revocandum. Vide quae notavimus ad Ep. CCLX.

CCCLXIV. Vat. C. p. 472. cum lemmate: Εἰς τὴν ἐν Πάφῳ τῇ νήσῳ κρήνην. Inepte. Plan. p. 363. St. 503. W. Recte cl. editorem ſcripſiſſe Τάφος, ex Ptereali et Teleboarum commemoratione apparet. Pterelaus enim, Taphii ſecundum nonnullos filius, in una Echinadum Taphum urbem condidit, populumque Τηλεβόας appellavit, ὅτι τηλοῦ τῆς πατρίδος ἔβη. *Apollodor.* II. 4. pag. 102. conf. ibi *Heyn.* p. 313. — V. 1. Νύχεια. Hujus nominis Nympha eſt ap. *Theocrit.* XIII. 46. — V. 2. τόδ', ὄνομα ſcil. quod vocabulum ſic eleganter opprimitur. Plane ut hic, *Schol. Theocrit.* Eid. XIII. 34. καὶ δὴ ἐπιβάντες τῆς Ἀργοῦς, τοῦτο γὰρ ἡ ναῦς ὠνομάζετο. Illuſtravit hanc ellipſin l. *Hemſterh.* ad *Ariſtoph.* Plut. 502. et 566. *Jenſius* ad *Lucian.* T. II. p. 283. ed. Bip. *Valcken.* ad Phoen. v. 12. p. 9. — V. 4. Πτερέλας et Πτερέλαος. Illa forma *Plautus* in *Amphitruone* plus ſemel utitur.

¶. 228.] *CCCLXV.* Vat. C. p. 474. Plan. p. 364. St. 504. W. In neſcio quem fontem, cui Alexander Olympiadis matris nomen tribuiſſe dicitur. Plures fontes hoc nomen geſſiſſe videntur. Unum commemorat *Pauſanias* ap. Arcades L. VIII. 29. p. 606. — V. 2. ῥ. παγᾶς. Vat. C. — V. 3. σῆμα δὲ τοῦτο in fine Vat. C. Vult igitur, Alexandrum prope illum fontem

etiam monimentum posuisse, quod nomen fonti inditum causamque ejus indicaret.

CCCLXVI. Vat. C. p. 472. Plan. p. 370. St. 509. W. In Axiochum quendam, qui aquam per fistulas Assum deduxerat, quae urbs usque ad ejus tempora caruerat aqua. — V. 2. Ut Dii, cum res humanas adeunt, earum malis medentur, sic Axiochus, quamcunque urbem aggrederetur, eam juvare solebat. — V. 3. κρήνας Ἄσσῳ. *Steph. Byz.* Ἄσσος πόλις Λυκίας, πλησίον Ἀτάρνης, ἀφ' ὑψηλοῦ καὶ ἐξέος καὶ δυσανόδου τόπου, πρὸς ὃν Νικόστρατος ὁ κιθαριστὴς ἔλεγε παίζων·

Ἄσσον ἴθ', ὡς κεν θᾶσσον ἀλιθρεῦ πείρας ἵκηαι.

Cf. Strabon. L. XIII. p. 610. — V. 4. πετρέων μέτωπα. Sic ἐπὶ στάλας μετώπῳ *Heraclid.* Ep. I.

CCCLXVII. Vat. C. p. 474. Plan. p. 371. St. 509. W. Εἰς τὴν Μόψου ἐστίαν. In Anal. *Brunckius* ediderat lemma εἰς Μόψιον πόλιν, quem errorem in Lectt. emendavit: „Inconsiderate titulum hujus distichi mutavi. Repone εἰς πόλιν Μόψου ἐστίαν. Urbs est Ciliciae ad Pyramum amnem sita, Μόψιον vero Thessaliae, quae longissimo terrarum et marium tractu dissitae sunt; fefellit me memoria et eadem utriusque nominis origo.“ *Br.* Mopsvestia Latinis appellatur haec urbs, quam a Mopso vate conditam ferebant. Cf. *Strabon.* L. XIV. p. 993. *Interpp. Stephani Byz.* p. 473.

CCCLXVIII. Vat. C. p. 466. Plan. p. 369. St. 508. W. Inter plures illas urbes, quibus Heracleae nomen, Heraclea Ponti se nulli reliquarum cedere affirmat.

CCCLXIX. Vat. C. p. 471. Plan. p. 372. St. 571. W. „Huic carmini ineptum in Planudea praefixum lemma εἰς σωτῆρα ἐν Σμύρνῃ. In membranis εἰς τὴν αὐτὴν πόλιν, quod quidem ad nescio quam Heracleam referendum esset, quum sequatur post Antipatri Sidon.

Ep. LI. Sed revera eſt in Smyrnam, quae Homero cive gloriabatur.“ *Br.* Ab apographis ſuis ſibi imponi paſſus eſt cl. editor. In Vat. C. non *Antipatri* Epigr. praecedit, ſed ἀδέσποτον CCCLXXI. cum lemmate: εἰς φάρον ἐν τῇ αὐτῇ πόλει. i. e. Smyrnae; nam ante illud diſtichon legitur Ep. CCCLXX. Εἰς μῶλον ἐν Σμύρνῃ. — V. 1. ὀλέσῃς. Vat. C. — V. 3. οἷον ἐτεύξεν. Urbem publicis aedificiis exornaſſe veteresque ſordes abſterſiſſe videtur. *Joannes* quidam laudatur ap. *Chriſtodor.* II. III. *Julian. Aeg.* Ep. LXIX. Alius fuit Joannes Ducas, quem Smyrnam inſtauraſſe auctor eſt *Michaël Ducas* Hiſt. c. 7. fin. initio ſeculi decimi tertii. Eum ob hanc rem laudat Epigr. quod edidit *R. Pocock.* in Inſcr. p. 66. ubi inter alia:

χίονες βάλε μιν κατὰ γαίης,
γρηὶ δέ μιν ϑήκατο πανείκελον ἰσχυοπαρείῃ,
κάλλος ἀμαλδύνας καὶ ἀγλαΐην ἐρατεινήν·
ἀλλὰ Ῥώμης κοίρανος ὀπλοτέρης Ἰωάννης
παῖς Δουκοφύτων ἐρικύδων βασιλήων
εἰκτείρας μεγίουσαν ἀποφϑιμένην ἐπαείρων
γῆρας ἀπέξεσεν ἡδ' ἄκμητα τεύξατο γυῖα.

Sic haec legenda videntur. Vitia prosodica offenſioni eſſe non debent. ¶. 229.] V. 4. χϑονός. Smyrna prima urbs Aſiae in Inſcr. Marm. Oxon. nr. V. ἡ πρώτη τῆς Ἀσίας κάλλει καὶ μεγέϑει λαμπροτάτη καὶ μητρόπολις.

CCCLXX. Vat. C. p. 470. Plan. p. 369. St. 508. W. In Venetium quendam, qui Smyrnam mole inſtruxerat, in qua dulcis aquae ciſterna. — V. 1. ἠπείρωσε. *Philipp.* Ep. LXXIV. in molem Puteolis exſtructam: ἀλλὰ Δικαιάρχεια διηπείρωσε ϑάλασσαν, Καὶ βυϑὸν εἰς χέρσου σχῆμα μετεπλάσατο. ubi vid. not. T. II. P. II. pag. 201. — V. 3. ἐπὶ κύμασι. tantum non in medio mari, quia moles in mare porrigebatur. — V. 4. χ. ἀρχομέ-

νους. Vat. C. — Ciſterna tam commode exſtructa erat, ut nautae, navibus non relictis, aquam inde haurire poſſent. — V. 6. Parum apte citantur Pelopis et Theſei exempla. Nam licet ille plures urbes condidiſſe feratur, ab eo tamen non magis quam a Theſeo, Athenarum conditore, ſingularem artem adhibitam fuiſſe narrant.

CCCLXXI. Vat. C. p. 470. Plan. p. 370. St. 508. W.

CCCLXXII. Vat. C. p. 471. Plan. p. 370. St. 508. W. — V. 1. „Optimam hanc lectionem dedit Vat. membr. Vulgo abſurde ἐμπρέπει.“ *Br.* λιτοφεγγέα νυκτὸς ὁμίχλην. *Muſae.* v. 238. — V. 3. τηλαυγέα δαλόν. in mari errantibus longe ſplendentem attollo facem. In deſcriptione Phari Aegyptiaci ap. *Achillem Tat.* V. 6. p. 196. ed. Bip. Ἐς δὲ τὴν τοῦ ὄρους ἀκρόπολιν ὁ τῶν νεῶν κυβερνήτης ἀνέτελλεν ΑΛΛΟΣ. Scribe certa emendatione: ἀνέτελλε ΔΑΛΟΣ. *fax, navium quaſi gubernator, eluceſcebat.* Nam ex hoc noſtro Epigrammate abunde apparet, δαλὸν non *titionem* tantum ſignificare, quod autumabat *Dorvill.* ad *Charit.* p. 39. — V. 4. Ἀσκληπιαδῶν. *in memoriam laborum Aſclepiadarum.* Quo haec referenda ſint, non docuit *Brodaeus*, qui omnes medicos Aſclepiadas appellatos fuiſſe, rem decantatiſſimam, demonſtrat. Senſus eſſe debet, Pharum, qui in Epigrammate noſtro loquitur, Aſclepiadarum cura et impenſis exſtructum eſſe. Jam conſtat, Smyrnae ſcholam Eraſiſtrateorum fuiſſe, de qua *Strabo* XII. p. 869. C. et omnino Aeſculapium magno honore in illa urbe cultum eſſe. Quanta autem Aſclepiadarum in eadem urbe auctoritas fuerit, intelligitur ex numis Smyrnaeis, quos, a *Chisbullo* acceptos, docte explicuit *Rich. Mead* in peculiari Diſſert. ad calcem Orationis anniverſ. Londin. 1724. Medicos illos publicis honoribus ap.

Smyrnaeos functos esse, suspicatur *Sprengel.* in Hist. Medic. T. I. p. 402.

CCCLXXIII. Vat. C. p. 471. Plan. p. 370. St. 508. W. In Pharum turrem, ab Ammonio instauratam. Vide de eo Animadvss. T. II. P. II. p. 78. — V. 2. Haereo in verbis Ποσειδάωνος ἀκινδέα πυρσόν. Licet enim ἀκινδέα πυρσὸν de face explicare possis, quae calamitates a navigantibus prohibeat, minime tamen apparet, cur eadem *Neptuni* fax appelletur. Haec efficiunt, ut corrigendum existimem:

ναύτῃσιν ἀλωομένοισιν ἀρήγων
εἰμὶ Ποσειδῶνος ἀνὰ βένθεα, πυρσὸν ἀνάπτων.

trepidis ubi dulcia nautis Lumina noctivagae tollit Pharus aemula lunae. quae sunt *Statii* III. Sylv. V. 100. — V. 3. βαρυγδούποισιν. Eodem epitheto usus *Pindar.* IV. Pyth. 373. βαρυγδούπων ἀνέμων στίχας. — ¶. 230. V. 4. βασιλῆος πατρός. Sic appellabantur Patricii CPoli. V. *Pancirolli* Notit. Imper. in Thes. Graev. T. VII. p. 1345. et *Godofred.* ad Cod. Theodos. VI. tit. 6. — Ammonium, quem hoc Epigr. commemorat, sub Anastasio floruisse suspicor, quem Imperatorem Pharum Alexandrinam, ruinas minantem, restituisse narrat *Procopius Sophista* in Panegyr. Anastasii a *Villoisonio* edito T. II. Anecdot. p. 41. *Ammonii* nomen lectum fuisse suspicor in Inscriptione vitiose a *Pocockio* edita in Inscriptt. antiq. p. 44. quam sic legendam puto:

Εἰσορόων τόδε θαῦμ' Ἀμμώνιον ἡγεμονῆα
πολλάκις . . . . . μέλτε πορευόμενος.
δίψῃ τειρομένοισι μελισταγὲς ἤγαγεν ὕδωρ,
καί ῥ' ὑπ' ἀμηχανίης εὗρε πέρον ὕδασιν.
καὶ τὰ μὲν [οὖν] κατέθηκον ἐπὶ σκοπέλοις κελαρύζειν,
τὰ πρὶν ξηροτέροις καύμασι τειρομένοις.

τῷ νιν μηδ' ἀπολῦσαι, κέλευε δὲ πᾶσιν ὁδίταις
ὑμνεῖν Θεσσαλέως τῷδε παρευρομένοις.
ἦ χαρίτων πόρον ἔσχεν ἐπιτρέψαντος Ἀρίστῳ,
ὅς γέ μιν ἡμερίοις δεῖξεν ἀγαλλομένην.

— V. 5. μετ' ἄγρια κύματα. poſtquam undarum furorem effugerunt.

CCCLXXIV. Vat. C. p. 474. Plan. p. 371. St. 509. W. In Aſclepiodotum, publici aedificii conditorem. — V. 1. πέτρην. Vat. et Plan. Ep. DCXV. Ψήχει καὶ πέτρην δ πολὺς χρόνος, οὐχὶ σιδήρου φείδεται, ἀλλὰ μιᾷ πάντ' ὀλέκει δρεπάνῃ. ubi vide not. — V. 2. Ἀσκληπιοδότου. Is eſſe videtur, qui inter Procli diſcipulos claruit ſub Anaſtaſio Dicoro, de quo vide *Suidam* T. I. p. 352. cujus haec inprimis ad noſtrum Epigr. faciunt: Εὐφυὴς δὲ ἐκ παιδῶν γεγονὼς ἄχρι γήρως πολλὰ συνεισήνεγκεν εἰς τὰ ἱερὰ τῆς εἰκείας φύσεως ἔκγονα μηχανήματα, ἀγάλματά τε διακοσμῶν, καὶ ὕμνους προστιθεὶς ἔστιν οἷς. His operibus, quae *Damaſcius* (ex hoc enim ſcriptore ſua excerpſit *Suidas*) τῆς Ἀσκληπιοδότου φύσεως ἔκγονα appellat, hunc quoque tholum annumerat Epigr. auctor. De eodem homine conſuli poteſt *Photius* in Bibl. nr. CCXLII. p. 1052. ſq. *Lambec.* ad *Codinum* nr. LXV. — V. 3. κε οἷα πέφηνεν Vat. — V. 4. θόλος. κυρίως μὲν καμάρα. καταχρηστικῶς δὲ οἶκος εἰς ὀξὺ ἀπολήγουσαν ἔχων τὴν στέγην κατεσκευασμένος, Heſych. *Curvas* et *cavas* appellabant veteres. Cf. *Salmaſ.* ad Script. Hiſt. Aug. T. II. p. 550. et veterum grammaticorum loca a *Geſnero* excitata ad *Varron.* III. 5. 12.

CCCLXXV. Vat. C. p. 473. Plan. p. 371. St. 509. W. — V. 3. „τεῦξε Κλέης, Κλεάδος ἀγνῆς. Sic in Vat. membr. Juxta hanc lectionem viri nomen eſt Κλέης, mulieris autem Κλεάς, Κλεάδος. At quin falſa ſit, dubitationem omnem tollit lapis antiquus in Oxonienſi Muſeo, cujus Epigraphe habetur infra DCXII. e qua manife-

ſtum eſt hîc ſcribendum eſſe τοῦξε Κλέης Κλεάδας ἀγνῆς πόσις. Maritus Κλεάδας, uxor Κλέη. Idem videtur eſſe in utroque carmine ſacrorum Lernaeorum antiſtes, de quibus conſule *Meurſium* in Graecia feriata; eorum meminit etiam Strabo p. 371. διὰ δὲ τοὺς γενομένους καθαρμοὺς ἐν αὐτῇ παροιμία τις ἐξέπεσεν, Λέρνη κακῶν.“ *Br.* Vulgo κλέης κλεάδης ἁγανῆς. In membr. Κλεάδος ἁγνης. — De Lerna agens *Pauſan.* II. 36. p. 198. καὶ τελετὴν Λερναῖα ἄγουσιν ἐνταῦθα Δήμητρι. — V. 4. Λερνέων α. π. ἀργιοφ. Vat. C. „Vulgo ἀργυοφάντης. Idem quod ἰεροφάντης eſt ἀργιοφάντης.“ *Br.* Sic etiam emendavit *Joſ. Scaliger* in not. mſt. *Lernae ſervans penetrale ſacerdos* vertit *Grotius.*

Lect. p. 288.] *CCCLXXV.*[b] Ex Chandleri Syllogе Inſcript. p. 11. W. In Meſſalinum, qui theatrum, neſcio quod, vetuſtate adfectum inſtauravit. — V. 1. ἔυτροπ. etiam externam ſpeciem admirata. — V. 4. ἀρηγοσύνη, ab ἀρήγειν, *opem* ſignificat, quam Meſſalinus ruenti theatro tulerat. Huic ejus auxilio vel tempus, quamvis omnia domans, ceſſit, i. e. injuriam temporum reparavit.

¶. 230.] *CCCLXXVI.* Vat. C. p. 483. Plan. p. 378. St. 516. W. „Hoc diſtichon merito inter aenigmata referendum erat, quod a Salmaſio expoſitum eſt in notis ad Hiſt. Aug. p. 485. A. (T. II. p. 803.) ipſum autem aenigma habet p. 483. (800.) ubi in hexametro melius legitur καὶ ἦν αἴξῃς, σέ με κλείσεις.“ *Br.* Vulgo legitur κλείσεις με. In Vat. membr. ἦν κλείσῃ μ' α. καὶ ἦν αἴξῃς με κλείσεις με. *Salmaſii* interpretatio huc redit: Κάγκελοι ſunt januae cancellatae et translucidae ex lignis reticulatim compoſitis textae; κιγκλίδας veteres Graeci appellabant; recentiores κιγκέλλους et κιγκλοθύρια. *Lucidas fores* appellat *Caſſiodorus*, *clauſtra patentia*, *feneſtratas januas.* Cancelli itaque, quando claudebantur, nihilominus tamen quodammodo aperti mane-

bant, nam διαφανεῖς erant; at ubi revera aperiebantur, tum vel intra ſeptum reducti, vel ad parietem reclinati non amplius apparebant, aut pariete oppoſito viſum non amplius transmittebant, et ſic quodammodo clauſi erant. In eundem modum hoc aenigma explicat *Huetius* p. 35. *Caſſiodorus* de iſtis cancellis L. XI. Ep. 6. *quamvis ſtudioſe claudas, neceſſe eſt, ut te cunctis aperias.* Θύρας δικτυωτὰς διαφανεῖς appellat *Polyb.* XV. 28. Conf. collectanea *Godofredi* ad Codic. Theodoſ. T. I. p. 83. ſq. ed. *Ritter.*

CCCLXXVII. Vat. C. p. 488. Plan. p. 378. St. 516. W. „Μινσώριον vox eſt barbara, quam male *Broadaeus menſam* interpretatur. Notat diſcum, lancem, une jatte, un plat. Vid. du Cange in Gloſſar. et Salmaſ. in Plin. p. 449. " *Br.* Lemma in Vat. C. et Plan. Εἰς μινσώριον ἔχον ιβ (τὰ δώδεκα) ζώδια καὶ ἕτερα. Erant enim in opere illo anaglypho non zodiaci tantum ſigna, ſed luna etiam ſoli oppoſita, plures ſtellae cum fixae tum errantes, expreſſae. Non praetermittenda, quae *Huetius* p. 35. docte ad hoc Epigr. monuit: „μινσώριον Latini *miſſorium* appellant. Frequens vox ea eſt in ſcriptoribus infimae latinitatis. Dictum eſt a miſſibus ſive ferculis et patinis, quae in eo ſtructae erant, et menſae inferebantur. Rectius dixeris *repoſitorium.* In repoſitoriis autem fabricandis ingenioſa erat et delicata veterum gula. Similia autem hujus alia duo in antiquorum libris deſcripta reperio, aliud ab Alexide, a Petronio aliud. Haec duodecim itidem ſigna zodiaci habebant in orbe diſpoſita; ſuper quae proprium et convenientem materiae ſtructor impoſuerat cibum. " Locus *Alexidis* eſt ap. *Athen.* L. II. p. 60. A. B. *Petronii* in Satyr. c. 35. — ¶. 231.] V. 3. κλῖται. Vat. C. — V. 4. Sic *Theon Alex.* II. ἑπτὰ πολυπλανεῖς κατ' Ὀλύμπιον κεντίρας οὐδὲν ἐλαττοῦνται, καὶ τοῖσιν ἐπὶ κανονίζεται αἰών.

Conſcia fati Sidera diverſos hominum variansia caſus dixit *Manil.* initio operis.

CCCLXXVIII. Vat. C. p. 457. Εἰς μαστώριον ἔχον Ἀφροδίτην καὶ Ἔρωτα. Plan. p. 379. St. 517. W. Ineptum carmen. In anaglypho Venus conſpiciebatur, obſcoenis tantum partibus velatis; quatuor circa eam Amores volitabant. — V. 4. Ἀφροδίτας. V. C.

CCCLXXIX. Vat. C. p. 458. Plan. p. 362. St. 501. W. Reprehenditur ſculptor, quod Chriſtum recens natum, pacis inter homines auctorem, in ſcuto, non in cunis, repraeſentaverit. — ἀσπίδα τικτόμενον, ut Hercules ap. *Theocrit.* Eid. XXIV. 4. Cf. Ep. Heroic. XXXII. 7.

CCCLXXX. Ex *Bern. de Montfaucon* Diario Italico p. 427. *Wheler* Voyage p. 32. *Murator.* Theſaur. p. 1889. Jovianus gloriatur, quod, paganorum templis everſis, Chriſto ſacram aedem exſtruxerit. Hoc circa ann. 363. factum eſſe videtur. Ad noſtrum carmen facit inprimis *Libanius* in Monodia T. I. p. 509. ubi gentilium Diis levitatem ſuam exprobrans, quae Juliani mortem inſecuta ſint religionis mala recenſet: ἐκείνων ἆρα ἦν λογισμὸς ὁ τέως καταγελώμενος, ὃς πόλεμον ὑμῖν ἀράμενος πολύν τε καὶ σφοδρὸν καὶ ἄπαυστον, ἐσβεσε μὲν πῦρ ἱερόν, ἐπέσχε δὲ θυσιῶν ἡδονήν, βωμοὺς δὲ ἐφῆκε λαυπίζουσιν ἀνατρέπειν, ἱερὰ δὲ καὶ νεὼς τοὺς μὲν ἔκλεισε, τοὺς δὲ κατέσκαψε, τοὺς δέ, βεβήλους ἀποφήνας, πόρνοις ἐνοικεῖν ἔδωκε. — V. 1. βασιλιαν. *Monſf. Wheler.* — συνέριδον i. e. σύμμαχον. De metaphorico hujus vocabuli uſu vide *Ruhnken.* ad *Timae.* p. 242. — V. 3. ap. *Whelerum* legitur ante verſum ſecundum. — V. 4. ὀντιδανας. *Whel.* οὐτιδανῆς. agnoſcis humilem et abjectum Chriſtiani hominis animum.

CCCLXXXI. Vat. C. p. 377. Plan. p. 27. St. 40. W. — Oleae vitibus ſaepenumero commiſtae in eodem loco. *Marian.* Ep. II. καὶ λιπαρῆς ἐύβοτρυν ἀν' ἐργάδα καρπὸς ἐλαίης Θάλλει ἀμπαφόλων παντόθεν θυλοπέδων. Cf. *Go-*

metae Ep. III. — V. 2. ἄρατε. Vat. C. — ϑλίβετε. ut amantes. Cf. ad *Aſclepiad.* Ep. XII.

CCCLXXXII. Vat. C. p. 376. ἄδηλον ὑπό τινας εἰς δάφνην τὸ φυτόν. Plan. p. 26. St. 41. W. — In membr. lacuna eſt, quaſi verſus deſit. At nihil deeſt. — φ. πεφύκεται, Ἄρης ἀναμίγνυται Δ. Vat. C.

¶. 232.] *CCCLXXXIII.* Vat. C. p. 373. Plan. p. 78. St. 114. W. In eodem argumento exornando plures exercuerunt ingenium. Cf. *Zelotum* Ep. I. II. — V. 2. γευσαμένην. Vat. C.

CCCLXXXIV. Vat. C. p. 377. Plan. p. 79. St. 114. W. — V. 2. „Tres Planudeae codd. ἐξεκόλισε, recte.“ *Br.* Vulgo ἐξεκόλισεν. — V. 4. τόλμης οὔποτε φειδόμενοι. *audax omnia perpeti Gens humana, Horat.* I. Od. III. 25.

CCCLXXXV. Vat. C. p. 421. Plan. p. 79. St. 115. W. — V. 1. τίπτε με. Vat. C. — τέκτον dedit Vat. C. Vulgo τέκτων legitur, quod primus notavit Aldus in Lectt. Nam in Flor. pr. et Ald. 1. τέκνον habetur, quod etiam in marg. Wechel. reperio. — V. 3. „ὅτι, Ultima producitur vi caeſurae. Male in membranis ὅτοι. Non intellecta librariis metri ratio multas pepererit corruptelas. “ *Br.* — ἀλάϊτον. *ventis obnoxiam*, vel *ventorum procellis expugnatam* vertendum cenſet *H. Stephanus* in Not. ad Ep. Select. p. 300.

CCCLXXXVI. Vat. C. p. 421. Plan. p. 2. St. 6. W. „Lemma in Vat. C. εἰς βότρυν ἄμπελον κοπέντα. In optimo Planudeae codice Epigr. hoc legitur L. I. cap. εἰς οἶνον. In duobus aliis bis exſtat, capite εἰς ἄμπελον, et iterum cap. εἰς οἶνον. Hi altero in loco v. 3. habent ἀπό μιν βάλον, quod praetuli. “ *Br.* *Agathiae* ingenium hoc Epigr. redolet. — V. 2. ἐξέταμεν. Vat. C. — V. 3. χείλεα στυφθείς. *Alcaeus Meſſ.* Ep. XVIII. πιεγέσσαν ἄχερδον, ἀποστύφουσαν ὀδόντων χείλεα. — ἀπό μιν βάλον ex ſuo Cod. notavit Aldus in Lectt. unde in Ald. 2. 3. Nic.

Sabienſ. aliasque fluxit. Caeterae ex ed. princ. χαμάδις βάλεν. — V. 4. νισσομένοις Vat. C. Ed. pr. et Junt. νεισομένοις. Ald. 2. 3. et Nicol. Sab. νισσομενος. Lectt. Aldi νισσομέναις. recte. Vide *Brunck.* ad *Apollon. Rhod.* I. 53. p. 7. — V. 5. εἶα Λυκοῦργος Vat. C. Hoc revocandum deleta diſtinctione in fine verſus. Infeſtus ei ſit Bacchus, quod, ut Lycurgus olim, naſcentem ejus laetitiam exſtinxit. Hunc verborum nexum cum librarii non intelligerent, Λυκοῦργος in Λυκούργῳ mutarunt. — αὐξομέναν εὐφροσύναν. Vulgo et in Vat. C. — ἔεβεσεν. In deſcriptione feſti *Libanius* T. IV. p. 1056. τετάρτη δὲ ἡμέρα τὴν μὲν ἀκμὴν τῆς ἑορτῆς ἀμβλύνει, τὸ πᾶν δὲ οὐδ' ἡ μετ' ἐκείνην σβέσαι δύναιτ' ἄν. *Plutarch.* II. p. 783. F. τὴν πρακτικὴν ἀρετὴν εὐεννυμένην. — V. 7. Hujus enim uvae latex facile aliquem ad cantum excitare, aut triſtitiam et aegritudinem depellere potuiſſet. — V. 8. κάδους. Vat. C.

CCCLXXXVII. Vat. C. p. 382. Plan. p. 23. St. 36. W. Bonae notae Epigramma, quod *Martorello* quoque, judici alioqui parum idoneo, perantiquum videtur in Opere de Theca calamaria p. 33. Loca veterum de calamo vide ap. *Herm. Hugonem* de Prima Scr. Origine p. 71. ed. *Trotzii*, qui et noſtrum Epigramma, ſed craſſis vitiis obſitum, repetivit. — V. 1. ἥ μὴν. Ed. Ald. 2. 3. Nic. Sab. id quod *Joſ. Scaligerum* induxiſſe videtur, ut ἦα μὲν emendandum conjiceret in not. mſt. — ἐμοῖο. nonnullae editt. — V. 2. εὖ σύκον, εὖ μῆλον Vat. C. quod in metrum peccat. In vulgata lectione brevis ſyllaba in caeſura pentametri poſt tot hujus licentiae exempla neminem facile offendet. — ¶. 233.] V. 3. ἐμύησε Ἑλικωνίδα. pro ἔθηκε Ἑλ. me Muſarum ſacris initiavit. — V. 5. »In membr. ἴνδεν εἶα, quod etiam bonum, refertur enim ad γεαφεῖον; vulgatum tamen ἴνδεος magis probo. Ex iisdem v. 6. λαλῷ. ἀφθέγκτῳ τῇδε λαλῷ στόματι, eadem antitheſis, quae in

Antipatri Sid. XCIII. καὶ τὸ κυβευθὲν Πνεῦμα δι' ἀφθίγκτων εἴπέ τις ἀστραγάλων, ubi perperam membranae διὰ φθιγκτῶν. α *Br.* Vulgo habetur λέγω. Similia comparavit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 410.

CCCLXXXVIII. Vat. C. p. 228. Plan. p. 238. St. 345. W. De muneribus, quae Ajax et Hector ſibi invicem poſt monomachiam dederant, utrique perniciosa. Ex Homer. ΙΛ. η. 303. ſq. — Vulgatam ἡ χάρις εἰς θάνατος tacite mutavit *Brunckius.* Haud aliter tamen membr. Vat. exhibet, nec Cod. Conſtantini Lascaris ap. *Iriarten.* In marg. Wechel. ἢν notatur. Nulla harum lectionum ſatis placet. — εἰς θάνατον debetur *Opſopoeo.*

CCCLXXXIX. Vat. C. p. 228. Plan. p. 238. St. 346. W. Imprimis comparanda ſunt verba *Teucri* ap. *Sophoclem* in Ajace v. 1027.

> σκέψασθε πρὸς θεῶν τὴν τύχην δυοῖν βροτοῖν·
> Ἕκτωρ μέν, ᾧ δὴ τοῦδ' ἐδωρήθη πάρα,
> ζωστῆρι περισθείς, ἱππικῶν ἐξ ἀντύγων
> δυνάπτετ' αἰεί, ἐξ' ἀπέψυξεν βίον·
> αὐτὸς δ' ἐκείνου τῇδε δωρεὰν ἔχων,
> πρὸς τοῦδ' ἅλωλε θανασίμῳ πεσήματι.
> ἆρ' οὐκ Ἐρινὺς τοῦτ' ἐχάλκευσε ξίφος,
> κἀκεῖνον Ἅιδης, δημιουργὸς ἄγριος.

V. 1. 2. laudat *Suidas* in φέραυπις. T. III. p. 591. ubi ἔφερον legitur, minus recte. φέραυπις Ajax ob ingens, quo inſtructus erat, ſcutum: φέρων σάκος ἡντινα πύργον. — V. 4. Quo animo haec munera data eſſent, morientes experti ſunt. Laudat h. v. cum duobus ſqq. *Suidas* T. III. p. 106. in πείρασαν. δοκιμήν, ἐκπειραν ἔλαβον. In Vat. C. πείσασαν. — V. 6. δίφρια. Vocabulum vix alibi obvium adverbii vim habet: ἐκ δίφρου συρόμενον. — V. 7. Vulgo οὗτος ἐξ ἁρμῶν αὐχενίων πίμπλητο δόρυ. In ge-

nerali hac ſententia, qua carmen clauditur, ſenſus omnino πέμπεται requirit, quod habent Cod. Jani Lascaris et Florent. edit. Ob metrum mutarunt in πέμπετο. Male. Transpoſitae voces ordini ſuo reſtituendae erant. Vide quae notavi ad Argentarii XIX. " *Br.* A vulgata lectione nihil discrepant membr. Vat. et *Suidas*, qui hoc diſtichon profert ad αὐτοκτόνα. T. I. p. 386. — πέμπεται δῶρα eſt in Edit. pr. Ald. 1. 2. 3. Hoc licet probari non poſſit, non magis tamen probanda cl. editoris transpoſitio, quae rhythmi elegantiam tollit, et verba minus apte collocat. Vitioſum eſſe videtur verbum πέμπεται, quod pro meo quidem ſenſu elumbe eſt. Fac fuiſſe:

οὗτος ἐξ ἐχθρῶν αὐτοκτόνα δῶρα πέλοντα

et nihil offendes. Non tamen dico, ſic ſcriptum fuiſſe; ſed hac vel tali emendatione hujus verſus difficultatem minori, quam a cl. editore factum eſt, opera tolli potuiſſe. — Reſpexit poëta verſum in *Sophoclis* Tragoedia 665. ubi Ajax, de Hectoris gladio locutus, ἐχθρῶν, inquit, ἄδωρα δῶρα κοὐκ ὀνήσιμα. Cf. *Schott.* ad *Zenob.* Cent. IV. 4. p. 79.

CCCXC. Vat. C. p. 375. Plan. p. 28. St. 43. W. Ex Cod. hoc carmen profert *Bandinus* in Catal. Bibl. Laur. T. II. p. 297. ubi duo priora diſticha junctim leguntur cum Ep. *Palladae* XLI. — De ſcuto Achillis, poſt Ulyſſis naufragium, ad Ajacis tumulum fluctibus delato. *Pauſan.* I. 35. p. 86. Λέγουσι δὲ τῶν μὲν Αἰολέων, τῶν ὕστερον οἰκησάντων Ἴλιον, ἐς τὴν κρίσιν τὴν ἐπὶ τοῖς ὅπλοις ἥκουσαι· οἱ, τῆς ναυηγίας Ὀδυσσεῖ συμβάσης, ἐξενεχθῆναι κατὰ τὸν τάφον τὸν Αἴαντος τὰ ὅπλα λέγουσιν. — V. 2. Δ. ἥρ. Vat. C. — V. 4. ὤμισεν. Vat. C. — V. 4. 5. „Ultimo diſticho e membr. addito mancum eſt hoc Epigr. in Planudea, cujus hexameter in ſequ. carmen irrepſit. " *Br.*

Causa et fons erroris, quomodo factum sit, ut ultimum distichon omitteretur a *Planude*, apparet ex Vat. C. ubi v. 1. insequentis Epigrammatis post v. 4. nostri carminis legitur, ita ut ejus reliqua pars nostrum sequatur. — V. 6. Σαλαμὶς. Salaminius Ajax ejusque patria, in quam herois gloria redundat; ne quis Ajacem in patria sepultum esse suspicetur.

CCCXCI. Vat. C. p. 375. In Plan. p. 28. St. 44. W. uno versu auctius legitur hoc carmen. Vide ad Ep. praeced. — V. 1. δίκασεν. Vat. et Plan. — Ἀθήνης. Ex *Homeri* Od. λ. 546. παῖδες δὲ Τρώων δίκασαν καὶ Παλλὰς Ἀθήνη. qui locus totius fabulae de Ulyssis certamine cum Ajace fundus est. Hinc *Lesches* etiam Ulyssem Achillis arma κατὰ βουλὴν Ἀθήνης accepisse tradiderat, ut constat ex *Procli* Excerpt. p. 35. — V. 2. σῆμα τινάσσει. tumulum Ajacis rundit, fluctibus crebro admotum. — ¶. 234.] V. 3. αὐτὸν δὲ καλέουσι. Vat. C.

CCCXCII. Vat. C. p. 472. Plan. p. 373. St. 512. W. Ineptum distichon. — V. 1. Ἀλφεὸς. Vat. C. — V. 2. ποταμὸν εὖρ. Vat.

CCCXCIII. Ex *Strabone*, qui hoc Epigr. ex Eratosthene laudat, L. II. p. 126. B. relatum est in Append. Anth. Steph. p. 533. St. *28. W. Insculptum erat hydriae aëneae, gelu ruptae, quam sacerdos Aesculapii in Dei templo, quod apud Panticapaeum erat ad Bosporum, cum inscriptione dedicaverat. Exempla prodigii, quo aqua in glaciem mutata ferrea vasa perruperit, protulit *Kriesius* in *Euler's Briefen* T. III. p. 347.

CCCXCIV. Append. Planud. p. 533. St. *28. W. Ex *Athenaeo* L. X. p. 442. F. qui de populis vino deditis haec habet: Πολέμων δὲ ἐν τῷ περὶ τῶν κατὰ πόλεις Ἐπιγραμμάτων περὶ Ἠλείων παραπίθεται τόδε τὸ Ἐπίγραμμα· Ἦλις κ. τ. λ. — V. 2. τοῖη δή. Vulgo ap. Athen.

¶. 334.] *CCCXCIV.*[b] Ex *Synesii* Epist. CXXVII. p. 262. A. Legitur etiam ap. *Suidam* in φρῦνος T. III. p. 638. ubi v. 2. λυσεντῆρα habetur, metro refragante. Priorem versum etiam in Λακυδάης exhibet T. II. p. 410. Turbato ordine idem in Λυσεάνιν T. II. p. 475. καὶ μύνα λυσεντὴν Ἀσπίδα κ. τ. λ. Acumen hujus Epigrammatis *Muretus* in Var. Lect. L. XI. 9. p. 259. comparavit acumini in versibus *Eubuli* ap. *Athen.* L. I. p. 8. B. Εἰσὶν ἡμῖν τῶν κεκλημένων δύο Ἐπὶ δεῖπνον ἄμμοχοι Φιλοκράτης καὶ Φιλοκράτης· Ἕνα γὰρ ἐκεῖνον ὄντα δύο λογίζομαι, Μᾶλλον δὲ τρεῖς.

CCCXCV. Append. Anth. St. p. 533. * 29. W. ex *Athenaeo* L. VIII. p. 337. F. qui, acuto tibicinis cujusdam dicto relato, haec subjicit: οὐκ ἀνοήτως τοῦτο φήσας ὁ αὐλητής· λόγος γὰρ παλαιὸς, ὡς ὅτι ἀνδρὶ μὲν κ. τ. λ. *Casaubonus* in Animadvss. p. 588. vulgatam lectionem impugnat his allatis: Tibicines dum tibias inflant, mentem amittere dicuntur; si amittunt ergo, habent; quare falsum illud in priore θεοὶ νόον οὐκ ἐνέφυσαν. Aut igitur commoda interpretatione molliendum, quod dictum videtur duriuscule, et accipiendum quasi diceret, datam quidem et tibicinibus mentem a Diis, sed non firmam nec perpetuam, verum quae tunc illis adimatur, cum tibias inflant, aut legendum: νόον ἐξενέφυσαν. Stant ab hac emendatione non codices quidem, in queis vulgata lectio habetur, at particulae μὲν et ἀλλά, si volumus earum vim recta ratione expendere. Haec *Casaubonus*. Amplexus est ejus emendationem V. cl. *Boestigerus* in Museo Attico T. I. Fasc. II. p. 348. ubi plura veterum dicta de tibicinibus expenduntur. Vulgata quo modo ferri possit, non video, cum poëta sine dubio dicere debuisset ἢ νόον οὐκ ἐν. ἢ ἅμα τῷ φ. etc. *Casauboni* autem emendationem commendat etiam τὸ παράδοξον, quod inde exstitit, cum prior versus tibicinum laudem promittat. *Grotius* tamen vulgatam sequi ma-

luit, ſenſu admiſſo, quem ut graeca verba ferant, vereor:

Ne tibicinibus mens conſtet, lege Deorum
Cautum eſt; cum flatu nam ſimul avolitat.

CCCXCVI. Vat. C. p. 317. Primus edidit *L. Holſtenius* ad *Stephan. Byz.* v. Ἰκαρία. p. 145. *Reiskius* in Anth. nr. 686. p. 128. inter Jenſiana nr. 35. Poëta in mare Icarium, ut importunum, invehitur. — V. 1. νεόφυτον. Vat. C. νεόφατον. *Holſten.* νεόφοιτον, quod *Br.* dedit, reperitur in ap. Ruhnk. nec aliter emendavit *Reiskius* et *Heringa* in Obſſ. p. 264. Sic appellatur aër, tum primum Icari tentatus alis. — V. 2. „In cod. τύμβε κακοδοξούσης. quod merito *Reiskio* displicuit, qui tamen, quod in Epigrammate corruptus occurrat verſiculus, ideo affirmare non debebat, *nunquam fuiſſe poetas optimos dicendi magiſtros.*“ *Br.* Sed quo ſponſore, quaeſo, *Brunckio* credemus, hunc verſum depravatum eſſe et πτεροδρομούσης ſcribi debuiſſe? κακοδοξούσης certe imperito librario minime imputaverim; verbum ſcilicet eleganter compoſitum, ut κακοχρισίης ſupra Ep. CCCXC. κακοσπορίης Ep. CCCCL. et alia, quae enumerare nihil attinet. At epitheton πικρῆς huic voci additum abundare videtur. Fateor. Tum vero potius epitheton emendaverim, quam ſubſtantivum; ſive potius conceſſerim, poëtam paulo negligentius ſcripſiſſe. *Reiskius* νεοδρομούσης conjiciebat. — V. 3. Utinam nec Icarus te vidiſſet, nec omnino Triton tibi locum in maris ſuperficie tribuiſſet, i. e. utinam omnino non eſſes. Quod li. l. Tritoni tribuitur, idem aliis Diis ſimili phantaſmate tribuit *Oppian.* II. Hal. 30. Θεὸς – ὃς καὶ πρῶτα μετοξυβαγέας κενεῶνας Γαίης ἀγομένοισιν ἐνιπλήσας ποταμοῖσι Πουσιδάνην ἀνέηκε καὶ ἐξέστεψε θάλασσαν, Ὀφρύσι καὶ βηγμῖσι περιδρομον ἀμφιτεθήσας, Εἴτε μιν εὐρυμέδοντα Ποσειδάωνα καλέ-

σεμ, Εἴτ' ἄρα καὶ Νηρῆα παλαίφατον, εἴτ' ἄρα Φόρκυν Βέλτερον, εἴτε τιν' ἄλλαν ἁλὸς θεὸν ἰθυντῆρα. — Pro κεῖνος in Ap. *Rubnk.* et *Guy.* αὐτὸς legitur. — ¶. 235.] V. 5. Nullum habes portum, quo naves tuto morari poſſint, nec verſus borealem, nec ad auſtralem plagam. — ἐφόρμιος Ap. *Guy.* et *R.* — βόρειος. Vat. C. et ſic *Jenſ.* et *Holſt.* At κλίτος neutram terminationem flagitabat. — V. 6. ἄγειν. Vat. C. *Jenſ.* *Holſt.* ἀγὴν, quod Ap. *Guy.* et *R.* exhibet, *Salmaſii* ſagacitati deberi videtur. νότιη ἀγὴ κύματος eſt circumſcriptio maris auſtralis plagae. ἀγή. ἡ κλάσις τοῦ κύματος. *Suid.* — *Apollon. Rhod.* L. I. 554. πολιῇ ἐπὶ κύματος ἀγῇ τέγγε πόδας. Ibid. L. IV. 941. ὑψοῦ ἐπ' αὐτάων στιλάδων καὶ κύματος ἀγῆς. Praeclare *Valckenarius* emendavit ap. *Moſchum* Eid. II. 36. τερπόμεναι ῥοδέῃ τε φυῇ καὶ κύματος ἀγῇ pro ἀχῇ. quod *Brunckius* recipere non dubitavit. Cf. de hac voce *Abreſch.* in Miſcell. Obſſ. V. 1. p. 32. et quae de κυματωγῇ monuit *Weſſeling.* in Diſſert. Herodot. p. 207. et *Valcken.* ad *Herodot.* IV. p. 367. 54. — V. 8. ὅσσον a *Jenſio* omiſſum *Reiskius* reſtituit ex Ap. Holſten. Cf. *Dorvill.* ad *Chariton.* p. 81. Mire hoc Epigr. vertit *Leichius* in Praef. ad Carm. Sepulcr. p. XII.

CCCXCVII. Vat. C. p. 390. Edidit *Reisk.* in Anth. nr. 756. p. 156. inter Jenſiana nr. 105. — V. 1. μετακλάζεις. Vat. C. quod emendavit *Ruhnk.* in Epiſt. crit. p. 122. comparato *Homeri* Ια. π. 428. et *Heſiodi* Scut. 405. οἱ δ' ἅρτ' ἀλγυπιοὶ γαμψώνυχες, ἀγκυλοχεῖλαι, Πέτρῃ ἐφ' ὑψηλῇ. μεγάλα κλάζοντε μάχονται. — V. 2. ἔρρεξεν. Vat. C. — ἔξοφος *Jenſ.* quod correxit *Leich.* in Praef. ad Sepulcr. p. XIV. — V. 3. πτερὰ πυκνὰ βαλοῦσα. Etiam hoc ductum ex Ια. λ. 455. οἰωνοὶ — περὶ πτερὰ πυκνὰ βαλόντες. Cf. ad *Anytes* Ep. XI. T. I. P. I. p. 428.

CCCXCVIII. Vat. C. p. 305. ſq. Edidit hoc carmen *Valeſius* ad *Euſeb.* Hiſt. Eccl. IV. 2. *Holſten.* et *Berkel.* ad *Steph. Byz.* in Νασαμῶνες. *Dodwell.* de Patria

et Aetate Dion. Perieg. §. 4. *Reisk.* in Anth. nr. 708. p. 137. ex Jenſ. nr. 58. »Lemma in Vat. C. *ὅτι Καῖσαρ ἐξεκάθηρε Λιβύην τῶν ἐνοικούντων θηρίων καὶ ἐποίησεν οἰκεῖσθαι.* Falſus mihi videtur graeculus hujus tituli auctor, neque hîc ad colonias reſpici credo, quibus Imper. Hadrianus Libyam frequentavit, quae Valeſii eſt opinio ad Euſeb. Hiſt. Eccl. IV. 2. ubi hoc carmen protulit; factum fuiſſe credo in ſpectaculum ab Imperatore quodam editum, in quo leonum ſtupendus numerus caeſus fuerit, quale fuit illud Neronis, de quo Dio p. 988. in quo trecenti leones ab equitibus haſtis confixi ſunt. Hinc v. 6. corruptam codicis lectionem emendavi *ἐς μίαν αἰχμητοῖς Καίσαρ ἔθηκεν ὁ παῖς.* Ultima Salmaſio ſcrupulum non injiciebant; ſed *αἰχμητοῖς* mutabat in *αἱμασιάν.*« *Br.* Lemma graecum cum veriſſima cl. editoris interpretatione facile conciliari poteſt; nihil enim continet, niſi multas feras ex Libya captas eſſe; poſterlora verba *καὶ ἐποίησεν οἰκεῖσθαι*, ultimum diſtichon interpretantur, quo poëta regiones illas olim infeſtiſſimas, tot belluis inde abductis, habitabiles fuiſſe factas ait. Quanta autem tum leonum tum aliarum Africanarum ferarum vis ad publica ſpectacula Romam devecta ſit, vix credideris, niſi certa teſtimonia haberemus. Gordianus uno die feras Libycas centum exhibuit; urſos uno die mille; ſecundum *Julium Capit.* in Scr. H. Aug. T. II. p. 78. Sed centum leones ſimul exhibere, ſolemne erat. Nullus autem Imperatorum ſuperavit Probum, qui *Vopisco* narrante T. II. p. 678. una miſſione centum jubatos leones emiſit, deinde centum leopardos Libycos, totidemque Syriacos, centum leaenas et urſos ſimul trecentos. De numero leonum his certaminibus vehementer imminuto monuit quaedam *Zimmerm.* in Zoologia geogr. p. 388. — V. 1. *ἑκατιαί.* Ultimi terrae habitabilis tractus. Vide *Weſſeling.* ad *Herodot.* p. 254. — V. 2. *ἔθηκεν ἀπὸ*

ρου v. Vat. C. „Istud ἠπείρου nihil prorsus significat, et adeo est otiosum, ut sine sensus detrimento abesse possit, nec tanquam poëticae orationis ornamentum retineri debuerit; ideo reposui αὐχμηρά.“ *Br.* *Reiskius* νηπείροις reposuit, optione lectoribus data, num malint hoc, an ἔθνεσιν ἠπείροις, nam eodem redire, cum νήπειρος et ἤπειρος pro ἄπειρος sit positum. Talia nonnunquam exciderunt viro alioqui doctissimo. Elegans autem cl. editoris lectio tam longe abest a scriptura codicis, ut librarium tantopere aberrasse vix sit credibile. Scribendum fortasse:

οὐκ ἔτι θηρῶν
ἔθνεσι λαστήρων νῶτα βαρυνόμενα.

V. 3. ἡ χ' οἱ Vat. C. unde nonnulli ἠχοῖ fecerunt. Inepta hoc versu molitur *Reiskius*, quorum eum merito poenituit, cum notas scriberet. Totus versus in membr. sic legitur: ἡ χ' οἱ ἐμμαιαισιν ἐπιπτυσσεσθε λ. quem sic, ut *Br.* edidit, scriptum reperio in Ap. Guy. In lectione membr. fortasse οὐκέτ' latet. — ἐμμαίμσιν ὠρυγαῖς elegantter dictum de rugitu leonum ἐν ἐρήμοις τόποις, qui cum expavescere dicuntur. — V. 4. ἀπὸ ἀνίρυθμον. Vat. In marg. Ap. Guy. νήριθμον notatum reperio, quod Bruncktanae lectioni fortasse praeferendum. — V. 6. αἰχμηταῖς κ. ἔθηκεν ὁ παῖς. Vat. C. unde *Valesius* fecit l. c. ἐς μίαν αἰχμηταῖς κ. ἔθηκεν ὅπαν *militibus sub unum simul adspectum subjecit.* *Reiskius* dedit: ἐς μ. αἰχμητὰς κ. ἔθηκεν ὀπάν. *in unam caveam.* in lectionibus autem hanc emendationem proposuit ἐς μ. αἰχμηταῖς κ. ἔθηκε νέοις. *in unum locum congregatos exhibuit bellicosis, hasta gaudentibus tractanda juvenibus.* Quae omnia non magis probanda ac *Bernardi* conjectura in literis ad *Reiskium* proposita p. 507. ἀέσμιον αἰχμητὰς Καῖσαρ ἔθηκεν ὀπαῖς. — Mihi primum αἰχμηταῖς temere mutandum non videtur. Feras enim in ejusmodi muneribus armatis objectas esse

conſtat. *Dio Caſſ.* L. LXI. 9. p. 988. τετρακοσίας τε ἄρκτους καὶ τριακοσίους λέοντας οἱ ἱππεῖς οἱ σωματοφύλακες τοῦ Νέρωνος κατηκόντισαν. Deinde εἰς μίαν minime opus eſt cum ſubſtantivo jungatur, cum per ſe *junctim, ſimul,* ſignificet, ut ap. *Homer.* Ιλ. β. 379. εἰ δέ ποτ' εἰς γε μίαν βουλεύσομεν. *Aelian.* Hiſt. An. V. 9. εἰς μίαν νοεῖν καὶ τὴν αὐτήν. *Meleag.* Ep. CXXVIII. 13. ἐπεὶ καὶ Μοῦσαν Ἔρωτι Καὶ Χάριτας Σοφίᾳ εἰς μίαν ἡρμόσατο. Cf. *Abreſch.* in Auct. ad Thucyd. p. 368. Fortaſſe igitur in poſtremis verſus noſtri verbis ΕΘΗΚΕΝΟΠΑΙC latet ΕΦΗΚΕ ΜΕΓΑC; niſi forte quis malit:

εἰς μίαν αἰχμηταῖς Καῖσαρ ἐφῆκε θοαῖς.

V. 9. Loca olim ob feras deſerta nunc armenta frequentant. Similiter de Hercule Nemeaei leonis victore Ep. *Arthiae* XXVII. πολλὰς ἐξελάσασθε· πάλιν μυκηθμὸν ἀκούσει Ἠχὼ ἐρημαίης ἰνναέτειρα νάπης.

CCCXCIX. Vat. Cod. p. 411. Edidit *Reiske* in Anth. nr. 792. p. 171. inter Jenſian. nr. 141. „E manifeſto carminis ſenſu lemma addidi; ineptum enim eſt illud, quod in membr. eſt: ἄδηλον ἐπὶ τίνι ἀρμόζει τὸ ἐπίγραμμα.“ *Br.* — V. 1. „Male membr. ἁλικλαύστου et v. 2. εὐαλθές. [Hoc falſum. In Ap. certe Gothano εὐαλδὲς habetur.] Hoc recte Salmaſius emendavit, licet ſui non memor poſtea in Plin. p. 806. ubi hunc verſiculum profert, ſcribat εὐανθές, et in fine ἀπαινυμένα. Cod. ἀπαινομένα. [ἀπαινυμένα potius.] et Salmaſius in marg. emendaverat ἀναινεμένα, *recuſans* i. e. *vitans*, quod praetuli.“ *Br.* Ap. *Jenſ.* ἁλικαύτου. *Hering.* in Obſſ. p. 271. ἁλικλύστου emendavit, quod etiam in marg. Ap. Guy. legitur cum nota: De concha accipiendum videtur, in qua dormientis Amoris ſimulacrum poſitum erat. — ἥμαν. *Reisk.* — V. 2. εὐαλδές. *Heſych.* εὐαλδῆ. εὐαυξῆ. ubi vide *Interpp.* — In fine vſ. haud ſcio an vera ſit membr. lectio ἀπαινυμέ-

να, quod eodem fortaſſe ſenſu accipi poteſt, quo ἐπαφᾶσθαι, et *frui* ap. Latinos: ut ſcilicet concha adhaerens ſaxo, quod alga marina circumdabat, *algae* illius *particeps fuiſſe* dicatur. *Reiskius* dedit ἐπεννυμένα, *marina alga* quaſi *veſtita et obſita.* — V. 3. κόλποις ἔντοθεν. Vat. C. quod omnes certatim emendaverunt.

¶. 236.] *CD.* Ex *Agathiae* Hiſtor. p. 43. ed. Vulc. Legitur etiam ap. *Conſtantin. Porphyrogen.* de Them. L. II. nr. 79. ubi *Bandurius* illud ex *Agathia* emendatius exſcribendum curavit T. I. p. 29. Cf. notas T. II. p. 30. Repetivit *Reineſius* in Inſcriptt. p. 349. *Bonada* in Anthol. p. 541. *Grotius* in Mantiſſa Quarta. T. III. p. 442. — Inſcriptum erat lapidi ad ripas fluminis Caſolini, ubi Franci, duce Butelino in Italiam irrumpentes, a Narſe ſuperati fuerant anno p. Chr. 554. Cf. *Gibbon.* in Hiſt. cadentis Imper. Rom. T. VII. p. 346. ſqq. — V. 1. Καστολίνου. Ap. Agath. et Conſt. Καυδουλίνου. Alii Caſilinum appellant, et pro Vulturno habent in Campania, ad cujus utramque ripam oppidum Caſilinum erat conditum. — V. 2. δέξατο Τυρρηνὶς αἰχμή .... *Conſt.* ap. quem reliqua deſunt cum verſu ſq. integro. Habuit, ut ſuſpicari licet: ὁ Τυρρηνὸς αἰγιαλὸς κρυκάλης. — V. 5. ὄλβιον καὶ τ. Cod. Conſt. et in fin. δεινὸν ἐρευθ. — Tropaei loco fluvius habebit barbarorum ſanguinem.

CDI. Ex *P. Lucae* Itiner. Aſiat. nr. 65. ubi male diſtinctum et paſſim depravatum exhibetur, emendatius dedit *Heringa* in Obſſ. p. 147. quem *Brunckius* ſequitur. Fonti inſculptum fuiſſe videtur Epigramma, quo Auxentius quidam Cydnum fluvium junxerat. — V. 2. χειμερίοισι ῥεέθροις. Ad frigidas Cydni aquas referendum, quibus τὸ ψυχρὸν καὶ τραχὺ tribuit *Strabo* L. XIV. p. 990. C. Ne de rapido curſu cogites, vetat *Curtius* L. III. 4. 7. qui eum *leni tractu e fontibus labi, nec torrentes in eum incurrere* dicit; et *Tibull.* I. 7. 1 *Cl*

An te, Cydne, canam, tacitis qui leniter undis Coeruleis placidis per vada ſerpis aquis. — V. 5. πρόσθεν πεισεμεναι. *Lucas.* quod in ἀπειροσύνῃσι ſive ἀπειρεσίῃσι νόοιο mutavit *Heringa.* Senſus eſt, jam alios pontes ibidem exſtruxiſſe, ſed pro aquarum vi debiliores. — V. 8. πρηύτεροι. Similiter *Horatius* II. Od. IX. 21. *Medumque flumen gentibus additum victis, minores volvere vortices.* ubi vide *Mitſcherl.* et *Burm.* ad Anth. Lat. T. I. p. 230. — V. 9. Hinc apparere videtur, Auxentium architectum fuiſſe, idque opus perfeciſſe, Pitho Ciliciae praefecturam obtinente. *Brunckius* nomen praefidis πιθου corruptum cenſet. — V. 12. ξεῦξαν. Nili ripae in oſtiis pontibus junctae. *Diodor.* L. I. 32. p. 39. ἔστι δὲ καὶ ἕτερα στόματα — ἐφ' ἑκάστῳ δὲ πόλις τετείχισται διαιρουμένῃ τῷ ποταμῷ, καὶ καθ' ἑκάτερον μέρος τῆς ἐκβολῆς ζεύγμασι καὶ φυλακαῖς εὐκαίροις διειλημμένη. Ibid. L. XV. 42. p. 34. τοῦ γὰρ Νείλου τὰς εἰς τὸ Αἰγύπτιον πέλαγος ἐκβολὰς ποιουμένου, καθ' ἕκαστον τῶν στομάτων πόλις κατεσκεύαστο, πύργους μεγάλους ἔχουσα καθ' ἑκάτερον τοῦ βεέθρου, καὶ ξυλίνην γέφυραν τοῦ εἴσπλου κυριεύουσαν.

CDII. Vat. C. p. 620. Edidit *Philib. de la Mare* in Vitis Guijon. nr. VIII. Eandem ſententiam plures protulerunt. *Xenophon* de Venat. II. 1. juvenes hortatur, ne venationis ſtudia negligant: ἐκ τούτων γὰρ γίγνονται τὰ εἰς τὸν πόλεμον ἀγαθοὶ, εἴς τε τὰ ἄλλα. et c. XII. 1. τάδε πρὸς τὸν πόλεμον μάλιστα παιδεύει *Liban.* Or. V. T. I. p. 230. ed. *Reisk.* ὅλως δὲ ὅστις θηρᾷν ἀγαθός, οὗτος καὶ πολεμεῖν ἀγαθός· ἀγαθὴ γὰρ πολέμου διδάσκαλος ἡ θήρα. *Plinius* in Paneg. 81. 2. de venatione agens: *Olim haec experientia juventutis, haec voluptas erat: his artibus futuri duces imbuebantur: certare cum fugacibus feris curſu, cum audacibus robore, cum callidis aſtu.* Ipſo verbo μελέτη in hac re utitur *Athen.* L. I. p. 24. C. καὶ ἐπὶ κυνηγέσια ἐξιᾶσιν οἱ νέοι πρὸς μελέτην τῶν πολεμικῶν κινδύνων. et *Pollux* Praef. ad L. V. p. 457. venationem eſſe

ait εἰρηνικῆς τε καρτερίας ἅμα καὶ πολεμικῆς τόλμης μελέτημα. Qui plura cupit, adeat *Rittershuſ.* ad *Oppian.* I. Cyneg. 86. p. 12.

CDIII. Ex *Gruteri* Inſcriptt. p. 399. *Hagenbuch.* Epiſt. ad Blaurerum p. 85. Adhaeret hoc diſtichon Inſcriptioni latinae in honorem *Cronii Euſebii*, Conſularis Aemiliae, cui ob vitam et eloquentiam monimenti honor delatus eſt. Meminit ejusdem, ut videtur, Euſebii *Symmachus* IX. Ep. 52. Sed plures illo nomine inſignes vixerunt iſtis temporibus, de quibus vide *Ritterum* in *Godofredi* Proſopogr. Cod. Theod T. VI. P. II. p. 51. ſq. — Vitioſe habetur ap. *Gruterum*:

ΗΜΙΗΣ ΑΡΧΟΝΤΑΣ ΛΟΓΙΤΟ ΑΙΝΕΣΤΗΣΑΝΤΟ
ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΕΥΣ
ΤΟΝ ΣΟΦΟΝ ΕΥΣΕΒΙΟΝ.

quod *Hagenb.* ſic emendavit, ut ap. *Brunckium* legitur. λόγιον eſt pro λογιότης, ἡ ἐν τῷ λέγειν δεινότης. Ut Ep. DXXXIII. Herodotus ἱστορίης πρόνανις appellatur, Democritus ποιμὴν μύθων ap. *Timon.* in *Diog. Laërtii* Vit. P. p. 247. ſic Euſebius ἄρχων λογίου, *eloquentiae* princeps. Tireſias ap. *Aeſchyl.* VII. c. Th. 27. τοιῶνδε δεσπότης βαντευμάτων. In ſtatua Proaereſii, maximi nominis Sophiſtae, ſcriptum: Ἡ βασιλεύουσα Ῥώμη τὸν βασιλεύοντα λόγων. quod tradit *Eunapius* in Vita Proaereſii. Cf. *Wernsd.* ad *Himer.* XIV. 8. p. 617. *Fiſcher* ad *Anacr.* p. 106. — βασιλεῖς ſcribendum eſſe docet latina Inſcriptio: PETITIONE. SENATUS. CONTEMPLATIONE. VITAE. ATQUE. ELOQUENTIAE. EJUS. AB. INVICTIS. PRINCIPIBUS. EST. DELATA.

¶. 237.] *CDIV.* Vat. C. p. 376. et iterum p. 568. εἰς γέροντα ὀξύχολον. Plan. p. 21. St. 33. W. *Palladae* ingenium ſapit. Schol. in ed. Wechel. confert verſus *Antiphanis*, unde hoc Epigramma derivatum vi-

detur. Leguntur ap. *Stobae.* in Flor. CXVIII. p. 589. 13. *Gesn.* p. 479. *Grot.*

σφόδρα τί ἐστιν ὁ βίος ἡμῖν οἶνῳ προσφερής,
ὅταν ᾖ τὸ λοιπὸν μικρόν, ὄξος γίνεται.

ubi prioris senarii vitium in oculos incurrit. Scribendum verbis leviter transpositis:

σφόδρ' ἐστιν ἡμῖν ὁ βίος οἴνῳ προσφερής.

V. 3. ἀκαντλήσας. Vat. C. utroque loco.

CDV. Vat. C. p. 505. Plan. p. 20. St. 32. W. Comici fortasse senarii. In eandem fere sententiam nescio quis in Anth. Lat. T. I. p. 574.

Tam malum est foris amica, quam malum est uxor domi;
Nemo non haec vera dicit, nemo non contra facit.

CDVI. Vat. C. p. 377. Plan. p. 19. St. 31. W.

CDVII. Vat. C. p. 229. Plan. p. 223. St. 324. W. Poëta, cui Chaldaei triginta sex annos ad vivendum destinaverant, se longiorem vitam desiderare negat. Conf. *Antip. Thess.* Ep. VI. quod hinc fortasse expressum. — V. 1. ἐ'θηκεν. Vat. — V. 3. ὁ γὰρ χρόνος. pro οὗτος γὰρ ὁ χρ. Hoc enim temporis spatio pulcherrimus aetatis flos continetur. — V. 4. Brevis vita longiori praeferenda, cum multi anni voluptati nihil adjicianr, mors autem ne a longaevissimis quidem vitari possit.

CDVIII. Vat. C. p. 379. Plan. p. 16. St. 27. W. Seculum incusat poëta, quod et malis abundet et stul-

torum largum proventum habeat. — V. 3. τὸ πλέον corrigit *Wakefield.* in Silv. crit. T. II. p. 155. et ſq. verſ. πάντως. Neutrum probaverim. — V. 6. μεμιγμένων Vat. C. — Si vos reſpicio, veſtrum morem imitaturus, in medio inter riſum et lacrymas poſitus, neſcio, quomodo utrumque ſimul facere poſſim.

¶. 238.] *CDIX.* Bis in membr. Vat. legitur p. 494. et p. 568. In Plan. p. 39. St. 58. W. *Luciano* tribuitur. Cf. *Luciani* Opera T. III. p. 676. ed. R. In Cod. Vat. loco priore *Luciani* Epigrammata praecedunt et ſequuntur; hinc *Planudis* error, qui ad lemma adſcriptum ἄδηλον non advertit animum. In altero loco, ubi hoc diſtichon a diverſa manu, vacui explendi cauſa, adſcriptum eſt, nullum lemma adpictum. — Similis argumenti Epigr. cui initium fuit: Ἃ χάρις ἀ βραδύπους ἄχαρις χάρις, vertit *Auſonius* Ep. LXXXII.

Gratia, quae tarda eſt, ingrata eſt; gratia namque
Cum fieri properas, gratia grata magis.

Noſtrum ipſum fortaſſe ſic expreſſit:

Si bene quid facias, facias cito; nam cito factum
Gratum erit, ingratum gratia tarda facit.

Seneca de Benef. II. 1. *Ingratum eſt beneficium, quod diu inter manus dantis haeſit, quod quis aegre dimittere viſus eſt, et ſic, tanquam ſibi eriperet. — Gratiſſima ſunt beneficia parata, facilia et occurrentia, ubi nulla mora fuit, niſi in accipientis verecundia. Ariſtoph.* Eccleſ. 578. ὡς τὸ ταχύνειν χαρίτων μετέχει πλεῖστον. *Apollon. Rhod.* III. 143. μηδέ τις ἔστω Ἀμβολίη· δύ κεν γὰρ κφαυστέρῳ χάρις εἴη. Hinc paraſitus ap. *Alciphron.* I. 22. p. 90. ma-

ram voluptatis impatientius fert, quam ipsa voluptate gaudet: οὐ τοσοῦτον ἐπὶ τοῖς ἡδέσιν ἡσθεὶς, ὅσον ἐπὶ τῇ παρελκῇ τῆς ἀφροδισίτης ἐκτάκεις. Sic hic locus corrigendus videtur, cum vulgo inepte legatur τῆς βραδυτῆτος. *Suidas*: Ἀφροδισίτη. τρυφερὰ ζωὴ καὶ ἀπαλή. — V. 2. γένοιτο. Cod. Dorvill.

CDX. Vat. C. p. 368. Ἀδέσποτον. Εἴς τινα ἀγρὸν Ἀχαιμενίδου ἀπ' ἄλλου εἰς ἄλλον μετερχόμενον. In Plan. p. 110. St. 161. W. hoc quoque Epigr. *Luciano* tribuitur. Ad eum refertur in Schol. ad Nigrin. §. 26. T. I. p. 49. ed. Bip. ubi prius distichon cum parte v. 3. legitur. — V. 1. Eandem fere sententiam expressisse videtur *Menander* in Ἀδιηφόροις ἢ Ἀδωτρίαι ap. *Stobae.* in Flor. T. LX. p. 231. *Gros.* LVIII. p. 378. 19. Gesn. si recte emendavimus:

τὰ μὲν πατρῷα μεταποιεῖ καιρός ποτε,
ἀλλοτριώσει τ' αὐτά που τὰ σώματα,
βίου δ' ἔνεστι μ' ἀσφάλει' ἐν ταῖς τέχναις.

Paternas opes tempus aliquando ad alios transferet; etiam ipsa corpora mutabit quodammodo; in artibus autem solum vitae est praesidium. — V. 3. ἐκεῖνος Vat. C. et Plan. quod cur mutatum sit, non video.

CDXI. Vat. C. p. 378. Εἰς λυθαργικὸν καὶ φρενοπλῆγα, ὅτι μαχεσάμενοι ἀλλήλους ἰάσαντο. Plan. p. 66. St. 95. W. In phrenitide curanda nil somno utilius putant, quem frictione et crebra corporis exercitatione arcessendum esse docet *Celsus* III. 18. 10. *Plinius* H. N. XXVI. 72. p. 408. *Phreneticos somnus sanat – e diverso lethargicos excitare labor est.* — V. 1. παρὰ Vat. C. — V. 3. ὑπόντα. Vat. C. — V. 4. ἔτυπτε. Vat. C. — V. 6. „Vulgo male τὸν δ' ὕπνου. recte membranae ὕπνῳ. Scilicet ὁ μὲν λυθαργικὸς ἐγείρετο, τὸν δὲ φρενοπλῆγα ἔβλιψεν ὕπνῳ i. e. εἰς ὕπνον, ὁ πολὺς κάπος.“ *Br.* ἐς ὕπνον emend. Ca-

Saubon. in not. mſt. ὕπνῳ *Huetius* p. 8. De hoc uſu ablativi verbo monuimus ad *Agathiam* Ep. XLV. T. III. P. I. p. 82. Exempla ap. poëtas paſſim obvia. *Agath.* Ep. LXXVII. ἐξεκύλισσα πέδῳ pro εἰς πέδον. *Sophocl.* Electr. v. 747. τοῦ δὲ πίπτοντος πέδῳ. *Aeſchyli* Choëph. v. 46. τί γὰρ λύτρον πεσόντος αἵματος πέδῳ; Eumenid. v. 253. τὸ διερὸν πέδῳ χόμενον οἴχεται.

CDXII. Plan. p. 69. St. 100. W. In Satyrum compedibus vinctum et arma fabrili arte tractantem, quod poëta ita interpretatur, ut eum, paupertate coactum, vitae ſuſtentandae cauſa τέχνην βάναυσον amplexum eſſe dicat. Gemmam aliudve artis opus deſcribi puto, quod talem artificis luſum repraeſentabat. Hoc et ſeq. Epigr. quod idem argumentum tractat, non infimi poëtae ſunt. Ridiculus eſt *Opſopoeus*, qui utrumque in fabrum quendam, nomine Satyrum, compoſitum eſſe affirmat, qui bibacitate ad reſtim redactus diurno labore vix vitam ſuſtentaret. Graecum hujus Epigr. argumentum ap. *Huetium* p. 8. ad *Opſopoei* mentem compoſitum, utrum Scholiaſtae ſit cujusdam, an ipſius *Huetii*, ignoro. — V. 3. κῶλον eſt in Ed. Flor. pr. Ald. 2. Nicol. Sab. Nec aliter legi debebat; ſed cum in Aldin. 1. forte fortuna κῶμον irrepſiſſet, idem error, quamvis ab ipſo Aldo in Lectt. notatus, per plures edd. etiam Stephanianam propagatus eſt. — Ad ἀλυκτοπέδησιν *Huetius* adſcripſit τῆς πενίας δηλονότι. Male. — V. 4. παιδὶ ϑεᾷ. Officium, quod ap. *Homerum* Cyclopes praeſtant, noſter, ſculptore praeeunte, Satyro tribuerat. Nullus autem dubito, quin illud artis opus, quod noſtro carmini locum dedit, ad eorum numerum referendum ſit, quae dramatum ſatyricorum ſcenas repraeſentant. Fabula erat ex cyclo Trojanarum fabularum; repraeſentabatur Vulcani officina, inque ea, Cyclopum loco, Satyri in ſervitutem redacti, fere ut in *Euripidis* Polyphemo. Plura ſunt antiquitatis dramata, in quibus

haec locum habere potuerunt, Myrmidones *Aeſchyli*, quos Satyricis annumerandos eſſe ſuſpicor; Ἀχιλλέως Ἔρασται *Sophoclis*. — V. 5. Non quod artifex ſit, hunc laborem ſuscepit, ſed ut eo parcum ſibi compararet victum.

CDXIII. Planud. p. 69. St. 101. W. — V. 1. Satyrus, qui olim ampla pocula ſiccare, thyrſum vibrare, comiſſationes agere ſolebat, nunc incudi alligatus artem fabrilem tractat. Haereo in θύρσων πήγματα, quod quo ſenſu dictum ſit, non exputo. κέλητος πῆγμα apte dixit *Meleager* Ep. LXXVII. De contignationibus et machinis ſcenicis alii, ut *Juvenal.* IV. Sat. 141. ubi vide Intrpp. Quaenam autem fuerit thyrſorum compoſitio aut coagmentatio, penitus ignoro. Sed fortaſſe non ſic ſcripſit poëta, ſed

τὰ καλὰ θύρσων

παίγματα;

Euripid. Bacch. v. 160. Λωτὸς ὅταν εὐκέλαδος Ἱερὸς ἱερὰ παίγματα βρέμῃ. — ¶. 239.] V. 3. σμίλη eſt inter inſtrumenta fabrorum et lapidariorum. Cf. ad *Dioscorid.* Ep. XVII. *Alcaei Meſſ.* Ep. XXI. — In plurimis edd. vett. ποδίκρεμνον legitur; Stephan. et Aſcenſ. ποδίκρονον receperunt. Haud aliter emendavit *Joſ. Scaliger* in not. mſt. ἄμμα ποδίκρονον ſunt compedes mallei ope circum tibias adſtrictae. — Ap. *Huetium* p. 9. *Scaliger* ἄλμα emendaſſe dicitur. Sed talia paſſim in illis Notis occurrunt, haud ſatis ſincera. — V. 4. σπάργαν' ἁλ. qui Bacchum olim faſciis involvit. Silenus plerumque Bacchum puerum nutriviſſe dicitur. — V. 5. αἰσχεμόμων. Omnes edd. vett. usque ad Aſcenſ. quae αἰσχήμων vitioſe dedit, et *Stephanum* quoque in errorem induxit. In Theſauro tamen Gr. L. αἰσχεμόμων ex noſtro loco exhibet. *Scaliger* in not. mſt. ἀχεμόμων emendavit. — ἁ π.

ἀνάγκα. vulgo. — V. 6. μαξιλοπότην. Se non jam vinum, ſed favillam potare conqueritur. ἀνθρακεῖς et μαξιλευταὶ appellabantur fabri ſecundum *Pollucem* VII. 110. Alterum eſt ap. *Themiſtium* Or. XXI. p. 245. A. οἶμαι αὐτοὺς μικρὸν διαφέρειν ἀνθρακέως τινας ἢ σιδηρέως καπνοῦ γέμοντος καὶ μαξίλης. *Max. Tyr.* XVIII. 9. p. 353. τῇ μαξίλης ἐμπεπλησμένῃ. Eſt autem μαξίλη, ὁ χνοῦς καὶ τὸ λεπτὸν τῶν ἀνθράκων.

CDXIV. Vat. C. p. 505. Plan. p. 106. St. 157. W. Paupertatem poenarum apud inferos meditationem eſſe. Peſſime vulgo diſtinguitur, commate poſt τῇ πενίᾳ poſito; qui error non fugit magnum *Grotium*, cujus haec ſunt:

Tantale, credo tuas inferno judice poenas,
Paupertas mala me quippe futura docet.

V. 1. εἰ nonnunquam pro ὅτι ponitur, ſed poſt verba affectuum. In membr. habetur ἡ κρίσις, quod in ἢ κρίσεις mutandum videtur. Sic vividior oratio: *Sane poenae ſunt apud inferos et Tantali mala; non amplius dubito.*

CDXV. Vat. C. p. 566. Plan. p. 107. St. 157. W. Sententia eſt fere, ut ap. *Euripidem* in Dictye, *Stobae.* Flor. XCI. p. 507, 28. Μὴ πλοῦτον εἴπῃς, οὐχὶ θαυμάζω θεόν, Ὃν χὠ κάκιστος ῥᾳδίως ἐκτήσατο. De divitibus *Diogenes* ap. *Stobae.* T. XC. p. 506. 5. eos τὸν πλοῦτον εἰς τὰ ἐπιεικῆ τῶν πραγμάτων οὐ κατατίθεσθαι, κόλαξι δὲ καὶ πόρναις καὶ ταῖς αἰσχροτάταις ἡδοναῖς καὶ κενωτάταις δόξαις χορηγεῖν. — V. 2. Libri omnes χρυσὸς ὁ πορνοφίλας, quod *Brunckius* in πορνοφίλος mutaverat, cujus eum mutationis poſtea poenituit.

CDXVI. Vat. C. p. 420. ſq. Plan. p. 47. St. 68. W. Cicada, quod a paſtoribus capta ſit, conqueritur. Optimae notae Epigramma. Cf. *Apollonid.* Ep. XXV. *Bianoris* Ep. III. — V. 1. τίπτε μι. Vat. C. et Plan. —

V. 2. ἴλικες. arundinibus viſcatis puta. — V. 3. Νυμφῶν παροδίτην. Vat. C. Νυμφᾶν παροδίτιν. Plan. Nymphis locuſta canere dicitur ap. *Meleagr.* Ep. CXI. φθέγγευ τι νέον δενδρώδεσι Νύμφαις. — παροδῖτις, quia in arboribus ſedet prope viam. *Leonidas Tar.* Ep. LX. πρωίιος ἀνθρώποισι μελανθήτηειν ἀοιδός. — ἀηδόνα cicadam appellat etiam *Anyte* Ep. XIV. — „κήμασι. Sic Vat. membr. e correctione; nam primo ſcriptum fuerat κύμασι. α *Br.* Nullum ejusmodi correctionis veſtigium in Apogr. Goth. Vulgo eſt καύμασι, ut ap. *Leonid. Tar.* LX. Sed copula deſiderabatur. — ξουθὰ λαλεῖν eſt λιγυρᾶς λαλεῖν, quo ſenſu ξουθὰ ἀηδὼν paſſim dicitur. Cf. *Abreſch.* ad *Aeſchyl.* T. I. p. 373. — V. 4. ἠνὶ δέ. Plan. *Ruhnkenio* in Epiſt. crit. p. 146. auctor Epigr. colorem videbatur duxiſſe ex *Callim.* H. in Dian. v. 155.

τί δέ κεν πρόκις ἠὲ λαγωὸὶ
βέξειαν; σύες ἔργα, σύες φυτὰ λυμαίνονται.
καὶ βόες ἀνθρώποισι κακὸν μέγα· βάλλ' ἐπὶ καὶ τοὺς.

CDXVII. Vat. C. p. 420. Ἄδηλον. Εἰς λαγωὸν ἐμπεσόντα εἰς θάλασσαν, ὃν κύων θαλάσσιος ἥρπασε. In Plan. p. 44. St. 64. W. *Tiberio* tribuitur, cujus nomen praecedit in membranis. Hinc fortaſſe *Planudes* in errorem inductus eſt. Quod ſi quis tamen huic quam Codici Vat. fidem habere maluerit, me non valde repugnantem habebit. Nam *Tiberii* ingenium hoc carmen redolet. Expreſſum videtur ex Ep. *Germanici* T. II. p. 159. aut *Hadriani* Ep. III. — V. 2. θερμοῖς ἴχνεσιν. inſecutus veſtigia vixdum relicta, adhuc calentia, ut eſt ap. *Theocrit.* XVII. 121. τοκέων ἂν θερμὰ κονίῃ Στειβόμενος καθύπερθε ποδῶν ἐμάσσεται ἴχνη. niſi forte malis de celeribus canis pedibus accipere, ut θερμὸν πόδα dixit *Rhianus* Ep. IX. et *flammea veſtigia cervae Catullus* LXIV. — V. 3. Lepus de colle, mari imminente, in altum

desiluisse putandus est. — κῦμα παρακτίδιον proprio sensu de fluctibus ad litus sese frangentibus accipiebam, quos lepus magno saltu vitasse diceretur; argutius tamen *Brodaeus* de canum turba, a litore feram urgente, accepit, eandemque interpretationem amplexus est *Grotius*:

Desilit in fluctus, fluctus quia saevior instat
In scopulo pressans undique turba canum.

Et hoc verius puto. Κῦμα enim frequenter de quocunque malo usurpari solet. Cf. *Riersch.* ad *Oppian.* Hal. IV. 195. *Klotz.* ad *Tyrtae.* p. 85. — ἀληκάζων plurimae edd. veteres. — V. 4. ὀδοῦσιν. Vat. — V. 6. κυσὶν Vat.

¶. 240.] *CDXVIII.* Vat. C. p. 397. Ἀδέσποτον εἰς ὀδίτην τινὰ ὑπὸ λύκων ἐιωκόμενον καὶ εἰς ποταμὸν ἑαυτὸν ῥίψαντα, ὃν οἱ λύκοι καὶ εἰς αὐτὸ ὕδωρ ἐδίωξαν. — *Bianori* tribuitur in Plan. p 46. St. 67. W. a cujus ingenio minime alienum. — V. 1. Ἐς β. Vat. — V. 2. λύκων εἶδεν. Vat. — V. 3. ἀγεύσαντα. Vat. — Mox ἔβρυχε vulgo et in membr. Nec hoc nec ἔβρυκε, quod cl. editor posuit, ex conjectura procul dubio, satis proprie dictum. Vera tamen videtur *Brunckii* emendatio. — V. 4. Vulgo πλεξάμενος, quod ex δεξάμενος ortum existimo. At elegantissimam hîc praebuit lectionem Vat. C. δρεξάμενος, cujus verbi exempla vide ap. *Wesseling.* ad N. T. II. p. 112. — Similia de lupis narrat *Aelianus* H. A. L. III. 6. Cum fluvium transmittere volunt, τὰς οὐρὰς, ait, τὰς ἀλλήλων δακόντες, εἶτα ἀντιπίπτουσι τῷ ῥεύματι, καὶ λύκους γε διενήξαντα καὶ ἀσφαλῶς. Cf. eundem L. VIII. 14. lupos bovem eadem ratione e palude extrahentes describentem, et L. XVII. 17. ubi mures eodem strategemate uti narrat. Ad *Aeliani* narrationem respicit *Eustath.* ad Odyss. ξ. p. 538. 43. πιστεύεται γὰρ τοὺς λύκους διὰ-

βαίνοντας βλαισὸν ποταμόν, ἐνδακόντας τὴν κέρκον τῶν διὰ προηγουμένων τοὺς ἑπομένους, στιχηδὸν διανήχεσθαι καὶ οὕτω μὴ παραφέρεσθαι τῷ ποταμῷ ἄλλον ἀλλαχοῦ. Cf. *Schneider.* V. Cl. in Auct. Emend. ad Aelian. in calce Comment. Frider. II. de Venat. T. II. p. 161. — V. 6. ἄρης. luporum calliditas in formandis ordinibus, ſive eorum tactica.

CDXIX. Vat. C. p. 420. Plan. p. 47. St. 69. W. Poëta ſe cicadam araneae retibus irretitam exſolviſſe narrat. — V. 1. λεπτόν. Haud ſcio, an alii quoque ſubſtantivum deſiderent ad λεπτήν; ego certe deſidero, idque in praepoſitione ſatis otioſa ὑπὸ latere ſuſpicor. Fortaſſe enim ſcribendum:

λεπτὸν ὑφηναμένα βαλινοῖς ποσὶν ἱστὸν ἀράχνα.

Hoc in ὑπὸ forte depravatorum verborum transpoſitionem neceſſariam reddidit. *Bacchylid.* Fr. IX. 6. ἐν δὲ σιδαροδέτοισι πέρπαξιν αἰθὰν ἀραχνᾶν ἱστοὶ πέλονται. *Philoſtrat.* II. Imag. XXIX. p. 854. in deſcriptione ejusmodi telae: ἰδοὺ τετράγωνος μὲν αὐτῇ (f. ἄρτι) μήρινθος περιβέβληται ταῖς γωνίαις, οἷον πεῖσμα τοῦ ἱστοῦ· περιῆπται δὲ τῇ μηρίνθῳ λεπτὸς ἱστός, πολλοὺς ἀποτετορνευμένος τοὺς κύκλους. — V. 2. πέντετον εἶχε. Sic optimae membranae. Vulgo corrupte legitur ἔνδον ἔχεσκε πάγαις.“ *Br.* — V. 3. οὗ μιν λ. Plan. et Vat. C. quod ex μὴν ortum eſſe acute vidit *Brunckius.* — ἐπαιάζοντα ποδίστρας. Vat. C. Hoc ut rarius et exquiſitius vel ob membranarum auctoritatem revocandum eſt. In receñſu inſtrumentorum venationis *Philipp.* Ep. VIII. κυνοδάλων ἐπισφίγγους ὀχεῖς, ποδίστρας, καὶ τραχυλοδεσμότας κλοιούς. — V. 5. τότ' ἔλ. Vat. quod vulgatae non praeferendum.

CDXX. Vat. C. p. 361. Plan. p. 45. St. 66. W. Equus curſor, cui Pegaſi nomen, poſt multas victorias in certaminibus reportatas ſe in piſtrinum detruſum eſſe conqueritur. Cf. *Archiae* Ep. XXIV. XXV. — Ejus-

modi equi (*fortis equus, ſpatio qui ſaepe ſupremo Victor Olympia, nunc ſenio confectus quieſcit*, ut *Ennius* cecinit ap. *Ciceron.* de Senect. c. 5.) nonnunquam Diis conſecrati dimittebantur in paſcua. *Ovid.* II. Amor. IX. 20. Cf. *Caſaub.* ad *Sueton.* Jul. Caeſ. c. 81. T. I. p. 172. ed. *Burm.* — V. 2. Πήγασος. nomen in ſpatiis Circenſibus illuſtre et obvium. Vide *Spanhem.* de Uſu et Praeſt. Num. T. I. p. 274. — V. 3. Ἰσθμόν. Vat. C. — ἀκώμασα. de pompa proprie dicitur, qua victores per ſtadium ducebantur, tum de victoria in univerſum. *Eurip.* Hercul. Fur. v. 180. τὸν καλλίνικον μετὰ θεῶν ἀκώμασεν. — κήπινσμεσιον junctim plures edd. vett. — V. 4. ζᾶνα. Vat. — Ἀρκαδικᾶς. ibid. — Arcadicas frondes de oleaſtro interpretatur *Brodaeus*, qui ad Alpheum, Arcadicum amnem, creſcebat; Olympica itaque certamina intelligi. Quum hic de majoribus in Graecia certaminibus agatur, poſt Pythica, Iſthmica et Nemea commemorata Olympicum deſiderari videtur. Hoc itaque malim, quam de Arcadico quodam certamine cogitare; licet nec hoc ineptum fuerit. — V. 5. Νισυρήτιδος. Vat. C. Lapis molaris circumſcribitur, qui optimi in inſula Niſyro reperiebantur. *Strabo* L. X. p. 748. C. de hac inſula: στρογγύλη δὲ καὶ ὑψηλὴ καὶ περιρρὼξ τοῦ μυλίου λίθου εὐπορεῖσα· τοῖς γοῦν ἀστυγείτοσιν ἐκεῖθέν ἐστιν ἡ τῶν μύλων εὐπορία. — V. 6. ἀκροταχῶν. Vat. C.

CDXXI. Vat. C. p. 376. ἀδέσποτον. εἰς αἶγα τυφλώττουσαν, ἣν ἐκέντησεν ἀκάνθης ἀχλὰς ἀκάνθη καὶ ἐνέβλεψε. Iterum legitur p. 415. cum lemmate: τοῦ αὐτοῦ (i. e. *Leonidae Alexandrini*) ἐπὶ αἰγὶ τετυφλωμένῃ κεντηθείσῃ ὑπ' ἀχλάδος καὶ βλεψάσῃ. In Plan. p. 39. St. 57. W. *Antiphili* eſt. Commentarii loco ſit *Aelian.* VIII. Hiſt. An. 14. ὅταν αἶξ νοήσῃ τὸν ὀφθαλμὸν ἐπιδολωθέντα αὐτῇ, πρόεσιν βάτῳ καὶ παραβάλλει τῇ κάνθῳ τὸ ὄμμα νύξαι αὐτό· καὶ ἡ μὲν ἐκέντησεν· καὶ ἐρᾷ αὖθις ἡ αἶξ. *Plin.* H. N. VIII. 50. *Oculos ſuffuſos capra junci puncto ſanguine exonerat, caper*

rubi. Simile quid obſervatum eſt in urſis, qui, *cum eorum oculi hebetantur, favos appetunt, ut convulneratum ab apibus os levet ſanguine gravedinem illam. Plinius* L. VIII. 54. p. 460. — V. 1. ν' Ἐκ θοίνης. *Ex paſcuis.* Durum eſt θοίνη hoc ſenſu poſitum, et circumſtantia illa, quod e paſcuis rediret capra, omnino memoratu inutilis erat: corrupte in membranis εἰ χθονίης. Ulcus hîc latet. Conjeceram ἐξ ἀλαῆς." *Br.* In Vat. Cod. loco priore εἰ χθονίης. Recentior manus ſuperſcripſit ἐκ. Altero loco ἐκ θοίνης habetur. Voce θοίνη pro avium pabulo utitur *Antip. Theſſ.* Ep. XLIII. ἦξει δ' Ἰλιάδαις οὐκ αἰτητός, ἀλλ' ἐπὶ δοίναν πόπες. *Eurip.* Ion. 504. βρέφος πτανοῖς ἐξώρισε θοίναν. Cf. Ejusd. Hecub. v. 1072. Ion. 1496. Quod ſi ergo ſincera eſt lectio, ſenſum eſſe dixeris: *Poſtquam paverat* capra, acceſſit ad pirum ſylveſtrem ibique lucem accepit. Sed recte monuit cl. editor, hujus rei commemorationem plane inutilem eſſe. *Joſ. Scaliger* in not. mſt. emendavit ἓν θ. quod quomodo acceperit, non aſſequor. Mihi ſcribendum videtur:

Ἐκ σκοτίας φάος ἔσχεν —

Poſt tenebras capra lucem accepit. Formam σκοτία offert *Eurip.* Phoen. v. 338. αἰὲν σκοτίᾳ κρύπτεται. Jam in his verbis juſta eſt antitheſis. Sic *Paull.* in Epiſt. ad Corinth. II. 4. 6. ὁ θεὸς ὁ εἰπὼν ἐκ σκότους φῶς λάμψαι. Quod ſi hoc minus probatum fuerit, amplectenda *H. Stephani* explicatio ad Epigr. Selecta p. 298.: „Ego praepoſitionem ἐκ pro ex hîc, ut paſſim, accipi exiſtimo, et dici hanc capellam ex cibo ſuo ſeu ex victu lucem oculorum eſſe conſequutam, quod illud ipſum, quo veſcebatur, ejus pupillam pupugerit." — Μηκάς, capra, non bucula, ut vertit *Opſopoeus*, quem μυκὰς legiſſe ſuſpicatur *Arnaldus* in Lect. gr. p. 100. Cf. *Ruhnken.* Epiſt. crit. p. 133. — V. 2. τυφλὴ perperam correxit

Aldus in Lect. quem ſequuntur tamen Ald. 2. 3. Veram lectionem revocaverunt *Nicol. Sabienſes.* — V. 3. ἐτέρην. Plan. Vat. C.

¶. 241.] *CDXXII.* Vat. C. p. 365. Plan. p. 40. St. 58. W. In gemmam ſcriptum exiſtimo, in qua lupus conſpiciebatur a capra nutritus. Ad ſenſum facit *Theocrit.* Eid. V. 37. τὸ δ' ἀ χάρις ἐς τι ποθίεται. Θρέψαι καὶ λυκιδεῖς, θρέψαι κόρακας, ὥς τυ φάγωντι. — V. 3. θηλον in me furet. Hoc ſenſu θηλον pro *infeſto malo* legebatur olim in Ep. *Calliae Argivi* T. II. p. 3. ubi nunc rectius αἰεὶ χρυσίον ἠθά. *Meleager* Ep. LXIII. ἔρρε κακὸν κοίτης θηλον. Hinc θηλύν ap. Graecos, apud Latinos *bellua* in convicium dicitur. *Demoſthen.* c. Timocr. T. I. p. 745. 4. c. Ariſtogiton. p. 772. 6. ed R. Notum eſt dictum *Aeſchinis* inter Rhodios adverſarii ejus orationem admirantes, τί δέ; εἰ αὐτοῦ τοῦ θηλοῦ ἀκηκόειτε; ut eſt ap. *Plinium* II. Epiſt. III. 10. — V. 4. Eſt paroemia, qua gratia gratiam parere dicitur. Ei haec apud noſtrum opponitur.

CDXXIII. Plan. p. 379. St. 517. W. Leontio puellae poëta ſtilum dat muneri, ſimulque amatae artem et pulchritudinem laudat. — V. 1. γραφίς. *Brodaeo* teſte erant, qui βαφὶς legerent. — V. 3. Minerva tibi artem eximiam, Venus pulcritudinem excellentem tribuit.

CDXXIV. Vat. C. p. 495. Ἄδηλον. Sic etiam in Plan. p. 116. St. 168. W. „Diſtichon hoc eſt in Theognidis gnomis v. 1147. ubi μεθὲς φίλον, quod praeſtat.“ *Br.* — V. 2. δηλῶν. Ed. Fl. pr. Ald. 1.

CDXXV. Vat. C. p. 495. Plan. p. 116. St. 168. W.

CDXXVI. Vat. C. p. 506. Plan. p. 117. St. 169. W. „Huic diſticho in membran. alterum ſubjungitur; ſed quum diverſi argumenti ſit, aut alio pertinet, aut etiam monodiſtichon Epigramma eſt:

χρησαμένῳ θεσπέσιος ὁ χρήσιμος ἔστ' ἀγαθόν τι·
αὐτάρκης δὲ κακὸν τοῦδ' ὁ πονηρότερος.

Corruptus pentameter, quem ſic refingi poſſe reor:

αὐτάρκης δὲ, κακῶν ἐστιν ἀπειρότερος.

Hoc ſenſu: *Qui ſibi ipſe ſufficit, qui alterius famulatu non indiget, malorum magis eſt expers.* Veriſſima ſententia.“ *Br.* Notaverat *Salmaſius* in libro Lennepiano haec: *Fortaſſe ne ſic quidem integrum Epigramma. Sententia enim imperfecta eſt.* — In noſtro diſticho v. 1. Vat. C. μέγ' ἔσθ'. male.

CDXXVII. Vat. C. p. 448. Plan. p. 116. St. 168. W. Ineptum eſt lemma in membr. Εἰς Διόνυσον. Ibidem ad v. 2. adſcriptum Εἰς ἐδοιπόρους. — V. 2. ναέτας. Vat. Dictum fere, ut illud *Niciae* ap. *Thucyd.* VII. 77. ἄνδρες γὰρ πόλις, καὶ οὐ τείχη, οὐδὲ νῆες ἀνδρῶν κεναί, cui praeivit *Sophocles* in Oed. T. 56. huic fortaſſe Themiſtocles, cujus verba ſervavit *Juſtin.* II. 12. 14. Cf. *Waſſium* ad *Thucyd.* l. c. et *Reimar.* ad *Dion. Caſſ.* T. II. p. 810. 14.

¶. 242.] *CDXXVIII.* Vat. C. p. 484. Plan. p. 113. St. 164. W. „Ultimos quinque verſus, ſic a me emendatos, e membranis addidi. Sex primi, qui in Planudea extant, medicam etiam poſcebant opem.“ *Br.* Hymnus in Fortunam potius quam Epigramma. — V. 1. αἰών. Fortuna favente tempus hominibus omnia fauſta affert. *Sophocl.* Electr. v. 75. καιρὸς γάρ, ὅσπερ ἀνθρώποισι μέγιστος ἔργου παντὸς ἔστ' ἐπιστάτης. Pro ἀνθρώποισιν ἔχει φάος putabam ἀνθρώποις ἀνέχει φάος, quod paulo majorem vim habere videbatur. *Euripid.* Med. v. 482. ἀνέσχον σοὶ φάος σωτήριον. Idem in Ione 716. ἀμφιπύρους ἀνέχων πεύκας. *Aeſchyl.* ap. *Stobae.* in Ecl. L. I. 7. p. 200. ed. H. de Fortuna: τὸ δ' ἀμηχανίας πόρον εἶδες ἐν ἄλγεσι κεῖ-

λαμπρὸν φάος ἄγαγες (fort. ἀνάγεις) ἐν σκότῳ. — V. 2. ἐννεσίῃσιν Vat. C. Vulgo ἐννεσίαις. et in marg. γρ. ἐννοίαις. quod ex gloſſa ortum. Cf. *Brunck.* ad *Apollon. Rhod.* L. I. 7. — εὐγενέτειρα. Vat. et Plan. In hoc epitheto non offendit magnus *Grotius*, qui vertit:

Inclyta commendas ſi quem Fortuna, beatos
Sentiet in multa currere luce dies.

V. 3. παρέχοις. membranae. Vulgo ὁπότε χειρὶ δεξιτερῇ παρέχεις. ſine ulla conſtructione. κατὰ πάντα φέρει κλέος ἐκεῖνος, ᾧ ἄν ποτε παρέχῃς αὐχένα σὸν θεσπέσιον ζυγὸν, καταλαμβάνειν τῇ ἑαυτοῦ δεξιτερῇ χειρί." *Br.* Equidem πάντα pro nominativo habere malim, hoc ſenſu: Omnia gloriam afferunt ei, cui tu faves. — ὁππότε. Vat. ᾧ ποτε. Ed. Flor. pr. Ald. I. Aſcenſ. De eadem Diva *Aeſchylus* l. c. καὶ τιμὰν βροτείοις ἐπέθηκας ἔργοις. — V. 5. τούτῳ, ad νεύματι referendum puto. Ad tuum nutum reges ſeſe accommodant, i. e. te tuamque voluntatem ſequuntur. Simili in re verbo ἁρμόζεσθαι utitur *Ariſtonymus* ap. *Stobae.* Flor. III. p. 39. κυβερνήτου μὲν ἔργον ἀγαθοῦ εἰς τὰς (fort. leg. τὰ ἱστία πρὸς τὰς) τῶν πνευμάτων μεταβολὰς ἁρμόσασθαι, ἀνδρὸς δὲ σοφοῦ πρὸς τὰς τῆς τύχης. Eodem ſenſu verbum ῥυθμοῦσθαι adhibuit *Democritus* ap. eundem p. 56. ἀνοήμονες ῥυθμοῦνται τοῖς τῆς τύχης (ſic leg. non ψυχῆς) κέρδεσιν, οἱ δὲ τῶν τοιῶνδε δαιμονέστεροι (vulgo δαήμονες) τοῖς τῆς σοφίης. — V. 6. ἔξοχοι cl. editor poſuit pro ἄμβροτοι, quod Plan. habet et Vat. C. Nullam video ſatis gravem cauſam hujus lectionis emendandae. ἄμβροτοι ἡγεμόνες praeclari ſunt duces, quorum gloria immortalis ad omnem poſteritatem propagatur. Agitur de oratoribus et eruditis in univerſum, quos ἡγεμόνας ἀγέλης λογίων poëta appellat. Cf. not. ad Ep. ad. CDIII. — λογίους· τοὺς πολυίστορας, Ἀττικῶς, καὶ Ἡρόδοτος λογίους τοὺς λεκτικούς, Ἕλληνες. *Moeris Attic.* p. 249. ubi conf.

Pierſon. — V. 7. νῆες. *Pindarum* ante oculos habuiſſe videtur poëta Ol. XII. 3. σώτειρα τύχα· τὶν γὰρ ἐν πόντῳ κυβερνῶντι θοαὶ νᾶες. Ad Fortunam *Horatius* I. Od. XXXV. 6. *te dominam aequoris, Quicunque Bithyna laceſſit Carpathium pelagus carina. Dio Chryſ.* Or. LXIV. T. II. p. 329. Fortuna τῇ μὲν δεξιᾷ χειρὶ πηδάλιον κατέχει, καί, ὡς εἴποι τις, ναυτίλλεται· τί δαὶ ἆρα τοῦτο ἦν; πότερον ὡς μάλιστα τῶν πλεόντων τῆς τύχης δεομένων; ἢ διότι τὸν βίον ἡμῖν ὥς τινα μεγάλην ναῦν κυβερνᾷ. — In Cod. Vat. σαώτερος. quod *Salmaſ.* in not. ined. mutabat in σαώτεροι. — V. 9. ἀμύμονες. Cod. quod eleganter emendavit *Brunckius.* Poterat et ἀκήμονες ſcribi; ſed praefero ἀκύμονες. Solent enim poëtae urbes cum navibus comparare. Cf. *Cerdam* ad Aen. I. 152. *Klotz.* ad *Tyrt.* p. 85. — V. 10. πεδ. λειμῶνες. Vat. C. *Salmaſius* in not. ined. λειμάδες volebat ſive λείμονες. — In fine nonniſi unus verſus deeſſe videtur.

CDXXIX. Vat. C. p. 534. Plan. p. 116. St. 168. W. In *Stobae.* Flor. XXXVIII. p. 221. *Geſn.* 152. *Grot.* Expreſſa eſt ſententia ex *Philemonis* Fr. Inc. XXIII. p. 346. ed. *Cler.* Φθόνος ἐν ἑαυτῷ τοῦθ' ὃν ἐπ.εικῶς ποιεῖ, Τὸν πλησιαστὴν ὄντα τῶν αὑτοῦ τρόπων Λυμαίνεται μάλιστα διὰ παντὸς συνών. Plura ad hanc ſententiam collegit *Barthius* ad *Statii* II. Theb. 18. p. 257. — V. 1. „κάκιστος. Membr. et hanc lectionem prae vulgata κάκιστον probo.“ *Br.* κάκιστον ἐν αὐτῷ. *Stob.* — ἐν ἑαυτῷ. Vat. — V. 2. τήκει. *Invidus alterius macreſcit rebus opimis. Horat.* I. Epiſt. II. 57. — Invidi ὀφθαλμιᾶν dicuntur, dum aliorum bonis invidos injiciunt oculos. Vid. *Suidam* in ὀφθαλμιῶσαι, et *T. H.* ad *Polluc.* X. 154. p. 1339.

CDXXX Vat. C. p. 505. Plan. p. 116. St. 168. W. Ap. *Stobae.* l. c. In eundem ſenſum Agis, Spartanorum rex, optime dixit, cum quosdam ipſius bonis invidere audiviſſet: οὐκοῦν τὰ ἴδια αὐτοὺς κακὰ λυπήσει καὶ πρὸς τούτοις τά τε ἐμὰ καὶ τῶν ἐμῶν φίλων ἀγαθά.

CDXXXI. Vat. C. p. 367. Plan. p. 70. St. 102. W. Eadem iisdem fere verbis dixit *Parmenio* Ep. VII. De novercalibus odiis omnia plena. Serpenti novercam comparat *Euripid.* Alc. 331. qui locus haud scio an obversatus sit *Statio* II. Sylv. I. 48. de formoso: - *cui sibila serpens Poneret, et saevae vellent servire novercae.* Ad haec odia, quae inter privignos et novercas valent, referendus videtur locus depravatus ap. *Heliodor.* I. 15. τί δὲ οὐχ ἱκέτευον, ἀλλ' ἐδίωκον; ᾠνήσατο τὴν πρώτην; ἀλλὰ προσηκόντως· ἀλλοτρίαν μέν, ἀλλ' οὖν γε πατρῴαν εὐνὴν ᾐσχύνετο. Reliqua nunc non tango; sed scribendum videtur: ἀλλὰ προσηκόντως, μητρυιάν γε.

CDXXXII. Vat. C. p. 367. Plan. p. 70. St. 102. W. Vulgo *Callimacho* tribuitur, et inter Callimachea relatum nr. VII. p. 280. ed. *Ern.* In membr. lemma est: ἀδέσποτον· εἰς τάφον μητρυιᾶς, ἣν ὁ πρόγονος στέφων, συμπεσοῦσα τοῦτον ἀπέκτεινεν. — V. 1. ἔστεφε. Liberorum erat, parentum, cippos ornare. *Xenoph.* Mem. Socr. II. 2. 13. — μικρὸν. Si parvus erat lapis, *Bentlejus* quaerit, quo pacto potuit puerum occidere? Quare μιαρὸν acute corrigit. Vulgatae patrocinatur *Toupius* in Em. ad *Suidam* p. 245. comparans haec Lexicographi in Κυνηγίου· - καὶ ἀπελθὼν Θεόδωρος ὁ ἀναγνώστης μετὰ Ἰμερίου Χαρτουλαρίου, εἶδεν ἐκεῖσε στήλην, μικρὸν τῷ μήκει καὶ πλατεῖαν· καὶ πάχεῖαν πάνυ - παρεσκεύασε πεσεῖν τὴν στήλην ἐκ τοῦ ἐκεῖσε ὕψους, καὶ κροῦσαι τὸν Ἰμέριον καὶ θανατῶσαι. Tali auctoritate vix opus erat, ut intelligeremus, etiam cippum non ita altum ad parvum puerum opprimendum sufficisse. Nec frustra hoc a poëta additur, qui infestum novercae animum sic etiam gravius significat. Et hanc ob causam, et quod poëta, si μιαρὸν scripsisset, historiae catastrophen parum apte jam in primo versu prodidisset, vulgatam unice probo, haud ignarus tamen, magno viro, *T. Hemsterhusio*, *Bentleji* emendationem valde arrisisse ad *Lucian.* T. I. p. 169. Sed in talibus meum

judicium, quam aliorum auctoritatem sequi malim. — V. 2. βίου. Vat. — V. 3. κλινθεῖσα. Vulgo, sensu aut nullo aut inepto. *Anna Fabri* patrem suum κάτω κλινθεῖσα emendasse narrat, unde tautologia existit intolerabilis. Eodem vitio laborat conjectura *Reiskii*, qui corrigit ad *Constant. Porphyrog.* p. 61. ἡ δ' ἐδάφει κλινθεῖσα, i. e. πρὸς τὸ ἔδαφος. Nostra lectio debetur *Toupii* ingenio, qui comparavit *Pausan.* IX. 30. p. 770. ποιμὴν περὶ μεσοῦσαν μάλιστα τὴν ἡμέραν ἐπικλινὼν αὐτὸν πρὸς τοῦ Ὀρφέως τὸν τάφον. Paulo aliter hanc lectionem, in quam et ipse sponte inciderat, interpretatur *Wakefield* in Silv. crit. T. II. p. 59. puerum, sepulcro acclinem et in digitos erectum, quo posset cippi verticem attingere et coronam imponere. — πεσοῦσα. Mortui viventibus, quibus infesti essent, columnam sepulcralem injicere putabantur. Exempla vide apud *Wyttenbachium* V. cl. ad *Plutarch.* de S. N. V. p. 46. — V. 4. οἱ πρόγονοι. de priviguis Ep. praeced. et *Parmen.* Ep. VII. Cf. *Wesseling.* ad *Diodor.* L. IV. p. 287.

¶. 243.] *CDXXXIII.* „Sine ullo judicio relatum hoc carmen in caput Εἰς μῦσος. In melioribus Codd. extat capite εἰς μέμψιν. Est autem fragmentum elegiae amatoriae. Εὐστέφιος non est Bacchi nomen, sed famuli, qui herum e somno non excitaverat, ἐμὲ μὴ καλέσας. Ad somnum referenda verba ὃς μὲν ἐκιβρίσας. nihil hic intellexerunt vulgati interpretes.“ *Br.* In Vat. C. p. 440. lemma: Ἰουλιανοῦ τοῦ σχολ. τοῦ μετεώρου βραδύτερος παρελθόντος. Quod in Plan. p. 70. St. 102. W. pro auctoris nomine ἄδηλον adscriptum legitur, non *Planudis* culpa factum, sed librariorum, qui τοῦ αὐτοῦ debuissent adscribere; praecedit enim *Juliani* distichon. Ut verus hujus Epigrammatis auctor, ita sensus ejus omnes interpretes fugit, *Brunckio* non excepto. Nam elegiae fragmentum qui hos versus putat, nae is a vero eorum sensu vehementer aberrat. Primum membra-

nae pro Εὐστέφιος, quod *Casaubonus* in not. mſt. in Εὐστέφυλος mutabat, exhibent Ἑσπέριος. Hoc admiſſo et naevo ſublato in fine pentametri, ubi certa emendatione legendum:

ὃς δ' ἐμὲ μὴ χαλάσας.

ſenſum habes expeditiſſimum. Verſus ſunt hominis, ſomni nimium amantis, qui queritur, quod et veſpertinus et matutinus eum ſomnus opprimere ſoleat. Nihil verius membranarum lectione ἑσπέριος — ὕπνος. *Leonid. Tar.* Ep. LXXVIII. ἑσπέριον κῆῶον ἀπώσατο πολλάκις ὕπνον. — Deinde lepide ſomnolentiam excuſat: veſperi ſomnus me opprimit, mane non remittit. Vide oppoſitionem aptiſſimam in verbis ἐπιβρισάς et μὴ χαλάσας, quae nulla eſt in vulgata μὴ καλέσας. Somnus dicitur *vincire* et *vincula remittere*. *Theocrit.* Eid. XI. 22. φοιτῇς δ' αὖθ' οὕτως, ὅκκα γλυκὺς ὕπνος ἔχῃ με, οἴχῃ δ' αὐθὶς ἰοῖσα, ὅκα γλυκὺς ὕπνος ἀνῇ με. *devinctam lumina ſomno Catull.* LXIV. 122. ubi vide *Doering.* in Var. Lectt. — V. 3. ὃ δὲ πᾶς. Vat. C. Optat poëta, ut matutinus ſomnus eum penitus relinquat, veſpertinus autem placide ad eum accedat, juſto temporis, ſomno tribuendi, modo ſervato. — In marg. Vat. C. adſcriptum ὀρθῶν, quod non pro diverſa lectione habendum eſt, ſed pro librarii de verſus pulcritudine judicio. Paſſim hoc occurrit in Vat. C.

CDXXXIV. Vat. C. p. 363. Plan. p. 78. St. 114. W. In navem, de litore fluctibus abreptam. Cf. *Antiphili* Ep. XXV. — V. 1. ῥοθίῃσιν — κροκάλῃσιν. Vulgo. ῥοθίοισιν ex Ald. 1. Lectionibus arripuit Ald. 2. 3. — V. 3. ἐπλήμυρεν. Vat. C. — V. 4. τῇ δείλαιος ἀεὶ κλόνος. Vulgo, ſine ſenſu. In membr. τὰν δειλαίαν ἀεὶ κλόνος ἦγε. Adſcripſit *Salmaſius*: ἀλκάδα τὰν δειλαίαν ἀγκλόνου

ἴγε τὰ π. χ. ἀηκλόνος, ut ἀήσυρος, vel ita compoſite ἀεἰκλονος, *quod magis placet.* His procul dubio praeferenda lectio, quam cl. editor exhibuit. — Pro ἴγε *H. Stephanus* in Not. ad Epigr. Sel. p. 300. εἶγε ſuſpicabatur, vertens: *pelagi ſi ſaeva procella Proſequitur terra non minus ac pelago.*

CDXXXV. Vat. C. p. 378. Plan. p. 89. St. 131. W. Color in hoc Ep. fere ut in *Leonidae Alex.* Ep. VII. — V. 3. οὐδεὶν. Vulgo. οὐδέν. Vat.

CDXXXVI. Vat. C. p. 432. Plan. p. 90. St. 132. W. In membr. pro ἄρσα legitur ἀνέρα.

CDXXXVII. Plan. p. 116. St. 168. W. *Stobae.* Tit. X. p. 128. 12. *Gesn.* p. 71. *Grot.* Divitum opibus utendum, ipſis computandi curas relinquendas eſſe. — V. 2. „δακτυλοκαμψόδυνον. Sic recte ap. Stobaeum.“ *Br.* Vulgo δάκτυλι καμψοδύνῳ. *Joſ. Scaliger* in not. mſt. δακτυλοκαμψιδάκη corrigebat. *Munkerus* ad *Antonin. Liber.* c. XLI. p. 279. primum duplicem emendationem propoſuit δακτυλακαμψοδύνοις vel δακτυλοκαμψοδύνοις; deinde δακτύλῳ καμψοδύνῳ ſincerum idque ab iis mutatum eſſe cenſet, quos licentia poëtica offenderit, cujus tamen plura exempla reperiri ap. *Nanſium* ad *Nonni* Paraphr. c. IX. 189. At conf. *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 108. et quae notavimus ad *Palladae* Ep. LXXXVI. T. II. P. III. p. 242.

¶. 244.] *CDXXXVIII.* Vat. C. p. 382. In Aeneam, patrem flammis eripientem. Optimae notae carmen. — V. 1. ἤρων a pr. man. Vat. C. — V. 3. ἴκλαγε. alta voce clamavit. Ep. ἀδεσπ. CDXXXVIII. ἴκλαγον ἐκ Θηβῶν μέγα πίνδαρος. *Eurip.* Phoen. v. 1151. ἴκλαγξε Τυδεύς, καὶ σὸς ἐξαίφνης γόνος· Ὦ τέκνα Δαναΐδων.

CDXXXIX. Vat. C. p. 556. Plan. p. 120. St. 174. W. *Stobaei* Floril. T. III. p. 37, 39. *Gesn.* cum lemm. ἀδήλου· εἰς νέον φρόνιμον. p. 21. *Grot.* Reſpicitur verſus *Homeri* Ιλ. γ. 108. αἰεὶ δ' ὀπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες

ἠριθμοντω, ubi vid. cl. *Heynium* T. IV. p. 471. qui noſtrum diſtichon non neglexit. — μετήορα. vacillantia et ſuſpenſa, quae ſtabilibus et conſtantibus opponuntur. Ejusmodi animi dicuntur μετεωρίζεσθαι, quod illuſtrat *Alberti* in Obſſ. philol. p. 196.

CDXL. Vat. C. p. 442. Εἰς τὸν χρόνον. Plan. p. 121. St. 175. W. „Hoc et duo ſequentia carmina in unum coaluerunt in Planudea. Diverſi ſunt argumenti, et ſic in membr. diſtinguuntur et appoſitis lemmatibus illuſtrantur.“ *Br.* Hoc jam intellexit *Joſ. Scaliger* in not. mſt. qui ultimum quoque hujus Epigrammatis diſtichon (ὦ ζωῆς – ἐρχομένων) pro peculiari Epigrammate habuit. Non male. Ad *Scaligeri* mentem etiam *Grotius* hoc Epigramma diviſit. — V. 1. ἀργαλέως. Plan. et Vat. quod ſine auctoritate mutavit cl. editor, fortaſſe etiam ſine neceſſitate. ἀργαλέως φέρεσθαι dici poterat Tempus, quod pedetentim, nec ſine moleſtia progreditur; cui interpretationi favet cum epitheton Temporis πολιός, tum antitheſis, quae eſt in ἀλλὰ παρέρπων —. Tempus, quamvis lento paſſu progrediens, multa tamen praetereundo tollit, immutat, evertit. Similiter *Chaeremon* ap. *Stobae.* in Ecl. L. I. p. 236. ed. *Heer.* σχολῇ βαδίζων ὁ χρόνος ἀφικνεῖθ' ὅμως. ut hunc verſum corrigendum ſuſpicor, niſi fuit ἀφικνεῖτ' ἀεί. — V. 2. φωνὰς κλέπτει. De fama rerum memorabilium accipiendum videtur, quae temporis progreſſu obſcuratur et tandem deletur. — V. 3. μὴ φαινόμενος. aenigmatice dictum. Tempus, quod ipſum nusquam conſpicitur, delet tamen ea, quae in conſpectu ſunt poſita, et latentia in lucem profert. Obverſabatur noſtro *Sophocl.* in Aj. 646. ἅπαντ' ὁ μακρὸς κἀναρίθμητος χρόνος Φύει τ' ἄδηλα, καὶ φανέντα κρύπτει. — V. 5. ἄριστος. Vat. C. — V. 6. καὶ omittit Vat. C. — ἐρχομένων, αὐτῶν ſcil. τῶν ἀνθρώπων. Male *Opſopoeus* ἐρχόμενον ſuſpicabatur.

CDXLI. Vat. C. p. 442. Plan. p. 121. St. 175. W. junctim cum praecedente et subsequente. Scriptum est carmen in Beryti eversionem. Hanc urbem, jurisprudentiae schola, quae ibi florebat, illustrem, terrae motus diruit Justiniano imperante an. Chr. 551. Cf. *Agathiae* Histor. II. p. 51. sq. et quae notavimus ad *Joann. Barbucal.* Ep. VIII. T. III. P. I. p. 21. — V. 1. Sensus est, beatos esse dicendos, qui vita defuncti tantas calamitates oculis non vidissent; illos itaque moriendo insignem haereditatem nactos esse, non illos, quos in bonorum suorum possessione reliquissent. Non hos igitur, sed defunctos, vere κληρονόμους dicendos esse. — V. 3. κληρονόμων corrigebat *Gilb. Wakefield.* Silv. crit. T. III. p. 111. *hi adeo mortui commoda haeredum habent, e misera vita abeuntes.*

¶. 245.] *CDXLII.* Bis legitur in Vat. C. p. 442. ubi ἀδέσποτον, et p. 548. ubi *Palladae* tribuitur; perperam. *Palladas* diu ante Beryti eversionem vixit. — V. 1. τὴν πόλιν οἱ πρότεροι νέκυες ζῶσαν κατέλειψαν. Vat. C. loco sec. — V. 2. δ' οἱ ζ. Vat. C. loco sec. — ἐκφέρομεν. tanquam funus. Similiter *Joann. Barbuc.* Ep. VIII. ἀλλὰ παραστείχοντες ἐμὰν στοναχήσετε μοῖραν· Σπείσατε Βηρυτῷ δάκρυα καὶ φθιμένᾳ. Notatis ibi adde *Anthol. Lat.* III. 2. p. 456. de Athenis:

Hae sunt, quas merito quondam est mirata vetustas.
Magnarum rerum magna sepulcra vides.

Nobilem *Sulpicii* locum in *Ciceron.* Epist. ad Famil. IV. 5. expressit *Ambrosius* Epist. XXXV. *Tot igitur semirutarum urbium cadavera, terrarumque sub eodem adspectu funera.*

CDXLIII. Vat. C. p. 489. Plan. p. 54. St. 78. W. Sententia derivata ex dicto *Aristippi*, quod *Teles* serva-

vit in libro de Exilio ap. *Stobae.* XXXVIII. p. 231. 39. τί γὰρ τὸ διάφορον, ἢ οὐ πανταχόθεν, φησὶν ὁ Ἀρίστιππος, ἴσῃ καὶ ὁμοία ἡ εἰς ᾅδου ὁδός; *Tyrtaei* Ep. V. ad mulierem procul a patria sepultam: ἔστι γὰρ ἴση Πάντοθεν εἰς Ἀΐδην ἐρχομένοισιν ὁδός. unde *Wakefield.* in Silv. crit. I. p. 55. apud noſtrum v. 4. legi malit: πάντοθεν εἷς ὁ φέρων εἰς Ἀΐδην ἐνραπὸς. acute et eleganter, quamvis fortaſſe citra neceſſitatem. — V. 1. ἰθεῖα κατήλυσις. fortaſſe ex *Leonid. Tar.* Ep. LXIII. εὔθυμος ὢν ἔρεσσε τὴν ἐπ' Ἀΐδος Ἀταρπὸν ἕρπων· οὐ γάρ ἐστι δύςβατος — Ἰθεῖα δὴ μάλιστα, καὶ κατακλινὴς Ἄπασα. — V. 2. νίσσαι Vat.

CDXLIV. Vat. C. p. 505. Plan. p. 55. St. 79. W. Ex hoc Epigrammate fortaſſe expreſſum diſtichon Anth. Lat. T. I. p. 541.

Balnea, vina, Venus corrumpunt corpora noſtra.
Sed vitam faciunt balnea, vina, Venus.

In balnea, tanquam laxioris diſciplinae inventum, jam *Ariſtophanes* invehitur in Nub. v. 987. et 1040. ψέγεις τὰ θερμὰ λουτρά; ὅτιὴ κάκιστόν ἐστι καὶ δειλὸν ποιεῖ τὸν ἄνδρα. Ap. *Plutarch.* de Sanit. Tuenda T. II. p. 128. E. tanquam res ſanitati inſeſtiſſimae, junguntur τὰ ἀφροδίσια καὶ ὄψα καὶ βαλανεῖα καὶ οἶνος. et p. 69. B. ψέγοντι μὲν συνουσίας καὶ πότους, ψέγοντι δὲ ἀργίαν — καὶ λουτρὰ συνεχῆ καὶ πλησμονὰς ἀκαίρους *Petron.* c. 42. *non cotidie lavor; baliscus enim fallo eſt. Aqua denſes habet. Aſhenae.* L. I. p. 18. C. προσφάτως δὲ καὶ τὰ βαλανεῖα παρῆκται — ὧν τὸ βλαπτικὸν Ἀντιφάνης δηλοῖ·

Εἰς μακαρίαν τὸ λουτρόν· ὡς διέθηκέ με·
Ἐφθὸν κομιδῇ πεπόληκ'· ἀπεκναίσατο ἄν
Καὶ ὀστιεοῦν μου λαβόμενος τοῦ σέρματος.
οὕτω στερεόν τι πρᾶγμα θερμὸν ἐσθ' ὕδωρ.

De balneorum abuſu (erant enim, qui eis quotidie plus ſemel uterentur, ut Commodus ſepties aut octies. Cf. *Lamprid.* p. 504.) veterum loca collegit *Bernard.* ad *Theophan. Non.* T. I. p. 435.

CDXLV. Sumtum ex codd. Biblioth. Laurent. Catalogo T. III. p. 18. ubi haud pauca ejusmodi carmina, alia meliora, alia pejora, ex variis Codicibus deſcripta, reperiuntur. In hoc noſtro Epigrammate circulatorem te audire exiſtimes, theriacam ſuam de cataſta commendantem. Ceterum ſimilia de aqua putei in templo Aeſculapii, quod Pergami fuit, praedicat *Ariſtides* T. I. p. 255. ed. *Iebb.* *συμπράττει δὴ πρὸς ἅπαντα αὐτῷ καὶ γίγνεται πολλοῖς ἀντὶ φαρμάκου. πολλοὶ μὲν γὰρ τούτῳ λουσάμενοι, ὀφθαλμοὺς ἀκομίσαντο· πολλοὶ δὲ πιόντες, στέρνον ἰάθησαν, καὶ τὸ ἀναγκαῖον πνεῦμα ἀπέλαβον· τῶν δὲ πόδας ἐξώρθωσε· τῶν δὲ ἄλλο τι· ἤδη δέ τις πιὼν ἐξ ἀφώνου φωνὴν ἀφῆκεν.* — V. 2. *χυμοὺς κατασπᾷ.* concretos humores diſſolvit. *κατασπᾷν. χαλᾷν. Heſych.* — V. 4. *κνησμονὰς* pruriginem, idem quod *κνησμός.* Utramque formam Codd. offerunt ap. *Theophan. Non.* c. 237. T. II. p. 230. qui et ipſe balneorum uſum in hoc morbo commendat. Idem eſſe videtur *ὁ ὀδαξησμὸς* ſive *ὀδαγμός.* Vide *Foeſium* in Oeconom. Hipp. v. *ἀδάξασθαι.* et *Pierſon.* ad *Moer.* p. 40. ſqq. — V. 6. *ὥτων κ. τῆς ἀκοῆς τοὺς πόρους. Band.* in Catal. quod *Brunckius* eleganter emendavit.

¶. 246.] *CDXLVI.* Vat. C. p. 505. Plan. p. 66. St. 95. W. Bene vertit *Grotius*:

Et ratio fruſtra eſt, ſi non opus inde ſequatur;
Et cur quid facias, ipſum opus eſt ratio.

V. 2. In omni actione ipſum factum pro ratione habendum eſt, i. e. rationem facti reddere videtur.

CDXLVII. Plan. p. 69. St. 101. W. — Sententia, qualis in trito proverbio, quo omne nimium in vi-

tium verti dicitur. — χολή. De faſtidio, quod mellis abundantia creet, quoque efficiatur, ut ipſum mel felle videatur amarius, explicat *Bochart.* in Hieroz. T. II. p. 525. *Pindar.* Nem. VII. κέρον δ' ἔχει καὶ μέλι. Minus bene. Veteres mel bilem augere exiſtimabant. *Juliani* Epiſt. XXIV. p. 391. A. Καὶ μέλι μὲν Ἱπποκράτης φησὶ καὶ γλυκὺ τὴν αἴσθησιν καὶ πικρὸν εἶναι πάντως τὴν αὐάδειαν, καὶ οὐκ ἀπιστῶ τῷ λόγῳ· χολῆς γὰρ αὐτὸ ποιητικὸν εἶναι σύμπαντες ὁμολογοῦσι, καὶ τρέπειν τοὺς χυμοὺς εἰς τοὐναντίον τῆς γεύσεως.

CDXLVIII. Vat. Cod. p. 507. Plan. p. 171. St. 250. W. Mortis contemplatio divitiarum cupiditatem imminuit, mortalesque hortatur, ut vita fruantur. — Eadem ſententia apud quosvis poëtas obvia. — V. 4. ταῦτα τὰ γλωσσόκομα. Comice ſic loculos, quibus mortui componuntur, appellat. Proprie γλωττόκομον capſulam indicabat, qua tibicines includebant tibiarum ſuarum γλωττίδας. *Heſych.* γλωττοκόμιον. ἐν ᾧ οἱ αὐληταὶ ἀπετίθεσαν τὰς γλωσσίδας. Deinde quodvis *involucrum*, ἑλυτρεύ ſignificare coepit. *Pollux* X. 154. Denique σορόν. *Heſych.* γλωσσόκομον. θήκη. σορὸς ξυλίνη τῶν λειψάνων. Loca veterum, quibus hoc vocabulum occurrit, collegit *Weſtſten.* ad N. T. I. p. 922. — V. 5. πάσας. Vat. C. male. Vide *Valcken.* ad *Ammon.* p. 187. ſq. Epulae hoc verſu ſignificantur commemoratione Cereris et Bacchi. Nota Δήμητρος ἀκτή. *Eurip.* Hipp. v. 138. Fragm. Inc. XIV. 2. Ιλ. γ. 322. Perperam *Opſopoeus* de compotationibus in litore inſtituendis cogitabat. — V. 6. Ἀσίην. Vat. C. *Ammiani* vel *Palladae* hoc Ep. eſſe putaverim.

CDXLIX. Vat. C. p. 531. Plan. p. 183. St. 267. W. *Stobae.* T. X. p. 126. 28. *Gesn.* p. 73. *Grot.* Exornavit poëta ſententiam *Euſebii* ap. *Stobaeum* X. p. 128. πλούσιον χρὴ νομίζειν τὸν ἡγεόμενον ἔχειν τὰ ἀρκέοντα· τὸν δὲ αἰεὶ ἐπιθυμέοντα προσκτήσασθαι καὶ πλησθῆναι μηδέποτε τοῦ τοιούτου (f. τοῦ πλούτου) λαμβάνοντα, καὶ εἰ μίσου πλουτέοι

μᾶλλον, πένητα καλέω καὶ Ἴρου, ἣν ἐκεῖνος ἐξ ἀνάγκης εἶχε, ψυχὴν κτήσασθαι. In eandem ſententiam *Demonicus* ap. Eundem p. 129. 12. χρημάτων ὄρεξις, ἣν μὴ ὀρίζηται λόγῳ (vulgo κόρῳ), πενίης ἰσχάτης πολλῷ χαλεπωτέρη. — V. 3. ὧν μετέχῃς. *Quaedam, ſi credis conſulenti, mancipat uſus; Qui te paſcit ager, tuus eſt, et villicus orbi Quum ſegetes occat, tibi nox frumenta daturas, Te dominum ſentit. Horat.* II. Epiſt. II. 160. ſqq. — V. 4. κληρονόμοις. Opportune *Horat.* I. Epiſt. V. 12. *Quo mihi fortunam, ſi non conceditur uti? Parcus ob haeredis curam nimiumque ſeverus Adſidet inſano.* — Illud φυλάττῃς idem expreſſit II. Serm. III. 122. *filius, aut etiam haec libertus ut ebibat haeres, Dis inimice ſenex, cuſtodis?* — ἀπὸ νῦν. etiamnum illa aliena ſunt, non tua.

CDL. In Vat. membr. p. 232. Ἀντιφίλου inſcribitur. In Planud. p. 2[illegible]. St. 324. W. ἄδηλον. Defunctus conqueritur, quod agricola in tumulo ſuo ſegetem faciat. Cf. *Heraclid.* Ep. III. T. II. p. 261. — V. 1. οὔπω Vat. C. quod vulgatae non praeferendum. At reducenda ejusdem Cod. lectio πᾶσ' ἀπόλωλε β. quod ſponte vidit *Joſ. Scaliger* in not. mſt. Licet enim βάλος utriusque ſit generis, femininum tamen elegantius eſt habitum. Vid. *T. Hemſterh.* ad *Lucian.* T. I. p. 146. et quos laudat *Pierſon.* ad *Moer.* p. 95. — V. 3. Hic quoque praeferenda Vat. C. lectio ἡ δ' ὕνις ἐν ν. Sic, uno ν ſcriptum, et priore correpta, occurrit ὕνις ap. *Philipp.* Ep. XIV. in pentametri exitu: καὶ φιλόγαιον ὕνιν. — Mox idem τί τοι πλέον. *Ariſtoph.* Eccl. 1086. οὐδὲν ἔσται σοὶ πλέον. *Xenoph.* K. Π. L. V. p. 86. 33. τί γὰρ ἐμοὶ πλέον τὸ τὴν γῆν πλατύνεσθαι. Cf. *Valckenar.* in Diatr. p. 170. B. Nec tamen vulgata damnanda. *Meleager* Ep. LI. τί δὲ τὸ πλέον; — V. 4. ἐρπάσεται. Vat. C. — V. 5. Veſtrum exemplum alii imitabuntur, veſtrosque defunctorum turbabunt cineres. — ἐρέσει. Vat. C. Hoc Ep.

fortaſſe ante oculos habuit *Gregor. Nazianz.* Ep. IV. in *Muratorii* Anecdotis p. 7.

> Πάντα βίος ζώοισι· λίθοι δ' ὀλίγοι τε φίλοι τε
> τοῖς φθιμένοις, σὺ δέ μοι κἀνθάδε χεῖρα φέρεις·
> οὐδὲ σὸν αἰδόμενος, ταλάμου, τάφον ὅστις ὄλεσσεν
> ἄλλος, σοῖσι νόμοις, χερσὶ δικαιοτέραις.

ubi forte fuit: ὃν τις ὀλέσσει ἄλλος.

¶. 247.] *CDLI.* Vat. C. p. 446. Edidit *Reisk.* in Anthol. p. 143. nr. 722. inter Jenſiana nr. 72. *Reiskius* prava lectione verſ. 4. in errorem inductus, Grammaticum loqui exiſtimabat, precantem, ut Homeri carminibus nunquam non victum inveniat. Sed ipſe Homerus loquitur, ſuamque ſe immortalitatem carminibus, Iliadi et Odyſſeae, debere affirmat. — V. 1. σώφρων γράμμα. ſapientiae, prudentiae, temperantiae exempla ſiſtens. *Quid virtus et quid prudentia poſſit, Utile propoſuit nobis exemplar Ulyſſem. Horat.* I. Epiſt. II. 17. — V. 3. τὸν με γέροντα αὔξοιτε ἀεί. Vat. C. Sic, ut *Brunckius*, hunc verſum exhibuit *Reiskius*. — Aeternam mihi ſeni juventutem ſervate. — V. 4. σειρήν. Infra Ep. DXIX. λάλε σειρὴν Βακχυλίδη. Cf. not. ad *Chriſtodori* Ecphr. v. 305. T. II. P. III. p. 320. — Pro ὑμετέρων legendum eſſe ὑμετέων ſuſpicatus eram nondum inſpecto Cod. Vat. qui conjecturam noſtram poſtea firmavit. Carmina ſua Homerus alloquitur, ut filias (cf. *Antiphili* Ep. XI. ἀδίσας. CDXCI. *Dioscorid.* Ep. XXV. ubi vide not. T. I. P. II. p. 392.). Canora illa vox, ait, quae olim Homeri labris inſidebat, nunc de veſtro defluit ore, qua emiſſa me ſenem hominibus ita commendate, ut recens ſemper et juvenis inter eos verſari videar. Similiter *Ennius* ap. *Ciceron.* in Tuſc. Qu. I. 15. et de Senect. c. 20. *Nemo me lacrymis decoret, neque funera*

ſletu Faxit. Cur? volito vivu' per ora virûm.

CDLII. Vat. C. p. 321. Plan. p. 284. St. 410. W. In Lacedaemonem ab Achaeis devictam. Factum hoc Ol. CXLVIII. Moenia, quae Nabis tyrannus exſtruxerat, dejecta et Spartani, Lycurgi diſciplina ſublata, Achaeorum reipublicae adſcripti ſunt. Vide *Polyb.* L. VII. 8. p. 542. Hoc factum Romani improbarunt. *Livius* XXXVIII. 34. *Diodor. Sic.* T. II. p. 622. — V. 1. Vulgo εὔδμητος. ἄδμητος Cod. V. nec aliter *Brodaeus.* Facit huc *Plutarchus* in Vit. Ageſil. c. 31. T. I. p. 613. C. qui Ageſilaum, cum Thebanos agrum Laconicum ferro et igne populantes videret, maxime doluiſſe dicit, cum intelligeret τὸ καύχημα κεκολουμένον, ᾧ καὶ αὐτὸς ἐχρήσατο πολλάκις, εἰπών, ὅτι γυνὴ Λάκαινα κατηύδν οὐχ ἑώρακε πολέμιον. Frequenter gloriabantur Lacedaemonii, quod nunquam hoſtem ab Eurotae ripis depuliſſent; quam gloriationem nemo acutius expreſſit eo, cujus dictum ſervavit *Plutarch.* T. II. p. 233. C. — V. 2. Ὠλένιον. Olenus, Arcadiae urbs, quae pars fuit foederis Achaeorum. — V. 3. ἄσκιος. ψιλή. Terra devaſtata, arboribus exciſis, ita ut aves neceſſe habeant nidos in terra facere. Expreſſum hoc videri poteſt ex dicto *Steſichori* Locrenſibus dicentis, ὅτι οὐ δεῖ ὑβριστὰς εἶναι, ὅπως μὴ οἱ τέττιγες καμόδεν ᾄδωσιν. quod refert *Ariſtotel.* II. Rhet. 21. 8. et iterum III. 11. 6. Dionyſio idem tribuit *Demetrius* de Elocut. §. XCIX. — V. 4. λύκους. Vat. C. a pr. man.

CDLIII. Vat. C. p. 415. In Plan. p. 1. St. 1. W. *Archiae* tribuitur. Vertit *Auſonius* in Eclog. p. 564 ed. *Toll.*

Quatuor antiquos celebravit Achaïa ludos,
Coelicolum duo ſunt, et duo feſta hominum.
Sacra Jovis, Phoebique, Palaemonis Archemoriique;
Serta quibus pinus, malus, oliva, apium.

V. 4. μῆλα. *Maxim. Tyr.* V. 8. p. 78. ἢ Ὀλυμπιάσι μὲν καὶ Πυθοῖ οὐκ ἔνεστι κότινον λαβεῖν, οὐδὲ μήλων τυχεῖν, αὐτῶν ἀφ' ἑαυτοῦ κενισαμένων. Diſſert. VII. 4. p. 107. καὶ μετασχεῖν μὴ κοτίνου μόνον Ὀλυμπιάσιν, ἀλλὰ καὶ πίτυος Ἰσθμικῆς, καὶ σελίνου Ἀργολικοῦ καὶ μήλων Πυθικῶν. ubi vid. *Daviſ.* — De *apio* et *pinu*, ubi et quando in uſu fuerint, vide *Spanhem.* ad calcem Goth. Num. p. 469. et quos laudat *Reimar.* ad *Dion. Caſſ.* T. II. p. 1033. 79.

CDLIV. Sumtum ex *Euſtathio* ad τλ ψ. p. 1320. 18. Quinquertii partes enumerantur. Poſtrema verba, μία δ' ἔκλετο πᾶσι τελευτή, indicare videntur, ſcriptum eſſe hoc diſtichon in neſcio quem, qui quinquertio vicerat. Cf. Ep. *Lucillii* XI.

¶. *T. III p.* 334] *CDLIV.*[b] Vat. Cod. p. 619. Ex *Gujonorum Vitis* nr. 2. operibus Fratrum Gujonorum praefixis. Numeri, in talo notati, hic eo ordine ponuntur, quo ſibi in oppoſitis tali lateribus reſpondent.

¶. *T. III. p.* 334.] *CDLIV.*[c] In *Gujonorum Vitis* nr. VI. ex Vat. Cod. p. 619. Senarii jambici leges expoſuntur. — V. 2. χόριος, quem etiam trochaeum vocant; in ſenario tum demum locum habet, cum ſpondeum efficit per poſitionem. — V. 3. οἶκον ſedem. — V. 4. ἐστὶν ὃς οἶδεν μαχρὰν ε. α. Vat. unde *Salmaſius*, ni fallor, fecit, ἔστ' ὡς οἶδεν μαχρὰν ε. α. Sic certe in Gujon. Vit. legitur. — V. 5. πρώτῃ καὶ τριτάτῃ *Gui.* ubi reliquus verſus ſic habetur, ut eſt ap. *Br.* In membr. autem πέμπτει δέ τε τοῖσδε κατίσχει. Pyrrhichium nonniſi ultima ſenarii ſedes recipit, ii vero pedes, qui priorem longam habent, locum inveniunt in ſedibus imparibus. — V. 6. Reliqui pedes, anapaeſtus, puta, et jambus, cuivis regioni conveniunt. — Hoc praeceptum in comicorum tantum ſenariis verum eſſe, ſciunt artis metricae peritiores, qui anapaeſtum ex paribus certe ſenariorum tragicorum ſedibus jam dudum ejecerunt. — V. 7. ἓν

κ' ἐτελήσῃ vitiose *Gujon. Vit.* ἐθελήσῃ praestant membranae.

¶. 247.] *CDLV.* Bis legitur in Cod. Vat. p. 240. in marg. et p. 367. Plan. p. 5. St. 10 W. Argumentum a multis exornatum. Vide ad Ep. *Tymn.* IV. — V. 1. γυμνόν. *clypeo nudatum*, quem vocabuli usum multi illustrarunt, quos laudat *Klotz* ad *Tyrtae.* p. 20. sq. — V. 2. ὠκὺν ἐόντα. Vat. loco sec. — V. 3. ἀντίη. Vat. C. utroque loco; nec aliter Plan. Hoc cl. editor ad hiatum virandum emendasse videtur. Veterum librorum consensus suadet, ut ἀντίη revocemus. — V. 4. βηξαμένη. Vat. C. loco alt. — De locutione φθόγγον βήξασθαι monuimus ad *Agath.* Ep. X. T. III. P. I. p. 57. — V. 5. πόθ' Ἀδ. Ed. Fl. pr. Ald. 1. Asc. et Steph. πρὸς notavit Aldus in Lectt. unde Ald. 2. 3. id arripuerunt. πρὸς exhibet etiam Vat. C. utroque loco. — V. 6. ἐψεύσα. Vat. — γενέτην. Ibid. utroque loco.

¶. 248.] *CDLVI.* Vat. C. p. 385. Plan. p. 9. St. 17. W. Praeclare ad hoc carmen *Erodaeus* comparavit *Philostrat.* in Heroic. c. II. 9. p. 681. ubi aliis de Ajacis tumulo relatis, ἔστι δέ τις λόγος, ait, ὡς Τρῶές ποτε ποιμένες εἰς τὸν Αἴαντα ὕβριζον, νενοσηκότων αὐτοῖς τῶν προβάτων, καὶ περιστάντες τὸ σῆμα, πολέμιον μὲν Ἕκτορος τὸν ἥρωα ἐκάλουν, πολέμιον δὲ Τροίας τε καὶ ποιμνίων. καὶ ὁ μὲν μανῆναι αὐτόν, ὁ δὲ μαίνεσθαι, ὁ δὲ ἀσελγέστατος τῶν ποιμένων· Αἴας δ' οὐκέτ' ἔμιμνε· μέχρι τούτου τὸ ἔπος αὐτῷ ἐπεβάψωίδει, ὡς δειλῷ. ὁ δέ, ἀλλὰ ἔμιμνον, εἶπε, βοήσας ἐκ τοῦ τάφου φρικῶδές τι καὶ ὄρθιον. — V. 2. „Vulgo legitur Φρὺξ ἐτέων κακῆς, claudicante metro. *Toup* Cur. nov. in Suid. p. 207. emendat ἀκάκης. Mihi non placet ἐτέων ἐπεσβολίῃ, sive illa κακῇ sive sit ἀκάκῃ. ideo reposui: Φρὺξ ἐτέων δεδαώς. *Phryx versuum non rudis.* Ludit in etymo vocis ἐπεσβολίη. ἔβαλεν αὐτὸν Ὁμηρείοις ἔπεσιν. Plebejo sermone diceremus: *Un Phrygien qui avait mis*

le nez dans les poëtes, Se mit à lui lacher des vers. Cogitaveram primo: Φρὺξ πρὸ Ὁμηρείης η. ε ſed alterum illud praeſtat.“ *Br.* At quomodo nobis perſuaſerit cl. editor, ex διδαὼς librarium κακῆς facere potuiſſe? Recte tamen repudiavit Toupianum commentum, quod infeliciſſimum pronuntiavit *Ruhnken.* ad *Timae.* p. 16. reclamante ſcil. ſententia et linguae indole, quae ὁ καὶ ἡ ἄκακος poſtulat, non ἀκάκη. Ipſe *Ruhnkenius* corrigit: ἐπέων χαλεπῆς ἧρχεν ἐπεςβολίης. comparato *Theognide* v. 324. πειθόμενος χαλεπῇ, Κύρνε, διαβολίῃ. *Joſ. Scaliger* in not. mſt. καινῆς propoſuit, parum feliciter. Idem notavit *Huetius* p. 5. Ex Philoſtrati loci comparatione mihi probabile viſum, deſiderari vocabulum reſpondens τῷ ἀσελγέστατος, idque mihi inveniſſe videor ſcribendo:

Φρὺξ ἐπέων λαιδρῆς ἧρχεν ἐπεςβολίης.

Impudens in Ajacem convicium jaculatus eſt. Heſych. λαιδρή. θρασεῖα. Idem: λαιδρός. λαμυρός. ἀναιδής. δεινός. θρασύς. ταχύς. ut hanc gloſſam emendavit *Ruhnken.* in Epiſt. crit. p. 88. ubi vocabuli λαιδρὸς exempla aſſeruntur. — V. 3. Αἴας. Verba ſunt *Homeri* Ιλ. ο. 717. — οὐκέτι μίμνεν. Vulgo. Noſtrum eſt in duobus Planud. Codd. — ἀντεγέγωνεν. Vat. C. — V. 4. οὐκέτ' ἔτλη. Vat. C. quod, ut praecedentibus melius reſpondens, praetulerim. Sed ne ſic quidem hunc verſum perſanatum puto. Reſpondiſſe convicio Ajacem poëta narrat; at cur non adjecit, quid reſponderit? Hoc inprimis exſpectabatur. Vide igitur, an ex *Philoſtrati* loco corrigendum ſit:

Αἴας δ' οὐκέτ' ἔμιμνεν· ὁ δ' ἀντεγέγωνεν ἐναρθὲ·
Μίμνον· ὁ δ' οὐκέτ' ἔτλη ζωὸς ἀποφθίμενον.

Sic omnia ſibi apte reſpondent: Ille autem ex inferis clamavit: Reſtiti! Tum Phryx ille, quamvis vivus, defunctum manere non ſuſtinuit, ſed aufugit. Ad ἔτλη ex praecedentibus μίμνειν ſubaudiri poteſt.

CDLVII. Vat. C. p. 447. ἐκ τοῦ Ἡροδότου. Plan. p. 11. St. 19. W. „Ex Herodoto p. 398. translati in Anthologiam hi verſus, quos Hipparchus in ſomnio audire ſibi viſus eſt. Eos, ut quaedam horum ἀδεσπότων alia, melius in ſectionem retuliſſem, cui titulum feci συμμικτὰ ἡρωϊκά.“ *Br.* — V. 2. ἀδίκων. Vulgo. ἀδικῶν eſt ap. *Herod.* — ἀποτίσῃ. Vat. C.

CDLVIII. Vat. C. p. 379. Plan. p. 15. St. 25. W. *Auſonius* nr. LIV. hoc aut ſimile Epigramma vertit:

Effigiem, rex Croeſe, tuam, ditiſſime regum,
Vidit apud manes Diogenes Cynicus.
Conſtitit utque procul, ſolito majore cachinno
Concuſſus, dixit: Quid tibi divitiae
Nunc proſunt, regum rex o ditiſſime, cum ſis
Sicut ego ſolus, me quoque pauperior?
Nam quaecunque habui, mecum fero: cum nihil ipſe
Ex tantis tecum, Croeſe, feras opibus.

— V. 5. πλείω. Vat. C. Haereo in verbis, ἐμοὶ καὶ νῦν πλείων τόπος, quae ſequentibus non ſatis reſpondent: Etiam nunc majus ſpatium occupo quam tu; nam omnia mea mecum fero. Apparet, hoc potius requiri: Etiam nunc te ditior ſum, nam tu nihil tuarum divitiarum tecum attuliſti, dum ego omnia mea mecum habeo. Leni mutatione correxeris:

Ἐμοὶ καὶ νῦν πλεύνων πόρος.

Etiamnunc plura possideo. πέρσε pro pecunia, opibus, possessionibus passim. At sic fortasse poëtae potius quam librarii peccatum emendaveris.

CDLIX. Vat. C. p. 505. Plan. p. 16. St. 26. W.

CDLX. Vat. C. p. 506. Plan. p. 16. St. 26. W. Excitavit hoc distichon *Gatackerus* ad *Antonin.* I. 16. p. 28. ubi ille se οὐ φιλοικοδέμον, οὐκ ἐπινοητὴν περὶ σωμάτων ὥρας (*formosorum servorum curiosum*) esse ait. — σώματα, *mancipia*, illustravit *Kuster* ad *Aristoph.* Plut. v. 6. *Spanh.* ibid. p. 245.

CDLXI. Vat. C. p. 441. Εἴς τινα ἀπὸ περσέας πεσόντα. In Plan. p. 27. St. 42. W. lemma legitur, quod *Brunckius* dedit. Prius, quod hominem nobis fingit a persea arbore cadentem, ineptum est. Is, de quo his versibus agitur, intemperantia sua perierat. — V. 1. φόνιον φυτόν. Ad fabulam de venenata Persicorum natura, quam tamen patrio solo relicto exuerunt, respicitur. — De Persicis *Columella* L. X. 405. *Stipantur calathi et pomis, quae barbara Persis Miserat, ut fama est, patriis armata venenis. At nunc expositi parvo discrimine lethi Ambrosios praebent succos oblita nocendi.* ubi vide *Schneider.* p. 550. Apte *Salmasius* in Homon. H. I. LXVIII. p. 85. F. *Scholiasten Nicandri* excitat: Πῶλος δὲ ὁ Δημοκρίτειος ἐν τῷ περὶ συμπαθῶν καὶ ἀντιπαθῶν, Πέρσας, φησὶν, ἔχοντας θανάσιμον φυτὸν εἰς Αἴγυπτον πέμψαι, ὡς ἐκ τούτου πολλῶν μελλόντων ἀναιρήσεσθαι, τὴν δὲ ἀγαθὴν οὖσαν εἰς τοὐναντίον μεταβαλεῖν, ποιῆσαι δὲ τὸν φυτὸν καρπὸν γλυκύτατον, οἷος ὁρᾶται νῦν. Cf. *Schneiderum* ad *Nicandri* Alex. v. 100. sqq. p. 109. et *Bodaeum a Stap.* ad *Theophr.* L. III. p. 126.

¶. 249.] *CDLXII.* Vat. C. p. 381. sq. Plan. p. 29. St. 44. W. Epigramma in cranium in via repertum est inter *Crinagorae* carmina nr. XXXV. Sed ibi piu homo loquitur, qui defunctis debitum hono-

rem habet; hîc impii cujusdam hominis petulantia describitur. Vertit *Ausonius* Ep. LXXII.

Abjecta in triviis inhumati glabra jacebas
Testa hominis, nudum jam cute calvitium.
Fleverunt alii: fletu non mosus Achillas,
Insuper et silicis verbere dissecuit.
Eminus ergo icto rediit lapis ultor ab osse;
Auctoris que sui frontem oculosque petit.
Sic usinam cersos manus impia dirigat ictus,
Auctorem ut feriant tela reserta suum.

quod cum graeco carmine accurate comparans *Huschkius* v. cl. in Anal. crit. p. 141. emendavit *Actorisque* et *Actorem ut feriant*; quod probandum. — V. 2. Cranium εἰκὼν τοῦ βίου, humanae vicissitudinis imago, unde quid homo sit, quoque omnia humana recidant, intelligitur. — V. 3. δεξιτερήν. dextram in terram demisit, qua saxum peteret. Sic haec verba interpretanda censebam; nec aliter *Huschkius*. *Grotius* vertit: *In dexstram projecis humum.* quod graecis verbis multo obscurius. *Jos. Scaliger* depravatum esse locum existimans in not. mst. proposuit δεξιτερῇ δ' ἔβαλεν —, ut duplex hominis illius injuria notetur: *primum cranium manu in serram conjecit, deinde idem saxo petivit.* At vide, annon sic prius illud otiosum sit. — ἧκεν. Vat. — V. 4. δοκέων. Vat. — V. 6. πήρωσιν. Vat. C. — V. 7. κωλάζετο. Vat. — *Anonym.* Bibl. Bodl. in marg. notavit, hunc locum corruptum esse. *Huetius* p. 6. in marg. cod. Scaligeri invenit ὀκλάζετο. quasi supplicaturus Plutoni et facti poenam deprecaturus. Merito hoc displicuit doctissimo praesuli, qui omnino nihil mutandum censebat. *Grotius* vertit, verba non premens, sed sensu optimo:

Imprudens laesae sic ille satisfacit umbrae,
Tamque suas rectum flet feriisse manus.

Difficultatem vitavit *Auſonius*, ſuum acumen auctori ſubſtituens. At vide, an ille ſcripſerit:

καὶ ΠΑΛΑΜΑΙΣΙ ΔΙΚΗΣ ἐκαλέζετο.

quod a vulgatae ductibus proxime abeſt, et ſenſum praebet huic loco inprimis accommodatum. — V. 8. ἔκλαυσεν. Vat. et Plan.

CDLXIII. Vat. C. p. 381. Plan. p. 32. St. 48. W. Hiſtoria de tribus puellis, ſortem de morte ſua explorantibus. — V. 1. ἀλλήλοισιν. Vat. C. ἀλλήλῃσιν. Plan. — V. 3. τρεῖς μ. χειρῶν χειῶν. Vat. — τρεῖς. Ald. 2. 3. Nic. Sab. Steph. — πασῶν. Vat. — Tres illae puellae ter jecerunt talos et omnes omnium jactus unam eandemque deſignabant. — V. 5. Melius diſtinctio in fine delebitur, quam etiam *Grotius* neglexit:

Lapſa ſed infelix alto de culmine tecti
Ad Styga, ſors veluti ſignificarat, abit.

ὑπολίσθε. Vat. C. — ἄελπτον πέσημα junctum cum ὑπωλίσθησε idem eſt, ac ſi dixiſſet ἀέλπτως ἔπεσε. Sic *Eurip.* Phoen. v. 643. μόσχος ἀδάμαστον πέσημα δίκας. — V. 6. ἐς δ' Ἀΐδην ἤλυθεν. Vat. — V. 7. Sortes, ubi malum portendunt, ſemper certae ſunt; at bona mortales neque precibus neque manibus a Diis impetrant. χέρες ad talorum jactum referendum.

CDLXIV. Vat. C. p. 377. Plan. p. 109. St. 159. W. *Stobae.* Flor. T. V. p. 64. 38. *Gesn.* p. 39. *Grot.* Scriptum fortaſſe in tabulam pictam, Hippolytum et Phaedram exhibentem. — V. 1. κατ' ἐναντίον. Edd. vett. quaedam. — V. 3. κτεῖνεν. Vat. Stob. Plan. — V. 4. ἀγανὴ π. σωφροσύνα. Vat.

CDLXV Vat. C. p. 381. Ἀδέσποτον. εἰς ἔρωτα, ὅτι οὐ θεὸς, ἀλλὰ πάθος μανίας ἔμπλεον. Plan. p. 35. St. 53. W. *Stobae.* Flor. T. LXI. p. 390. 42. *Gesn.* 257. *Grot.* Non satis apertum argumentum carminis. Ex graecis verbis haec prodeunt: Caedes fuit commissa, matre una cum puero interemta; vir, hujus caedis auctor, capitis damnatus, lapidibus obrutus est. Suspicari licet, causam caedis zelotypiam fuisse. Sed quidquid sit, poëta hinc occasionem arripuit, amorem, ut Deo indigna patrantem, petendi. — ¶. 250.] V. 3. θεὸν ξίφος. Gladium poëta Amorem manibus tenere ait, respectu habito ad caedem illam. Recte *Br.* interrogative haec sumsit, cum vulgo interrogandi nota desideretur; unde *Grotius* vertit: *Non armata quidem gladio manus: et tamen, ecce, Quae dedit immani funera saevitia.* — V. 4. θεοδμήτου. Vat. — μιαιφονιας. Vat. — V. 5. μήτης σὺν μὲν παιδί. *Stob.* — αὐτοῖς. Vat. — V. 6. τοίμενος. Vat. — ἔκτεινεν. Vat. Plan. *Stob.* — V. 8. λεύσεμεν. Vat.

CDLXVI. Vat. C. p. 505. Plan. p. 41. St. 60. W. Praeclarum distichon, ductum ex *Platon.* Alcib. II. p. 143. A. T. V. p. 85. ed. Bip. ubi Deos ab hominibus frustra incusari docet, tanquam malorum auctores, quae tamen ex ipsa hominum stultitia proveniant: Κινδυνεύει γ' ἄν, ὦ Ἀλκιβιάδη, φρόνιμός τις εἶναι ἐκεῖνος ὁ ποιητής, ὅς, δοκεῖ μοι, φίλοις ἀνοήτοις τισὶ χρησάμενος, ὁρῶν αὐτοὺς καὶ πράττοντας καὶ εὐχομένους, ἅπερ οὐ βέλτιον ἦν, ἐκείνοις δὲ ἐδόκει, κοινῇ ὑπὲρ ἁπάντων αὐτῶν εὐχὴν ποιήσασθαι. λέγει δέ πως ἀδί· Ζεῦ πάτερ κ. τ. λ. Alter horum versuum ap. *Platonem* sic legitur: ἄμμι δίδου· τὰ δὲ δεινὰ καὶ εὐχομένοις ἀπαλέξειν κελεύει. Ad illum *Platonis* locum respexit *Valer. Max.* VII. 2. ext. 1. *Socrates — nihil ultra petendum a Diis immortalibus arbitrabatur, quam ut bona tribuerent; quia ii demum scirent, quid unicuique esset*

utile, nos autem plerumque id votis expetere, quod non impetraſſe melius foret. Similia collegit *Gataker.* ad *Antonin.* V. p. 146. B. et *Interpp. Juvenalis* X. Sat. 347.

CDLXVII. Plan. p. 299. St. 439. W. Clementiam et comitatem ſeveritate temperandam eſſe, exemplis aliquot allatis docetur.

CDLXVIII. Vat. C. p. 422. Plan. p. 108. St. 159. W. In *Palladii* ſive *Palladae* laudem. Expreſſum ex *Theocrit.* Eid. VII. 39. οὐ γάρ πω, κατ' ἐμὸν νόον, οὔτε τὸν ἐσθλὸν Σικελίδαν νίκημι τὸν ἐκ Σάμω, οὔτε Φιλητᾶν Ἀσίδων· βάτραχος δὲ ποτ' ἀκρίδας ὥς τις ἐρίσδω. V. 2. deſumtus ex ejusd. Eid. I. 136. κἠξ ὀρέων τοὶ σκῶπες ἀηδέσι' ἀχεύσαιντο. ſive ex Eid. V. 136. οὐ θέμιτόν, Λάκων, ποτ' ἀηδόνα κίσσας ἐρίζειν, οὐδ' ἔπεπας κύκνοισι. quod mallet *Huſchkius* in Anal. crit. p. 75. qui inprimis conſulendus. — V. 1. κύκνῳ κόρυδας. *Quid enim contendat birundo Cygnis. Lucret.* III. 6. — Proverbium ἐν ἀμαύσοις καὶ κόρυδος φθέγγεται. quod illuſtravit *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 384. Cum cygno alaudam componit etiam *Antiphil.* Ep. III. εἰ γὰρ Ζεὺς κύκνος, ἐγὼ κόρυδος. — V. 4. ποεῖν. Vat.

CDLXIX. Plan. p. 315. St. 455. W. De tabula, in qua Ulyſſes pictus; cujus imaginem maris undae deleverant. — V. 1. Λαερτιάδην. Ed. pr. Flor. Ald. 1. 2. 3. — χεῦμα. Vulgo. Mutationis, non ex codd. ut videtur, ſed ex ingenio factae, cauſam idoneam non video. χεῦμα, ſc. πόντου, quod ex praecedentibus aſſumendum. *Euripid.* Danaë Fr. X. καλὸν δὲ πόντου χεῦμ' ἰδεῖν εὐήνεμον. — V. 2. τύπον. imaginem. Vide *Alberti* in Obſſ. philol. p. 428. — ¶. 251.] V. 3. In Homeri carminibus Ulyſſis imago in omnis aevi memoriam expreſſa eſt. Cf. Ep. DCXV. DCXIX.

CDLXX. Plan. p. 328. St. 467. W. Nota eſt fabula in Collect. Fabul. Aeſop. nr. CXXVIII. — ξύλον

ἦεν. ſurdus mutusque omnique ſenſu privatus eſſe videbatur. Cf. not. ad *Apollonii* Ep. in *Callimach.* T. II. P. III. p. 47. *Clemens Alex.* p. 4. 19. λίθοι δὲ καὶ ξύλα οἱ ἄφρονες, πρὸς δὲ καὶ λίθων ἀναισθητότερος ἄνθρωπος ἀγνοίᾳ βεβαπτισμένος. — V. 2. ἀείρας. In fabul. Aeſop. θυμωθεὶς ἄρας αὐτὸν τῶν σκελῶν, ἔῤῥιψεν αὐτὸν εἰς τὸ ἔδαφος. — τῆς κεφαλῆς κλασθείσης, χρυσὸς ἔῤῥευσεν ὅτι πλεῖστος.

CDLXXI. Plan. p. 329. St. 468. W. De ſenſu vide *Palladae* Ep. XCV. cujus poëtae fortaſſe etiam hoc eſt diſtichon. — V. 2. κολάσει. ipſi amori, mortalibus in poenam, in perniciem dato.

CDLXXII. Vat. C. p. 464. Plan. p. 356. St. 495. W. Cauſa et origo thermarum explicatur; cavernas eſſe in terrae viſceribus, quae flammas nutriant; inde vapores ſurgere eosdemque conſtipatos et in aquam mutatos erumpere. — V. 2. φλεξίν. Vat. — κευφίμεν. Vulg. — V. 3. ἔνερθεν. Vat. Plan.

CDLXXIII. Vat. C. p. 258. ſq. Planud. p. 207. St. 301. W. Hoc et quinque ſequentia Epigrammata ſcripta ſunt in latronem, qui hominem, a ſe occiſum, ſepeliebat. Cf. Ep. *Simonidis* LIX. *Julian. Aeg.* XLVIII. — V. 2. Talis tibi quoque ſepultura contingat. ὄνασο in obteſtationibus illuſtrat *Def. Herald.* An. ad *Martial.* V. 6. p. 98. *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 316. ſq.

CDLXXIV. Vat. C. p. 259. Plan. p. 207. St. 301. W. — V. 1. οἰκτείρμονι. Ald. 1. 2. 3. — V. 4. παρέχοις Vat. C. a man. ſec.

¶. 252.] *CDLXXV.* Vat. C. p. 252. Plan. p. 206. St. 300. W. — V. 1. φόνον. hominem, quem clandeſtina caede peremerat. Niſi forte fuit: κρύπτων φόνον.

CDLXXVI. Vat. C. p. 259. Plan. p. 207. St. 301. W. Tanquam ineditum et *Simonidis* protulit hoc diſtichon *Reisk.* in Anth. nr. 591. p. 81. quem Apographum interpolatum in errorem induxit. — V. 1. κἠν. Vulgo. — V. 2. ὄμμα Δίκης. *Incertus* ap. *Stobae.*

Ecl. T. VII. p. 111. Ὁ τῆς Δίκης ὀφθαλμὸς ὡς δι' ἠθόχου λεύσσων προσώπου, πάνθ' ὁμοῦ καὶ βλέπει. Alius ap. *Plutarch.* T. II. p. 1124. F. ἐστὶν Δίκης ὀφθαλμὸς, ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ. Cf. *Wyttenb.* ad *Plutarch.* de S. N. V. p. 18. ſq.

CDLXXVII. Vat. C. p. 259. Plan. p. 207. St. 301. W. — V. 1. „εἶτά μ' ἔθαπτες. Male in Planudea εἶτά με θάπτῃ. In membr. θάπτεις " *Br.*

CDLXXVIII. Vat. C. p. 259. Plan. l. c. — V. 2. οὐ πάθῃς. Vat.

CDLXXIX. Ex *Pauſania* L. X. 12. p. 827. relatum in Append. Plan. p. 509. St. *15. W. in *Bonadae* Anth. p. 410. Herophiles Sibyllae partes erant in Trojanis fabulis. Tradebatur enim Apollinis Sminthei fuiſſe ſacerdos et Hecubae explicaſſe illud ſomnium, quo facem ardentem parere viſa erat. Oſtendebatur ejus ſepulcrum in Apollinis luco, cum cippo, cui hoc Epigramma inſculptum. Vide quae cum de aliis Sibyllis, tum de Herophile noſtra disputavit *Fabric.* in Bibl. Gr. T. I. c. XXIX. ill. *Heynius* ad *Tibull.* II. El. V. 19. et ad *Virgil.* Aen. VI. Excurſ. — V. 5. A *Pauſania* docemur, juxta Sibyllae tumulum ſtetiſſe Hermam, a dextra autem parte fontem ernpiſſe, ad quem Nympharum ſimulacra erant poſita. — V. 6. „Male, ut opinor, ap. Pauſaniam et inde in Anthologiae Append. Ἐκάτῳ ſcriptum. Caſus eſt patrius doricus τῆς ἀνακτορίης τοῦ Ἀπόλλωνος." *Br.* *Strabo* XIII. p. 618. Ἕκατος γὰρ ὁ Ἀπόλλων· παρὰ πᾶσιν γὰρ τὴν παραλίαν ταύτην ὁ Ἀπόλλων ἐντετίμηται μέχρι Τενέδου, Σμινθεὺς ἢ Κιλλαῖος καλούμενος, ἢ Γρυνεὺς ἢ τινα ἄλλην ἐπωνυμίαν ἔχων.

CDLXXX. Ex *Euſtathio* in Homer. Ιλ. p. 1222. ed. Baſ. (1163. Rom.) Laudavit de Lino disputans *Fabric.* Bibl. Gr. T. I. p. 112. — V. 2. πρώτῳ μέλος. *Dionyſius* ap. *Diodor. Sic.* III. 66. p. 236. narrat, παρ' Ἕλλησι πρῶτον εὑρετὴν γενέσθαι Λῖνον ῥυθμῶν καὶ μέλους, eun-

demque ἐπὶ ποιητικῇ καὶ μελῳδίᾳ θαυμασθῆναι. *Suidas* in Αἶνος· λέγεται — καὶ τῆς λυρικῆς μέσης πρῶτος γενέσθαι ἡγεμών. Cf. *Jac. Nic. Loenſis* in Miſc. Epiph. X. 3. ubi veterum de Lino loca collecta leguntur. Ad illud rhythmi inventum referenda ſunt etiam verba ἐν ποδὶ διξιτερῷ. — V. 3. Μεῦσαι. Cf. *Heſiodum* ap. *Euſtath.* l. c. Pamphi, antiquiſſimi poëtae, threnum de Lino laudat *Pauſan.* IX. 29. p. 767.

¶. 253.] *CDLXXXI.* Vat. C. p. 304. *Plan.* p. 270. St. 389. W. ubi ἡ δὲ Α. legitur. ὧδε Vat. C. et *Diogen. Laërt.* qui hoc carmen laudat in Prooem. §. 4. p. 4. *Bonada* Anthol. p. 395. Uraniae filius dicebatur Linus ap. *Heſiod.* Fragm. p. 328. Οὐρανίῃ δ' ἄρ' ἔτικτε Λίνον περικυδέατον υἱέα. *Hygin.* Fab. CLXI. Cf. *Menag.* ad *Diogen.* p. 5. Ejus cineres Philippus, Amyntae fil., Thebis in Macedoniam translatos, ſomnio monitus, Thebanis reſtituiſſe narratur. *Pauſan.* L. IX. 29. p. 767.

CDLXXXII. Vat. C. p. 209. Plan. p. 270. St. 389. W. Elegans Epigramma. — V. 2. Βιστονίδες. Threſſae mulieres, cum eas Orpheum laceraſſe poenituiſſet, ploraverunt eum et brachia ſibi, in poenam patrati facinoris, vulnerarunt. Similia memorat *Phanocles* in Eleg. ap. *Stobae.* LXII. p. 399. qui tamen mulieres illas non ſe ipſas punxiſſe, ſed ita a maritis ſuis adfectas eſſe tradit: — ὡς ἐδάησαν ἔργα γυναικῶν Ἄγρια, καὶ πάντας δεινὰν ἐςῆλθεν ἄχος, Ἃς ἀλόχους ἔστιζον. Vide Animadvſſ. T. I. P. II. p. 227. Poſtea apud Thracas nobilitatis ſignum τὸ ἐστίχθαι. *Weſſel.* ad *Herodot.* V. p. 374. 65. — V. 6. δενόμεναι. immundo ſpargentes pulvere crines, quod in luctu ſolebat fieri. Cf. *Heynium* ad *Virgil.* Aen. XII. 611. *Doering.* ad *Catull.* LXIV. 224. — V. 5. καὶ αὗται. Vat καὶ δ' αὖται. Plan. Perperam *Brodaeus* στοναχεῦντι vertit *ſuſpirant*, cum potius cum Λυκίῳ jungendum ſit. — V. 7. ἐπ' ὠδύραντο et τὸ πρίν. Vat. — V. 8. ἔθελγε. An fuit ἔθελξε?

CDLXXXIII. Vat. C. p. 304. Plan. p. 270. St. 389. W. *Bonada* Anth. p. 396. Secundum *Diogen. Laërt.* Prooem. §. 5. inſculptum fuit hoc diſtichon Orphei tumulo ἐν Δίῳ τῆς Μακηδονίας. Hinc emendandus *Conſtantinus Lascaris*, cujus Περιλειφθέντα τοῦ σοφοῦ Ὀρφέως ex Codice Taurinenſi exhibentur in Marmoribus Taurin. T. I. p. 96. ἄλλοι δὲ αὐτὸν κεραυνοθεῖναι (ſcr. κεραυνωθῆναι) φασὶ παρὰ τοῦ Διὸς περικατῆντα, ὡς δηλοῖ τὸ Κνιδίου (l. τὸ ἐν Δίῳ) τῆς Μακεδονίας ἐπίγραμμα ἡρωελεγεῖον· Θρῄκα χρυσ. κ. τ. λ. Orpheus a nonnullis Jovis fulmine percuſſus eſſe ferebatur. Εἰσὶ δὲ οἳ φασι κεραυνωθέντι ὑπὸ τοῦ θεοῦ συμβῆναι τὴν τελευτὴν Ὀρφεῖ. κεραυνωθῆναι δὲ αὐτὸν τῶν λόγων εἵνεκα, ὧν ἐδίδασκεν ἐν τοῖς μυστηρίοις οὐ πρότερον ἀκηκοότας ἀνθρώπους. *Pauſan.* IX. 30. p. 768.

CDLXXXIV. Ex *Alcidamantis* Declamatione κατὰ Παλαμήδους προδοσίας. Orator. Gr. ed. *Reisk.* T. VIII. p. 75. γράμματα μὲν δὴ πρῶτος Ὀρφεὺς ἐξήνεγκε παρὰ Μουσῶν μαθών, ὡς καὶ τὰ ἐπὶ τῷ μνήματι αὐτοῦ δηλοῖ ἐπιγράμματα. Μουσάων κ. τ. λ. — V. 3. Vulgo non Orpheus, ſed Linus Herculis praeceptor fuiſſe traditur.

CDLXXXV. Vat. C. p. 304. Plan. p. 270. St. 389. W. *Diogen. Laërt.* Prooem. §. 3. *Schol. Ariſtoph.* in Ran. 1065. *Bonada* Anth. p. 395. Phaletis (vide *L. Holſten.* in Steph. Byz. p. 339.) ſepultus erat *Muſaeus* ſecundum hoc diſtichon. *Pauſanias* eundem in colle, e regione acropolis, humatum eſſe tradit L. I. 25. p. 61.

CDLXXXVI. Plan. p. 366. St. 505. W. Hoc diſtichon habendum eſt pro diverſa lectione Epigr. *Antipatri Sidon.* XLIV. Alia etiam lectio eſt ap. *Gellium* III. N. A. 11. Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσι περὶ ῥίζαν Ὁμήρου· Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφών, Σαλαμίν, Ἴος, Ἄργος, Ἀθῆναι. *Jan. Gebhardus* in Antiqq. Lectt. L. II. 23. tradit, in Palatino Cod. legi Ἑπτὰ πόλεις ἐρίζουσι κλυτοῦ περὶ ῥίζαν Ὁ. et ipſe

ἐρέουσι corrigit, improbante *Allatio* de Vita Hom. p. 117.

¶ 254.] *CDLXXXVII.* Plan. p. 365. St. 504. W. Vanum esse urbium Graecarum de Homero certamen. Illum nullius urbis civem esse, sed a Musis coelitus demissum mortalibus praeclara attulisse munera. Expressum ex *Antip. Sidon.* Ep. XLV. — V. 2. „τρυφερῆς. *delicatae, luxui deditae.* Male vulgo τραφερῆς.“ *Br.* In certissimam hanc emendationem incidit criticus, raro εὔστοχος, *Spanhemius*, de Usu et Praest. Num. T. I. p. 628. nec aliter legendum putavit *Grotius*, cum verteret: *Non Colophon molli fidus in Ionia. Molles laudentur Iones*, *Martial.* Lib. de Spect. Ep. I. *Hesych.* Ἰωνικόν, τρυφερόν, ἢ ἐπὶ τοῦ κατεαγότος ἢ θηλυκοῦ. *Aristoph.* Thesm. v. 170. ἐμιτροφόρουν καὶ διεκινοῦντ' Ἰωνικῶς. *Schol.* ἁβρῶς θηλυκῶς καὶ μαλακῶς. Iones τρυφεραμπίχονες appellantur ab *Antiphane* ap. *Athen.* L. XII. p. 526. D. et ibidem: Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ ἡδονῆς, καὶ διὰ καὶ τοὺς Ἴωνας φησὶ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς τρυφῆς, ἔτι καὶ νῦν ἡ χρυσῆ παροιμία διαμεμένηκε. *Poëta* ap. Eund. L. XII. p. 524. F. τί γὰρ ἡ τρυφερὰ καὶ καλλιτράπεζος Ἰωνίας εἶφ' ὅ, τι πράσσει; Ionum mores luxu diffluentium in eorum musica conspici putabantur; unde *Pratinas* ap. *Athen.* L. XIV. p. 624. F. Μὴ σύντονον δίωκε μήτ' ἀνειμένην Ἰαστὶ Μοῦσαν. quae est optima *Toupii* emendatio ad Suidam. Ep. crit. p. 52. Ibid. p. 625. C. τὰ δὲ τῶν νῦν Ἰώνων ἤδη τρυφερώτερα, καὶ πολὺ παραλλάττον τὸ τῆς ἁρμονίας ἦθος. — V. 7. ἀπ' αἰθέρος. ad coelum idem rediisse existimabatur. Hinc *Philostratus* II. Imag. XXXV. p. 860. nefas esse ait, dubitare de iis, quae Homerus de Horis tradiderit: εἰκὸς γάρ που αὐτὸν ξυγγενέσθαι ταῖς Ὥραις, ὅτε τὸν αἰθέρα ἔλαχε. — V. 8. „Recte Planudeae duo codd. φέροι. editi φέρῃ.“ *Br.* Hic locus obversabatur fortasse *Sannazario* L. III. Epigr. *Smyrna, Rhodos, Co-*

lophon, Salamis, Chios, Argos, Athenae Cedite! Jam coelum patria Maeonidae eſt.

CDLXXXVIII. Plan. p. 366. St. 505. W. Homerus veram ſuam patriam indicare recuſat, ne reliquas urbes ſibi infeſtas habeat. — V. 1. τί δαί. Vulgo. — V. 5. τίνος ἦ βα. Vulg. Similem cauſam, cur Homerus patriam ſuam non indicaverit, affert *Philoſtrat.* Heroic. c. XVIII. p. 728. ἵνα αἱ σπουδαῖαι τῶν πόλεων πολίτην αὐτὸν σφῶν ποιοῖντο. *Heliodor.* L. III. 14. p. 201. de eodem: τί δὲ σκοπῶν — ἀσιώπα τὴν ἐνεγκοῦσαν; — ἢ καὶ τοῦτο σοφίᾳ ἐργαζόμενος, ᾗπερ τοῦ τὴν οὖσαν ἀποκρύπτειν πᾶσαν ἑαυτῷ πόλιν πατρίδα μνώμενος.

CDLXXXIX Plan. p. 365. St. 504. W. — V. 3. Fueruntne jam tum, qui, cujus auctoris ſit Ilias et Odyſſea, ignorare ſe fatererentur? an verba, οὐκ ὄνομ' εὑρίσκω σαφές, ad diverſa illa nomina referenda, quibus antiquitas Homerum appellatum fuiſſe narrat? Initio eum Meleſigenem fuiſſe dictum, *Pſeudo-Herodotus* tradit p. 748. Homeri autem nomen accepiſſe, cum oculorum lumine privatus eſſet. V. *Heſychius* in Ὁμήρους. Aliam, ſed prorſus ineptam cauſam affert *Heliodor.* L. III. 14. p. 200. — οὐράνιε. Jam, o Jupiter, adducor, ut credam, tuorum carminum laudem Homero tribui. Novum hoc et alibi vix obvium, quod Jupiter carmina edidiſſe eaque cum poëtis communicaſſe dicitur. Voluit noſter augere id, quod paſſim de nobilibus dicitur poëmatis, ea digna eſſe, quae ad Jovis ſolium adſcendant (*Theocrit.* Eid. VII. 93.) Jovisque auribus accipiantur (*Horat.* I. Epiſt. XIX. 43.). Probabilius Ep. CDXCVIII. ἔστι δὲ Μουσέων, οὐκ ἐμὸν οὐδὲν ἔπος.

CDXC. Plan. p. 365. St. 504. W. — V. 3. Scribendum puto:

ἦ τὸ μὲν ἐστ' ἄγνωστον.

quod ſuavius vulgato ad aures accidit. — ὁ δ' ἀθανάτοις. Obſcuriorum horum verborum, quae *Bro-*

daeus ne attigit quidem, ſenſus videtur eſſe hic: Homerum inter Deos receptum, coeleſtibus donis contentum, terreſtria, quae haberet, patriam ſcil. et genus, Muſis legaviſſe, unde factum, ut eorum notitia ex mortalibus evanuerit. Hoc verius videtur, quam quod *Huetius* notavit p. 34.: „Nam Homero patre natas Muſas eſſe dicas.“ *Grotius* vertit:

An latet hoc? ſed par divis coeleſtibus heros
Legavit Muſis et genus et patriam.

¶. 255.] *CDXCI.* Plan. p. 365. St. 504. W. — V. 3. κούρας. Vide not. ad *Antiphili* Ep. XI. T. II. P. II. p. 45. et ad *Dioscorid.* Ep. XXV. T. I. P. II. p. 392.

CDXCII. Plan. p. 366. St. 505. W. Tria hoc Epigrammate carmina tribuuntur Homero, Ilias, οἱ Νόστοι, et Odyſſea. Nam de Νόστοις intelligenda ſunt verba Ἀχαιῶν στρομβηδὸν νηῶν σύγχυσιν ἐν πελάγει. (cf. *Eurip.* Troad. v. 72. ſqq.) in quorum verborum interpretatione fluctuat *Brodaeus*, quo referenda ſint, non videns. De Νόστοις Homero tribuitis cf. *Fabric.* Bibl. Gr. T. I. p. 384. — εἰς αἰῶνας καὶ ἐξ αἰῶνος. *Sext. Empir.* adv. Phyſ. I. 62. ἡ δέ γε τῶν θεῶν ἔννοια καὶ ἐξ αἰῶνος ἦν καὶ εἰς αἰῶνας διαμένει.

CDXCIII. Plan. p. 366. St. 505. W. Εἰ θεός ἐστιν Ὅμηρος. De apotheoſi Homeri omnia nota. Solet autem *Deus* appellari. *Hermeſianax* in Eleg. v. 28. θεῖον πάντων δαίμονα μουσοπόλων. *Columella* L. I. *Praef.* 30. *Nec parens eloquentiae Deus ille Maeonius.*

CDXCIV. Plan. p. 366. St. 505. W.

CDXCV. Plan. ibid. — V. 2. θάλαττα. Vulgo. Pro μάχην ſchedae Krohn. inepte νόστον. — V. 5. Vitioſe in Ed. Lipſ. οὐνανὸν exſcriptum pro οὐρανόν.

¶. 256.] *CDXCVI.* Plan. p. 367. St. 506. W. Reliquas urbes Ilii gloriae invidere frigida hyperbole ex-

primitur: Dum tu, Homere, urbem flammis devastatam canis, effecisti, ut urbes calamitati Trojae invideant, et se ipsas, simili modo illustres, quam incolumes et florentes esse malint. — ἀφιέναι cum infinitivo junctum *permittendi*, *remittendi* significationem habet. *Eurip.* Med. 373. τήνδ' ἀφῆκεν ἡμέραν Μεῖναί μέ. Ejusd. Heracl. v. 810. ἐμοὶ τιμὰς πατρῴους καὶ δόμους ἔχειν Ἄφες.

CDXCVII. Ex Hesiodi et Homeri certamine p. 16. (Hesiod. p. 495. ed. Lips.) relatum in Append. Planud. p. 509. St. 15. W. Scriptum in Homeri imaginem, ab Argivis ipsi dedicatam. — V. 4. ἤρειψαν. *Eustath.* Il. o. 356. καιρία δὲ λέξις ποιητοῖς τὸ ἐρείπειν, ὃ ἐστι καταβάλλειν. Cf. *Lennep.* ad *Phalar.* p. 18. — V. 4. ποινῆς. Vulgo.

CDXCVIII. Hoc et sequens Epigramma insculptum fuit Hermae, cui Homeri caput olim fuit impositum. Edidit *Falkenburg.* in Not. ad Nonni Dion. p. 1331. *Leo Allat.* de Patria Homeri p. 21. *Gruter* in Inscript. p. 419. *Fleetwood* in Sylloge Inscr. p. 173. *Bonada* in Anth. T. I. p. 404. *Hagenb.* Epist. Epigr. p. 152. *Smetius* in Auctar. Inscr. p. 58. Cf. not. ad *Antip. Sidon.* Ep. LXVIII. T. II. P. I. p. 62. Ab Aeliano quodam hunc Hermam esse politum ex v. 2. colligi potest. — V. 3. πατρὶς ἐμοὶ χθὼν πᾶσα. Sic *Heliodor.* L. III. 201. Ὁμῆρος, ὦ φίλος, ὑπ' ἄλλων μὲν ἄλλοθεν ὀνομάζεσθω· καὶ πατρὶς ἔστω τῷ σεφῷ πᾶσα πόλις· ἦν δὲ εἰς ἀλήθειαν ἡμεδαπὸς Αἰγύπτιος. Nostrum aut simile Epigramma obversatum esse videtur *Sophistae*, qui sub *Phalaridis* persona de Stesichoro scripsit p. 270. λογίσασθε δέ, ὡς, ἔτοι ποτ' ἂν ταφῇ Στησίχορος, Ἱμεραῖός ἐστι· καὶ πάσης μὲν πατρίδος κληθήσεται διὰ τὴν ἀρετήν, μενεῖ δὲ ὑμέτερος.

CDXCIX. Incertum quidem esse, poëta ait, Homerus utrum Deus an mortalis fuerit, maluisse tamen homines eum vocare hominem et suum. — V. 2.

νῆμ' ἀνέκλωσαν. *retexere fila* de Parcis dixit *Ovid.* X. Met. 31. *Eurydices, oro, properata retexite fila. Lucan.* VI. 705. *repetita Sororum fila. Statius* VII. Theb. 774. *Immites ſcis nulla revolvere Parcas Stamina.* Cf. *N. Heinſ.* ad *Ovid.* II. Metam. 654. cujus exemplis nonnulla addidit *Burmann.* ad *Propert.* IV. 7. 51. p. 840. — V. 3. ἦσθα, *es ke. Fleetw.* et ſic in reliquis literas propter hiatum ſublatas reſtituit.

D. Vat. C. p. 208. Plan. p. 268. St. 387. W. Hoc diſtichon Homeri ſepulcro inſculptum fuiſſe tradit *Pſeudo-Herodot.* p. 760. 83. qui κάλυψεν habet ex Ιλ. ξ. 114. ὃν Θήβησι χυτὴ κατὰ γαῖα κάλυψε. Legitur praeterea ap. *Plutarch.* in Vitis Homeri. In *Certamine* Homeri et Heſiodi ſub fin. Ap. *Suidam* v. Ὁμήρος. *Leon. Allat.* Vit. Hom. p. 28. *Gruteri* Inſcriptt. p. 1129. — V. 1. ἐνθάδε, in inſula Io, ubi Homerum ſepultum eſſe volunt. Priorem hunc verſum plures ſibi arrogarunt. Ap. *Murator.* p. DCLXXI. nr. 2. Ἐνθάδε τὴν ἱερὰν κεφαλὴν κατὰ γαῖα καλύπτει, Ἀνδρῶν ἡρώων κοσμήτορα θεῖον, Ἀλιβιάδην, Αὐρηλ. κ. τ. λ. Cf. *Gruter.* p. 1043. 1. quae comparavit *Leichius* in N. Miſc. Lipſ. I. p. 472. Item ap. *Gruter.* p. 1129. nr. 11. ubi legendum: ὃς περὶ μὲν γόον ἔσκε βροτῶν. pro μενοινᾶν.

¶. 257.] *DI.* Var. C. p. 208. Plan. p. 269. St. 388. W. Inter plurimos alios Aegyptios quoque Homerum ſibi arrogaſſe, ſatis conſtat; quin *Clemens Alex.* Strom. I. p. 355. τοὺς πλείστους eum Aegyptium dixiſſe tradit. Cf. *Heliodor.* L. III. 14. — V. 1. ὃς omiſit Vat. — Hoc diſtichon in nonnullis Codd. *Antipatro Sidonio* tribui monuit *Leo Allat.* de Vit. Hom. p. 46.

DII. Vat. Cod. p. 215. cum lemmate: Δημιουργοῦ. Plan. p. 270. St. 389. W.

DIII. Vat. C. p. 386. Plan. p. 93. St. 136. W. Collectioni carminum Archilochi inſcriptum eſſe videtur. — V. 2. ἰὸς. Archilochi *pus atque venenum.* ἰάμβων

φλέγμα ἄγριον dixit *Julian. Aegypt.* Ep. IX. *Gaetul.* Ep. VI. ὃς ποτε πικρὴν Μοῦσαν ἐχιδνείῳ πρῶτος ἔβαψε χόλῳ. — ἐπεσβολίη, vocabulum Homericum, quod illuſtravit *Clark.* ad *Homer.* Od. Δ. 159. Cf. Ep. CCCCLVI.

DIV. Vat. Cod. p. 220. Plan. p. 285.^{b} St. 421. W. Anth. *Bonadae* p. 396. *Diogen. Laërt.* I. 34. p. 21. ubi Thaletis de Aſtronomia merita recenſentur. Quin veteres ei Opus de Aſtrologia tribuebant, ſecundum *Plutarch.* T. II. p. 402. et *Simplicium* ad *Ariſtotel.* Phyſic. L. I. init. — V. 2. κατεολόγων. Vat. Plan. Exquiſitior eſt lectio *Diogenis.* — σοφίῃ. Vat. — De forma θαλῆν vide *Suidam* et *Menag* p. 20.

DV. Vat. C. p. 220. Plan. p. 285.^{b} 421. W. *Diogen. Laërt.* L. I. 39. p. 24. *Bonada* p. 396. — V. 1. In membr. ἢ ὀλίγον τόδε σῆμα. Nec aliter *Diogenes.* Hoc probabat *Salmaſius* in not. ined. In antiq. Plan. edd. ἢ β' ὀλίγον τὸ σῆμα, omiſſo γε. quam omiſſionem notavit etiam *Schol.* in Wechel. — V. 2. τοῦ πολυφρονεστάτου. Vat. Plan. Doricam terminationem et τοῦτα (pro vulgato τοῦδε) ex *Diogene* aſſumſit cl. editor. τοῦτο eſt etiam in Vat. C. — ἔχει. quae eſt genuina terminatio dialecti doricae. *Caſaubonus* ſine neceſſitate ἔχῃς legebat.

DVI. Bis habetur in Vat. C. Altero loco p. 220. ſic legitur:

Τὴν ἄδικον παύσασα ὕβριν ποτε ἥδε Σόλωνα,
τόνδε τ' ἔχει Σαλαμὶς θεσμοθέτην ἱερόν.

ubi manifeſta eſt interpolatio particulae ποτε, quam omiſſum Μήδων progenuit. Hoc ſi reſtitueris, lectionem habebis vulgatae praeferendam:

Τὴν Μήδων ἄδικον παύσασ' ὕβριν ἥδε Σόλωνα
τόνδ' ἐπέχει Σαλαμὶς θεσμοθέτην ἱερόν.

Solon Salamine ſepultus erat ſecundum *Diogenem* p. 39. *ἐτελεύτησε δ' ἐν Κύπρῳ — ἐπισκήψας τοῖς ἰδίοις τὸν νεκρὸν ἀποκομίσαι αὐτοῦ τὰ ὀστᾶ εἰς Σαλαμῖνα.* Cf. *Plutarch.* in Vit. Solon. p. 97. A. Recte vero *ἐπέχει*. *Meleager* Ep. CXXI. *παιμμήτος γῆ, χαῖρε, σὺ τὸν πάρος οὐ βαρὺν εἰς σὲ Αἰσιγένην καὐτὴ νῦν ἐπέχουσ' ἀβαρής.* Ep. ἀδέσπ. DCLVII. *εἷς δ' ἀδελφειοὺς ἐπέχει τάφος.* — In iisdem membr. p. 458. hoc diſtichon ſic habetur, ut eſt ap. *Diogen.* niſi quod v. 2. *Σαλμὶς* vitioſe ſcriptum. — In vett. Diog. edd. *τέκνοι* habetur, quod *Caſaub.* in *τεκνοῖ* mutavit. Sic quoque Vat. C. — Ex *Diogene Laert.* I. 39. p. 24. relatum in Append. Plan. p. 538. St. 14. W.

DVII. Vat. C. p. 458. *Diogen. Laërt.* I. 73. p. 45. Append. Plan. p. 538. St. 14. W. *Bonada* p. 397. — V. 1. *δορικτέφανος*. Vat. C. quod verum. Significatur urbs, quae bello et fortitudine gloriam nacta eſt. — *Χείλωνα φόρτυσεν*. Vat. — V. 2. *σοφίᾳ*. Vat.

¶. 258.] *DVIII. Diogen. Laert.* I. 41. p. 25. Append. Plan. p. 538. St. 14. W. Multi hoc dictum Chiloni tribuerunt. Sed cum inſigni diverſitate hoc Epigramma habetur ap *Schol. Euripid* in Hippol. 264. *καὶ μάρτυρες ἔσονται οἱ σοφοί, εἴ που ἐνὸς τῶν Ζ σοφῶν ἐστιν ἀπόφθεγμα τὸ μηδὲν ἄγαν, ὅπερ Χίλωνι ἀνατιθέασιν, ὡς Κριτίας καὶ Πίνδαρος· οἱ δὲ Σωδάμῳ, ὡς τὸ ἐν Τεγέᾳ Ἐπίγραμμα δηλοῖ·*

Ταῦτ' ἔλεγεν Σώδαμος Ἐτεοκράτου, ὃς μ' ἀνέθηκεν·
Μηδὲν ἄγαν. καιρῷ πάντα πρόσεστι καλά.

DIX. Vat. C. p. 221. *Diogen Laërt.* L. I. §. 5. p. 53. Plan. p. 286. b. St. 422. W. *Eudocia* in Viol. p. 94. *Bonada* p. 398. — V. 1. *κλεινοῖς ἐν δαπέδοις*. Vat. *κλεινοῖς*. Plan. *κλεινῆς*. *Diog. Eudoc.* — *Πρηνάμυς*. Vat.

DX. Vat. C. p. 304. *Diogen. Laërt.* I. 93. p. 58. Append. Planud. p. 538. St. 14. W. *Bonada* p. 398.

DXI. Vat. C. p. 304. *Diogen. Laërt.* I. 97. p. 60. *Bonada* p. 399. — »Ap. Diogenem male v. 2. ἀγχιάλοις γῦ legitur.« *Br.* Sic quoque Vat. C. ubi v. 1. σοφίας. Scribendum:

κόλποις ἀγχίαλος γῦ Περίανδρον ἔχει.

Terra defunctos dicitur in ſinu, ἐν κόλποις, tenere. Cf. ad Ep. DXLIV. — σοφίης πρύτανιν. Epigr. ἀδεσπ. DXXXIII. Herodotus Ἰάδος ἀρχαίης ἰατορίης πρύτανιν. *Simonides* Ep. LXXXVIII. Δητοΐδης ἀγορῆς καλλιχόρου πρύτανις. *Gregor. Theol.* Ep. LXXIV. in *Murator.* Anecd. p. 71. ἡίθεην σοφίης ἀμφατέρης πρύτανιν. Plura dedit cl. *Ilgen* ad Hymn. Homer. p. 215. *Matthiae* ad eosdem p. 123. ποιμὴν eodem ſenſu uſurpavit *Timon* in Sillis ap. *Diogen. Laërt.* IX. p. 51. οἷον Δημόκριτόν τε περίφρονα, ποιμένα μύθων. In antiqua Inſcr. ap. *Beger.* Theſ. Brand. T. III. p. 261. Priapus ὁ τῆς γενέσεως ποιμήν. Alia dabit *Abreſch.* ad *Aeſchyl.* L. III. p. 9. et cl. *Heinrich* in Obſervatt. I. p. 33. Idem uſus obtinuit in ἡνίοχος, quod illuſtratum dedimus in Animadvſſ. in Euripid. p. 308. et in ἡγεμών, ut ap. *Themiſt.* Or. XIII. p. 173. A. τῆς παλαιᾶς Ῥωμαίων σοφίας, ἧς ὁ πάνσοφος Τύλλιος ἡγεμών. Sic ſupplendus videtur hic locus, ubi vulgo relativum deeſt.

DXII. Vat. C. p. 221. *Diogen Laërt.* L. I. 120. p. 76. Append. Plan. p. 538. St. 14. W. — V. 1. σοφίης τέλος, ſe ad ſummum ſapientiae faſtigium perveniſſe gloriatur Pherecydes. Hic ſenſus, a quo aberravit *Menagius*, qui τέλος eo retulit, quod inter ſeptem ſapientes Pherecydes fuerit recentiſſimus. *Julian.* IV. Orat. p. 157. C. ἐντυχὼν ταῖς παρὰ τοῦ θείου γενομέναις Ἰαμβλίχου περὶ τῶν αὐτῶν τούτων συγγράμμασι, τὸ τέλος ἐκεῖθεν τῆς ἀνθρωπίνης εὑρήσεις σοφίας. *Parrhaſ.* Fr. III. φημὶ τέχνης εὑρῆσθαι τέρμα. Vide *Elsnerum* in Obſſ. Sacr. p. 50. ſq. — ἦν δέ τι. Nihil opus cum *Menagio* ἦν δ' ὅτι ſcribi.

Quod si Pythagoras, discipulus meus, ulterius progressus est, is omnium Graecorum princeps sit, necesse est. Hunc verum horum versuum sensum esse puto. Aliter distinxit et explicavit *Grotius*:

> *Consummata in me sapientia: visne aliud quid? Pythagorae dic ergo meo, longe omnibus ipsum Grajugenis praestare; nihil mentitus in hoc sum.*

— V. 3. ἐστὶν ἐ. Vat. C. a pr. man.

DXIII. Vat. C. p. 224. sejunctim habet primum distichon cum lemm. Εἰς Πυθαγόραν. Deinde sequuntur reliqua duo distichia: Εἰς τὸν αὐτόν. Ξενοφάνους. Junctim leguntur in Plan. p. 119. St. 172. W. ubi *Brodaeus* notavit, prius distichon nihil commune habere cum sequente tetrasticho. „Duo ultima distichia sunt Xenophanis physici et poëtae, qui circa Ol. LX. floruit, e cujus elegia laudantur Diogeni Laërtio p. 519. et Suidae. His primum distichon aliunde petitum assutum videtur, cujus incertus auctor est. Citatur quidem ex Apollodoro a Plutarcho et Athenaeo; sed ipsius Apollodori non est.“ *Br. Athenae.* L. X. p. 418. F. Pythagoram non omnino ab animantibus abstinuisse, ex Aristoxeno docet; tum haec addit: Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ μαθηματικὸς καὶ θῦσαι φησὶν αὐτὸν ἑκατόμβην, ἐπὶ τῷ εὑρημένας, ὅτι τετγώνου ὀρθογωνίου ἡ τὴν ὀρθὴν γωνίαν ὑποτείνουσα ἴσον δύναται ταῖς περιεχούσαις. Apollodorum mathematicum Pythagorae theorema tam imperite exposuisse, non est credibile; *Athenaei* haec culpa est, melioris grammatici quam mathematici. Fere eadem habet *Diogen. Laërt.* VIII. 12. p. 497. sq. Adde *Plutarch.* T. II. p. 1094. B. De variis auctoribus, quibus nobile illud theorema ab antiquis tribuitur, agens *Hadrian. Junius* V. Animadv. IX. nostrum quoque Epigramma attigit. — V. 1. γνώσε. Vat. C. et antiquae *Diogenis* edd. — In iisdem

membr. εὕρετο, adſtipulante *Plutarcho*, ubi v. 2. κεῖνο ἀφ' ὧ habetur. — κλεινήν. Ed. Flor. pr. Ald. 1. Ex Lect. Aldi in ſeqq. editiones κλειτὴν venit. — ἤγαγέ βουθυσίην. *Eurip.* Iphig. Aul. 135. ἦγες σφάγιον Δαναΐδες. Cf. *Verheyk* ad *Anton. Liber.* c. 40. p. 270. — V. 3. καί ποτε. Vat. C. ut exſtat ap. *Diogen. Laërt.* VIII. 36. p. 519. et ap. *Suidam* in Ξενοφάνης, qui *Diogenem* exſcripſit. — Ridet *Xenophanes* Pythagorae de metempſychoſi opinionem, narrans, eum, audita voce vapulantis canis, prohibuiſſe verberantem, quominus pergeret, cauſam praetexentem, quod amici cujusdam vocem agnoverit. — V. 4. ἐπιγνῶναι. Vat. — V. 5. ἐκεινήν. Ald. 1. reliquae ἐκείνην.

¶. 259.] *DXIV.* Vat. C. in primis pagg. poſt titulum. Plan. p. 380. St. 518. W. Cf. *Juliani Aegypt.* Ep. XXXIV. Spectatur Pythagoreorum ἐχεμυθία. Archibium quendam Pythagoricum deſcribens *Alciphron* L. III. Ep. 55. τὸ στόμα ἐπιχειλὲς αὐτῷ τῷ πεπιέσθαι καὶ λίαν μεμυκέναι, τὴν ἐχεμυθίαν ὑποσημαίνων.

DXV. Vat. C. p. 221. *Diogen. Laërt.* II. 15. p. 88. unde relatum in Append. Plan. p. 538. St. 14. W. *Bonada* Anth. p. 399. *Aelian.* Var. Hiſt. VIII. 19. — ἐνθάδε πλ. Vat. Diog. — τέρματα. Vat. C. Laudatur Anaxagoras, quod in rerum coeleſtium contemplatione plurimum viderit.

DXVI. Vat. C. p. 225. Plan. p. 288. b. St. 425. W. *Diogen. Laërt.* L. IX. 18. p. 556. *Heſych Mileſ.* in Vir. Ill. p. 21. ed. *Meurſ.* Heraclitus imperitos opera ſua legere vetat. — V. 1. „τί με ὦ κάτω ἕλκετ' ἄμουσοι; *ad veſtrum vulgaremque ſenſum.* Sic *Brodaeus* imperite. *Quid me evolviſtis?* De modo, quo volumina lecturi evolvebant veteres, vide Salmaſium in Plinianis p. 278. quem jam ad Stratonis Ep. L. laudavi, et Iſaacum Voſſium ad Catullum p. 51. unde diſcendum

quid ſit umbilicus voluminis, quod ad ſequens carmen minus accurate exponit *Brodaeus.* « *Br.* — ὧν *Diog.* probante *Brodaeo.* At *Planudis* et *Heſychii* ὦ multo magis probandum. — V. 2. δ' ἔμ' ἐπ. Vat. — V. 3. εἷς ἐμοί. Quaedam huc pertinentia dedit *Menagius* p. 398. et *Lennep.* ad Phalar. p. 292. ubi haec ſunt Sophiſtae verba: εἷς γὰρ ἀνὴρ ἐμοὶ τοιοῦτος ἁπάσης ἐστὶ Σικελίας μέτρον. *Seneca* Ep. VII. Democritum dixiſſe ait: *Unus mihi pro populo eſt, et populus pro uno.* Hinc ductum illud *Antimachi* de Platone ap. *Ciceron.* Orat. 51. 4. *Plato enim mihi unus inſtar eſt omnium millium.* Et ipſius *Ciceronis* ad Attic. II. 5. *Cato ille noſter mihi unus eſt pro centum millibus.* — Caeterum Epigr. noſtri auctorem Heracliti dicta et ſermonem expreſſiſſe, nullus dubito. — V. 3. 4. laudat *Suid.* in ἀνάριθμοι. T. I. p. 178. — V. 4. ταῦτ' ᾄδω. vett. Diogen. edd. — Φερεφόνη Plan.

DXVII. Vat. C. p. 448. Plan. p. 119. St. 171. W. *Diogen. Laërt.* L. IX. 16. p. 557. *Heſych. Mileſ.* p. 21. — V. 1. εἵλεο. Vat. C. *Heſych.* εἵλεο. *Diogen.* — ἐπ' ὀμφαλόν. *Ad umbilicum perducere* eſt abſolvere, et de ſcriptoribus uſurpari ſolet, qui, opere abſoluto, baculum illum, umbilicis ornatum, membranae addunt, et quidem, ni fallor, ſuperiori ejus parti, ita ut legentes umbilicum manibus, inferiorem membranae partem, ubi libri finis, ſub mento tenerent (vide Animadvff. T. II. P. III. p. 95.), ea, quae legiſſent, ſubinde in agglutinato baculo convolventes. Hinc patet, loci noſtri ſenſum eſſe: Ne, quaeſo, Heracliti libros celeriter percurrite, raptim legentes, lectaque involventes; lenta enim et repetita lectione opus eſt. — V. 2. τὸ δ. ἀτρεμπτές. Vat. C. *Archimeli* Ep. II. de Euripide: Τὴν Εὐριπίδου μήτ' ἔχεο, μήτ' ἐπιβάλλου Δύσβατον ἀνθρώποις οἶμον, ἀοιδοθέτα. Λεία μὲν γὰρ ἰδεῖν καὶ ἐπίκροτος· εἰ δέ τις αὐτὴν Εἰςβαίνει, χαλκοῦ τραχυτέρη σκόλοπος. — V. 3. De Hera-

cliti obſcuritate omnia nota. Huc inprimis facit *Diogenes Laërt.* L. IX. 6. p. 551. qui eum opus περὶ φύσεως in Dianae templo depoſuiſſe narrat, ὡς μέν τινες, ἐπιτηδεύσας ἀσαφέστερον γράψαι, ὅπως οἱ δυνάμενοι προσίοιεν αὐτῷ καὶ μὴ ἐκ τοῦ ῥᾳδίους καταφρόνητον ᾖ. Cf. *Suidam* v. Δημόκριτος ὁ Ἀβδηρίτης, et *Potterum* ad *Clem. Alex.* Strom. V. p. 676. 4. — σκότος, *utque mei verſus aliquantum noctis habebunt. Ovid.* in Ibid. v. 63. — αἴνιγμα. φέγγος μὲν ξυνετοῖς, ἀξυνέτοις δ' ἔρεβος. *Alcaeus Meſſ.* Ep. XXI. ubi vide not. T. I. P. II. p. 364. — ἀλάμπετον. Vide *Brunck.* ad *Soph.* Oedip. Col. v. 1662. *Ilgen* ad Hymn. Homer. p. 582. *Matthiae* ibid. p. 458.

DXVIII. Vat. C. p. 216. Plan. p. 283.[b] St. 418. W. Cauſam ridendi Democrito fuiſſe ait auctor, quod omnia hominum ſtudia morte deſinerent. Quin ipſe Democritus, cum poſt tantam philoſophiae gloriam totque libros editos nunc terra obrutus jaceat, ridendus (γέλως), cum olim alios riſerit.

¶. 260.] *DXIX.* Vat. C. p. 386. Plan. p. 92. St. 134. W. Lyrici novem, quos Grammatici Alexandrini in ordinem redegerunt, enumerantur. Vid. *Ruhnken.* in Hiſt. Orat. Gr. p. XCV. — V. 1. ἱερὸν στόμα. Fere ſolemne *os Pindari*, de quo vide cl. *Krauſe* ad *Vellej. Pat.* L. I. 18. fin. et *Mitſcherl.* ad *Horat.* IV. Od. II. 8. — V. 3. γράμμα Ἀνακρεόντος. De hujus lectionis veritate non dubitaſſe videtur *Valckenar.* ad *Ammon.* p. 56. Miror tamen, cum reliquorum Lyricorum indoles vel periphraſi vel epitheto aliquo ſignificetur, uni Anacreonti nihil ejusmodi fuiſſe additum. Putabam:

κρᾶμά τ' Ἀνακρείοντος.

Meleager Ep. XXV. ἔξεις τάχα τὸ γλυκὺ κρᾶμα, Ὦ δυσέρως λύρᾳ πιόμενος μέλιτι. ubi eadem eſt lectionis diverſitas.

Mulſo Anacreontis carmina comparari, aptiſſimum. *Meleager* Ep. I. v. 34. Ἀνακρείοντα τὸ μὲν γλυκὺ κεῖνο μέλισμα Νέκταρος. Anacreon νέκταρ ἐναρμόνιον effudiſſe dicitur ap. *Antipatr. Sidon.* Ep. LXXV. ubi vide not. Eadem imagine uſus *Oppian.* IV. Hal. 9. Μοῦσαι — μοι πέφρον ὑμετέροισι κέρασσθαι γλυκὺ νᾶμα καὶ οὖσαι καὶ πραπίδεσσι. Audacius poëta Aeneas ap. *Pindarum* Ol. VI. 155. γλυκὺς κρατὴρ ἀγαφθέγκτων ἀοιδᾶν appellatur. Alibi idem κρατῆρα μουσαίων μελέων κέρναμεν dixit, Iſthm. VI. 2. 3. — *Mulſum Anacreontis* pro eo, qui *mulſea* fundebat *carmina*, nemini facile durius videbitur, quam *mulſa loqui*, quod eſt ap. *Plautum* Poen. I. 2. 112. ubi ſimilia *Taubmannus* dedit. — Ὁμηρικόν. Praeclare cum his conſpirat *Quinctil.* L. X. 1. 62. de Steſichoro: *Si tenuiſſet modum, videtur aemulari proximus Homerum potuiſſe; ſed redundat atque effunditur.* — εἰκείοις ἐν κεμάτοις. in peculiari opere, lyricis carminibus nempe. — ἀπὸ cum σπάσας jungendum. *Joſ. Scaliger* tamen in not. mſt. ἀπόρευμα maluit; quod minime probandum. Senſus eſt, Steſichorum ab ingenti Homeri flumine aliquid in ſuum opus derivaſſe. Similiter *Theodorid.* Ep. VIII. de Mnaſalca: ἃ Μῶσα δ' αὐτῷ τᾶς Σιμωείχα σπάδας Ἧς ἀποσπάραγμα. — ῥεῦμα. *Ovidius* III. Amor. IX. 25, *Adſpice Maeoniden, a quo, ceu fonte perenni, Vatum Pieriis ora riganntur aquis.* Poëtarum phantaſma, quo foecunda ingenia cum fluminibus comparantur, illuſtravit *Mitſcherlich* ad *Horat.* IV. Od. II. 5. — V. 5. πειθοῦς καὶ παίδων. qui ſuadae et puerorum florem decerpſiſti. De puerili amore agens *Cicero* IV. Tuſc. Qu. 33. *maxime vero omnium flagraſſe amore Rheginum Ibycum, apparet ex ſcriptis.* *Suidas* in Ἴβυκος· γέγονε δὲ ἐρωτομανέστατος περὶ τὰ μειράκια. Idem docet *Athenae.* L. XIII. p. 601. B. fragmento ex ejus carminibus prolato, ubi inter alia ſcribendum: ἐμοὶ δ' Ἔρως οὐδέμιαν κατάπαυστος ὥραν, ἅτ' ὑπὸ (vulgo τε ὑπὸ) στεροπᾶς φλέγων Θρηίκιος Βο-

φέας, λίσσων παρὰ Κύπριδος ἀζαλέαις μανίαις ἐρεμνὰς (vulgo ἐρεμνὸς) ἀϋάμβησε – ἡμιτέρας φρένας. φρένας ἐρεμνὰς *Ibycus* derivavit ex *Homero*, ubi paſſim μέλαιναι φρένες occurrunt. Hinc etiam *Pindar.* in Scoliorum fragm. p. 22. μέλαιναν καρδίαν. Aliter haec tentavit *Fiorillo* in Obſſ crit. p. 65. ſq. — πειθοῦς ἄνθος ἁμησάμενος. *Pindar* I. Olymp. 20. ἀρέπων μὲν Κορυφὰς ἀρετᾶν ἀπὸ πασᾶν· Ἀγλαΐζεται δὲ καὶ Μουσικᾶς ἐν ἑώτῳ. Cf. not. ad *Noſſid.* Ep. XI. T. I. P. I. p. 420. — V. 7. ξίφος Ἀλκαίοιο. Notae ſunt Alcaei contra Pittacum aliosque Lesbi tyrannos fortiter res geſtae, de quibus *Bayle* v. Alcée. Hinc ap. *Ciceronem fortis vir* dicitur, *et in ſua republica cognitus*, Tuſc. Qu. IV. 33. *Minaces* ejus *Camoenas* appellat *Horat.* IV. Od. IX. 7. eundem fingit ap. inferos *pugnas et exactos tyrannos* canentem audiri L. II. Od. XIII. 31. ubi inprimis conſule cl. *Mitſcherl.* p. 477. — V. 9. θηλυμανεῖς reperit Ald. in cod. quodam, quae docta lectio et vulgatae fortaſſe praeferenda. Vat. tamen Cod. θηλυμελεῖς praeſtat. Ad Alcmanis παρθένια hoc epitheton referendum videtur; quin ei amatorii generis inventio tribuitur ap. *Suidam*: καὶ ὢν ἐρωτικὸς πάνυ, εὑρετὴς γέγονε τῶν ἐρωτικῶν μελῶν. — V. 10. ἀ. τῆς λυρ. Vulgo. οἱ eſt in Cod. Vat. — ἐπέσατε. vos, in quibus et initium et finis lyricae poëſios continetur. Senſus non obſcurus, ſed memorabilis uſus verbi σπᾶν pro ἔχειν. Prorſus convenientem locum nunc quidem ad manus non habeo; ſimili tamen elegantia hoc verbum adhibitum illuſtravi ad *Antiphil.* Ep. XXII. T. II. P. II. p. 54.

DXX. Vat. C. p. 454. Plan. p. 92. St. 135. W. — V. 1. ἔκλαγεν. Aquilam tibi finge κλάζοντα. Poëtas ingenio valentes ipſe *Pindarus* cum aquila comparat; reliquos cum corvis, Olymp. II. 154. ſqq. — ἔπνει τερπνά. dulcia ſpirabat Muſa Simonidis. Frequenter poëtae epigrammatarii verbo πνέειν de vatibus utuntur. Attigimus ad *Dioscorid.* Ep. XXV. p. 392. — V. 2.

ἥδε μελιφθ. Vat. — V. 3. Ἀλκαῖ. Vat. — V. 4. Ἀνακρέοντι. Vat. — V. 6. „Vulgo legitur Ἀλκαῖος, κύκνος Λέσβιος, Αἰολίδι. Codd. omnes κύκνῳ, ut et veteres editiones; tum codices Planudeae plerique Αἰολίδῃ; aut Αἰολίδῃ. Corruptus est locus, quem verisimili conjectura sanavit Reiskius.“ *Br. Joſ. Scaliger* notavit in not. mſt. Σαπφοῖ, ad veterem famam de Alcaei et Sapphus amoribus respiciens procul dubio. — V. 7. ἀνδρῶν δ' οὐκ ἐνέρτα. Vat. C. Non fas est, Sappho simul cum viris numerari eamque novenarium Lyricorum numerum complere, quippe quae Musarum potius choro annumeranda sit.

DXXI. Vat. Cod. p. 386. Plan. p. 92. St. 135. W. et iterum p. 369. St. 508. W. Puellas Lesbias hoc carmen invitat, ut in Junonis luco conveniant, choros ibi Junoni ducturae ad Sapphus cantum. Optimae notae Epigramma. — V. 2. „ἀβροπόδων. sic Vat. C. vera lectio, quae in Planudeae codicibus etiam servata, ubi ob frequentem permutationem literarum υ et β scriptum αὐροπόδων, quod male Brodaeus emendavit in ἁβρὰ ποδῶν. ἑλισσόμεναι etiam e membr. est; vulgo ἐρισάμεναι.“ *Br.* ἁβρὰ ποδῶν jam in Ascens. reperio. Ceterae αὐροπόδων. Membranarum lectionem conjectura affecutus est *Joſ. Scaliger* in not. mſt. — βήματ' ἐρισάμεναι aut ἐρισθμεναι. Vulgo. βήματ' ἑλισσόμεναι. Vat. C. — ἀβροπόδων dictum ex eleganti poëtarum usu pro ἁβρῶν ποδῶν. Vide *Schütz* ad *Aeſchyli* Agam. v. 385. — ¶. 261.] V. 4. θεᾷ χορόν. habet Plan. loco pr. ἔνθα χορὸν καλὸν στήσασθε. loco sec. In Vat. C. ἔνθα καλὸν στήσασθε ἡ χορόν. ubi erroris causa perspicua. — ἐπάρξει. Vat. C. Flor. pr. Ald. 1. 3. aliae ἐπάρξει. Loco sec. in Plan. labenti versui succurrere conabatur *Joſ. Scaliger* in not. mſt. ἐπαρήξει corrigens. Nihil opus. — V. 4. χερσὶν omittitur in Vat. C. lacuna relicta. Sappho in primo choreae loco posita, lyram manibus tenens, fingitur. Illustravit

haec *Burmann.* ad *Propert.* II. El. XXIII. 33. *Hic ubi me prima ſtatuent in parte choreae.*

DXXII. Vat. C. p. 445. Edidit *Wolfius* in Fragm. Sapph. p. 166. ex codd. *Dorvillii*, qui hoc Epigr. tractavit in Vanno crit. p. 37. et 640. *Pavonem* impugnans, idem carmen tractantem in Praef. ad *Ariſtaen.* p. IX. ſq. *Reisk.* in Anthol. nr. 721. p. 143. inter Jenſiana nr. 71. Lemma eſt in membr.: Εἰς Σαπφὼ παρὰ τῶν Μουσῶν κοιμωμένην. In fine adjiciuntur haec: ἐγερθεῖσα δὲ Σαπφὼ εἶπα τάδε· Μ... μάθες, θεῖός μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειρος. ex *Homeri* Od. ξ. 495. Inepti Grammatici appendicula. — Muſae loquuntur, immortalem Sapphus gloriam celebrantes. — V. 1. ὀλίζον. Aeolicum eſſe vocabulum, ab ipſa forte poëtria uſurpatum, facilius credo *Etymologico M.* quam *Euſtathio* p. 1631. 1. qui recentiorum Ionum eſſe tradit pro ὀλίγον. *Heſych.* ὀλίζονες. ἥσσονες. ἐλάσσονες. Cf. *Spanhem.* ad *Callim.* H. in Jov. 72. *L. Bos* in Obſſ. Crit. p. 192. Male *Wolfius* ὀλίζον' ἐπί. Poſterius in ἔτι temere mutabat *Dorvill.* — V. 2. „Scriptum quidem eſt in Cod. ἥματι τῷ πρώτῳ. quod mendoſum jure Dorvillio viſum eſt.“ *Br.* Non perſuadet. ἥματι τῷ πρώτῳ eſt pro πρώτῳ ἥματι τῷ i. e. ᾧ φῶς ἴδες. — V. 3. „Scripturam cod. Σαπφεῖ [ταμφοῖ] σοὶ τὴν κρίσιν εὐοῦ μὲν veriſimili conjectura emendavit Toup. Em. in Suid. p. 277. ſed τὴν in γὰρ mutandum cum Dorvillio non erat. Cf. quae notavi ad Callim. Ep. VII.“ *Br.* In Ap. Goth. ſic habetur: σαμφοῖ σοὶ γὰρ κρίσιν ἐνοῦμεν α. Unum ex *Dorvillii* Apographis: σοὶ τὴν κρίσιν ἐν οὔμεν, unde fecit σοὶ γὰρ κῦδος ἐν ἁμῖν. parum feliciter. *Pauw*, σοὶ γὰρ ἔνειμεν τὴν κρίσιν ἄφθιτον ἔμμεν. *Sappho, tibi enim tribuit judicium eſſe incorruptum.* quem verſum et male tornatum et vehementer jejunum nemo facile in tam eleganti Epigrammate tulerit. Praeclare vidit *Reiskius* ἐνείμαμεν legendum eſſe; in reliquis idem caecutiit. Jam *Toupium* audiamus: „Muſae hîc, ut vides,

loquuntur. Sed, ut res erat, ἀμεύσως plane et inficete. Nam libri omnes, κρίσιν ἄφθιτον, quod viros doctos admodum cruciavit. Nos veriſſime emendavimus, χρύσεον ἄφθιτον. Schol. ad Pindar. Pyth. Od. IV. ἄφθιτον δὲ αὐτὸ εἶπε, καθὸ χρυσοῦν ἦν· ὁ δὲ χρυσὸς ἄφθαρτος. — Theocrit. Eid. XVIII. 52. δοίη Ζεὺς ἄφθιτον ὄλβον. Eſt enim Jovis, opes dispenſare, vel ſaltem dispenſanti ἐπινεῦσαι. Hinc noſter Epigrammatiſta: νεῦσεν ἐρισμάρχοις. Quod viri docti non intellexerunt. Caeterum ad hoc carmen reſpexit Ariſtides Vol. II. p. 377. qui hunc locum egregie dilucidabit, et noſtram emendatiunculam extra omne dubium collocabit: οἶμαι δέ σε καὶ Σαπφοῦς ἀκηκοέναι πρός τινας τῶν εὐδαιμόνων δοκούντων εἶναι γυναικῶν μεγαλυχουμένης, καὶ λεγούσης, ὡς αὐτὴν αἱ Μοῦσαι τῷ ὄντι ὄλβιαν καὶ ζηλωτὴν ἐποίησαν, καὶ ὡς οὐδ' ἀποθανούσης ἔσται λήθη. Quare hoc epigramma, quod elegans inprimis eſt, auctoritate Ariſtidis, ab ipſa Sapphone ſcriptum eſſe crediderim.“ Haec ille, in quibus Toupianum ingenium agnoſcimus. *Ariſtidis* locus nihil ad confirmandam illius lectionem facit; rhetor enim de mentis et ingenii copiis loquitur, poëta, ſecundum *Toupii* mentem, de auri opibus. Quibus ſi polluit Sappho, eas non Muſis, ſed marito, κεφαλῇ πλουσιωτάτῃ ἀνδρὶ (*Suidas* in Σαπφώ. T. III. p. 283.) debebat. Multo minus ex rhetoris verbis colligi poteſt, hoc Epigramma ab ipſa poëtria conſcriptum eſſe; cum ille potius, ſi conjecturis indulgere licet, reſpexerit illud *Sapphus* carmen, cujus fragmentum (Anal. Br. T. I. nr. XI.) ſervavit *Stobae.* Flor. T. IV. p. 52. — Muſas, quae hic loquuntur, non de auro Sappho donato, ſed de muneribus, quae ipſis propria ſunt et peculiaria, egiſſe, nullus dubito. Quare ſcribendum exiſtimo:

σοὶ γὰρ ΚΙΣΣΟΝ ἐνείμαμεν ἄφθιτον ΑΜΜΕΣ.

Tibi enim hederam nunquam non virentem tribuimus nos. Sic haec omnia recte et ordine procedunt. Primo diſticho Parcae dicuntur puellam naſcentem placidis oculis vidiſſe, eique ingentem inter homines gloriam annuiſſe; altero Muſae ſe Parcarum voluntati obſecundaſſe dicunt eo, quod puellam poëtica facultate inſtruxerint; cui muneri Jupiter annuit, qui, fatorum praeſes, omnia humana temperat aliorumque Deorum munera rata facit. Κισσῷ, *hedera*, poëticam facultatem ſignificari, ex multis locis conſtat. Muſae locum ipſis ſacrum commendantes Ep. ἀδεσπ. CLXVII. κἢν γνήσιος ἐνθάδ' ἐρεστὴς Ἕλθῃ, τῷ κισσῷ τοῦτον ἀνιστέφομεν. Circa Ibyci tumulum terra πολὺν κισσὸν χεύατο Ep. ἀδεσπ. DXXVIII. *Horat.* I. Carm. I. 29. *me doctarum hederae praemia frontium Dis miſcent ſuperis.* Mortem Tibulli lugens *Ovidius* III. Amor. X. 61. *Obvius huic venias, hederâ juvenilia cinctus Tempora cum Calvo, docte Catulle, tuo.* Idem III. A. A. 411. *Nunc hederae ſine honore jacent: operataque doctis Cura vigil Muſis nomen inertis habet.* Vide praeterea, quae de hedera Baccho ſacra poëtarumque frontibus deſtinata collegit *Bodaeus a Stapel* ad *Theophr.* IV. p. 276. — ἄφθιτον autem de immortali gloria non minus certe aptum, quam de opibus et divitiis. De Euripide Ep. ἀδεσπ. DXXXIV. ἴσθι δ' ὑπὸ χθονὸς ὤν, ὅτι σοι κλέος ἄφθιτον ἔστω. *Antip. Theſſ.* Ep. XXIII. de novem Lyricis: ἐννέα δ' αὐτὰς Γαῖα τέκε, θνατοῖς ἄφθιτον εὐφροσύναν. — Paene monere neglexeram, *Dorvillium* hunc verſum iterum tentaſſe in Vanno crit. p. 640. ſic: σοὶ γὰρ ῥῆσιν ἐνεύσαμεν ἄφθιτον αἰεί. *carmina immortalia.* ut *Pindarus* T. II. p. 288. ἐστέα μὲν καὶ καφὸν ἔχει τάφος οὔνομα Σαπφοῦς· Αἱ δὲ σοφαὶ κείνης ῥήσιες ἀθάνατοι. — V. 4. ἐρισφάραγος. Vat. C. quod revocandum. Homer. Hymn. in Merc. 187. ἄλσος ἀγχὸν ἐρισφαράγου Γαιήοχου. βαρυσφάραγον Jovem appellat *Pindar.* VIII. Iſthm. 48. Cf. *Dorvillium* in Vann. crit.

p. 45. sqq. et *Alberic.* ad *Hesych.* v. ἀμαφάραγος. — „In cod. σὺν δὲ πατρί. Sed copulam sensus requirere videtur: passim permutatae particulae δὲ et τέ." *Br.* — V. 5. „μέλψαι δ' ἐν πάντεσσιν. Cod. optime; mutato tantum μέλψαι in μέλψῃ. pronus enim librariorum lapsus in harum terminationem permutatione ob soni affinitatem." *Br.* μέλψαι *Reisk.* idque servavit *Toupius.* — ἀοιδίμος. Sic fere *Theocrit.* Idyll. XII. 11. ἐπεσσομένοις δὲ γανύσθαι πᾶσιν ἀοιδοῖ. *Propert.* I. El. XV. 24. *Tuque quoque uti fieres nobilis historia.* Cf. *Oudendorp.* ad *Appulej.* Met. II. 4. — V. 6. „Scripturam Cod. οὐδὲ κλυτᾶς φάμας ἔσσεαι ἠτεδανά. vitii suspectam non habuit Toupius, quod profecto miror; immo hunc versum sic vertit: *neque illustris tui nominis unquam eris oblivio.* Sensum hunc e graecis eruere non valeo. Ad verbum, *neque gloriosae famae eris invalida.* ἠτεδανὸς enim significat ἀσθενές. Hisce latinis graeca non saniora fuit. Reposui ἔσσεται ἠτεμία. Postrema vox paulo ratior; hic, ut in Pauli Ep. XVIII. supra caprum librarii fuit, cui magis frequens ap. poëtas obvium vocabulum ἠτεδανὰ obversatum fuit, haecque corruptela alteri occasionem dedit, qua ἔσσεται in ἔσσεαι mutatum." *Br.* In Ap. Goth. est ἔσσεαι ἠτεδανά.

DXXIII. Vat. C. p. 387. Plan. p. 93. St. 135. W. Legitur etiam ap. *Eustath.* ad Ω. β. p. 247. 34. Cf. *Asclepiad.* Ep. XXXV. *Antip. Sidon.* Ep. XLVII. Laudatur carmen Erinnae Ἠλακάτη inscriptum, quod trecentis versibus constitisse ex hoc Epigrammate discimus. Idem tradit *Eustath.* l. c. et *Suidas* in Ἤρινν. T. II. p. 75. qui nostrum carmen ante oculos habuisse videtur: Ἔγραψεν Ἠλακάτην, τοῦτο δέ ἐστιν Αἰολικῇ καὶ Δωρίδι διαλέκτῳ ἐπέων τ'. τοιαύτῃ δὲ παρθένος ἐννεακαιδεκέτις. οἱ δὲ στίχοι αὐτῆς ἐκεῖθησαν ἴσοι τοῖς Ὁμήρου. Cf. *Burmann.* ad *Propert.* II. El. II. 32. p. 226. sq. — V. 1. κυρίου. Similiter

Meleager I. v. 10. Νοσσίδος, ἧς δέλτοις κηρὸν ἔτηξεν Ἔρως. — ἐδό τοι. Vat. C. Haereo equidem in hoc adjectivorum aſyndeto. Scribendum, ni fallor:

εἰ δέ τι μικρὸν,
ἀλλ' ὅλον ἐκ Μουσέων κιρνάμενον μέλιτι.

quanquam exiguum carmen, totum tamen Muſarum melle commiſtum eſt. In talibus εἰ ponitur pro εἰ καί. quem uſum attigit *Abreſch.* ad *Aeſchyl.* T. I. p. 285. et in Auctar. ad Thucyd. p. 344. Saepiſſime poſt εἰ et εἰ καί ponitur ἀλλά. *Euripid.* Phoen. v. 500. Ἐμοὶ μέν, εἰ καὶ μὴ κατ' Ἑλλήνων χθόνα Τεθράμμεθ', ἀλλ' οὖν ξυνετά μοι δοκεῖς λέγειν. *Aſclepiades* Ep. XVII. 1. 2. εἰ δὲ τὸ τραῦμα Μὴ σαφές, ἀλλ' ὁ πόνος δύσεται εἰς ὄνυχα. Ep. ἀδεσπ. DXXXV. εἰ καὶ δακρυόεις, Εὐριπίδη, εἶλέ σε πότμος — ἀλλ' ἐμολες Πελλαῖον ὑπ' ἠρίον. Ib. DCCI. εἰ καί μοι θυμὸς, Διανύσια, τείρεται αἰνῶς Ἀμφί σοι, ἀλλ' ἔμπης σῖτα πάρεστι δέχου. *Eurip.* Phoen. 956. εἰ μὴ γὰρ εὐνῆς ἦψατ', ἀλλ' ἔχει λέχος. — V. 3. αὐδᾶ. Ald. 1. 2. 3. Aſcenſ. — Ὁμήρου emendavit *Joſ. Scaliger* in not. mſt. Sic ſane ſevera Grammaticae lex poſtulat, quam tamen non poëtae ſolum, ſed pedeſtres quoque ſcriptores ſaepe violant, dum comparationem, quae ad partem ſpectat, ad totum referunt. Cf. Ep. ἀδεσπ. DXXXIV. 3. 4. — Sq. vſ. idem τοῖς δέκα παρθ. corrigit, neſcio quo ſenſu. — ἐννεακαιδεκάτους. Vat. C. — V. 5. ἠλεκάτῃ. Vat. — ἐφ' ἱστῷ. idem et *Euſtath.* Vett. edd. Plan. ἐπ' ἱστῷ. Sic quoque Cod. Reimari, teſte *Reiskio* ad *Conſtant. Porphyrog.* Cerem. p. 139. ubi adſpirationem a veteribus paſſim neglectam eſſe docet. Cf. ad Ep. ἀδεσπ. CLXIX. 7. — Erinna, dum, matri morem gerens, vel ad colum, vel ad telam ſtabat, tamen Muſis, quarum antiſtes erat, operabatur. Fortaſſe *Erinnae* Ἠλακάτη nomen traxit inde, quod a puella colum verſante concinnatum erat.

DXXIV. Vat. C. p. 209. Plan. p. 280. St. 465. W. *Aſclepiadae* tribuit Cod. Jani Laſcaris ap. Iriarten. In Planudea *Aſclepiadae* Epigramma praecedit. *Antipatri Sidonii* ingenium refert. Cf. *Wolfium* in Fragm. Poëtr. p. 7. Etiam hoc Ep. ſcriptum in Erinnam, praematura morte exſtinctam, ſed carminibus ſuis immortalem. — V. 1. ἔπεα ὔμνων, carmina jucundiſſima. Cf. ad *Julian. Aeg.* Ep. LI. T. II. P. III. p. 388. — V. 2. κυκνείῳ στόματι cum ad ſuavitatem cantus referri debet, tum ad fabulam de exſequialibus, quae cygnus moriens canere dicitur, carminibus *Ovid.* XIV. Met. 430. ¶. 262.] V. 3. ἤλασεν. *Apollon. Rhod.* L. II. 815. Ἐνθάδ' Ἀβαντιάδην κεκορυμένη ἤλασε μοῖρα Ἴδμονα. ubi perperam ἤγαγε emendabat *G. Wakefield.* I. Sylv. crit. p. 69. *Leonidas Tar.* Ep. XCI. οὔτε καταιγὶς ἤλασε τὰς πολλὰς τῶν ἐτέων δεκάδας. — V. 4. ἡλεκάτης. Vat. C. Etiam haec verba ad Erinnae Ἠλακάτην ſpectare videntur. — V. 5. οὐς ἐγεγώνει. Vat. C. — V. 6. φθείσθαι. Vat. — Πιερίων. Vat.

DXXV. Plan. p. 368. St. 507. W. In Anacreontis imaginem. — V. 3. Male *Baxterus* οὐδ' ἀπὸ κώμων, quod antiquae lectionis ſtrenuus propugnator *Fiſcherus* propagare non dubitavit in edit. *Anacreontis* p. 502. In fine verſus incidendum videtur. Jungendum enim ὄμμα βρομίῳ βεβαρημένον ὠδὲ κατὰ κώμων i. e. κώμοις. Quae ſequuntur, pro appoſitione habenda ſunt. Qualia ſint illa ναννυχίδων ſigna, (oculi nempe vino et vigilando gravati) bene docet *Meleager* Ep. LX. cujus verſum 3. a temerariis conjecturis optime nuper vindicavit *Purgold.* in Obſſ. crit. p. 286.

DXXVI. Vat. C. p. 212. Plan. p. 277. St. 401. W. Profert *Suidas* in οἰνοπότης. T. II. p. 668.

DXXVII. Vat. C. p. 213. *Juliano Aegyptio* hoc carmen vindicat, quod ἀδέσποτον eſt in Plan. p. 278. St.

402. W. Cf. not. ad *Julian. Aeg.* Ep. LXI. p. 391. — V. 1. pro ἀλλὰ in Anacreonte *Fiſcheri* p. 498. ἰὼὶ legitur, omnino male. Verbis ita, ut par erat, diſtinctis et interlocutoribus attributis, nemo de vulgatae lectionis veritate dubitabit. — V. 2. κἄδαν Vat. C. a man. ſec.

DXXVIII. Vat. C. p. 320. Plan. p. 279. St. 403. W. Ibycum, quem in Iſthmo Corinthiaco interfectum eſſe conſtat, in patria ſepultum eſſe, ex hoc Epigrammate apparet. — V. 1. Rhegium, Siculis undis rigatum. Ῥηγίῳ ἐν διερῇ Ep. ἀδεσπ. DCCXL. — ταγανώδεος. Vat. C. — V. 2. θρινακίου. Vat. C. Ed. Flor. pr. Ald. 1. 2. 3. τριναχρίου Aſcenſ. Steph. Vid. *Holſten.* ad *Stephan Byz.* p. 325. *Dorvill.* in Sicul. T. I. p. 163. — „Θρινακίου. Sic Vat. Cod. et duae Plan. Solae membranae γενομένην dederunt, quae lectio optima eſt; ſubauditur πόλιν.“ *Br.* Vulgo γενομένης. — V. 3. δὲ π. Vat. Plan. — παῖδας. Vide ad Ep. DXIX. 6. — V. 5. „ἰδέα πολλά. Sic recte membr. Vulgata ſenſu caret τῇδε δὲ πολλά.“ *Br.* κισσόν. Hedera poetae tumulo circumfuſa, ut ap. *Simmiam Theb.* Ep. II. ubi vide not. T. I. P. I. p. 331. — V. 6. λευκαῦ καλάμου. albicantis calami, unde tibiae fiebant. Cf. *Plin.* H. N. XVI. 66. p. 28. *Bodaeum a Stapel* ad *Theophr.* IV. 12. p. 469. et *Salmaſ.* in Exerc. Plin. p. 82. ſq.

¶. 263.] *DXXIX.* Vat. C. p. 225. Plan. p. 287. b. St. 424. W. Ap. *Diogenem Laërt.* VIII. 78. hoc Epigramma Epicharmi ſtatuae inſcriptum fuiſſe traditur. *Bonada* in Anth. p. 402. — V. 1. Quanto ſplendentior ſol ceteris aſtris, quanto mare flumina vi et magnitudine ſuperat, tanto Epicharmum praeſtare pronuntio. In apodoſi alterum membrum ad ſenſum perfectum deſideratur; non ſine exemplo tamen. Sic *Theocrit.* Eid. IX. 33. οὔτε γὰρ ὕπνος, οὔτ' ἄρ ἐξαπίνας γλυκερ-

χώτερον, οὔτε μελίσσαις Ἄνθια, ὅσσον ἐμὶν Μώσαι φίλαι. — Pro εἴ τι *Opſopoeus* ὅττι emendabat; omnino male. — V. 4. πατρίς. Cous quidem fuit Epicharmus, ſed cum tenera aetate Syracuſas veniſſet, quam urbem ingenii monimentis illuſtravit, a plerisque pro Syracuſano habitus eſt.

DXXX. Vat. C. p. 220. Primus edidit *Dan. Heinſius* in Not. ad Horat. p. 107. *Reiskius* in Anth. nr. 561. p. 73. Δωρίδος ἐκ Μούσης. Dorica dialecto, quod conſtat, Epicharmus in dramaticis operibus ſuis utebatur; hinc Muſa Dorienſis eum in Bacchi et Satyrorum gratiam muneribus ſuis inſtruxiſſe dicitur.

DXXXI. Vat. C. p. 229. Εἰς Φιλιστίωνα, τὸν Νικαέα γελωτοποιόν. Plan. p. 206. St. 300. W. In Philiſtionem, Nicaeenſem, quem alii Pruſaënſem, alii Sardianum appellant, mimorum ſcriptorem. Eum nimio riſu exſtinctum tradit *Suidas* in Φιλιστίων, ubi v. 1. 2. excitatur. T. III. p. 603. Egit de eo *Scaliger* ad *Euſeb.* p. 179.[a] et *Sirmond.* ad *Sidon. Apollin.* p. 26. Hunc poëtam, quem omnes extremis Auguſti temporibus vixiſſe memorant, unus *Suidas* Iſocratis aevo floruiſſe tradit, memoriae vitio, ut videtur *Scaligero.* — V. 1. βίον. βιολόγος appellabatur, ejusque fabulae κωμῳδίαι βιολογικαί, quia omnem hominum vitam repraeſentabant. Praeclare huc facit *Diodor. Sicul.* L. XX. 63. p. 453. de Agathocle agens; ὑπάρχων δὲ φύσει γελωτοποιὸς καὶ μίμος, οὐδ' ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀπείχετο τοῦ σκώπτειν τοὺς κεκτημένους, καί τινας αὐτῶν εἰκάζειν· ὥστε τὸ πλῆθος πολλάκις εἰς γέλωτα ἐκτρέπεσθαι, καθάπερ τινὰ τῶν ἠθολόγων καὶ θαυματοποιῶν θεωροῦντας. ubi vide *Weſſeling* Eandem rem attigit, noſtrum quoque Epigr. laudans, *Barneſius* de Tragoed. §. VII. — γέλωτι κεράσας. Appoſite *Horat.* II. Carm. XVI. 23. *Laetus in praeſens animus, quod ultra eſt, Oderit curare et amara lento temperet riſu.* nec tamen, quod quidam putavit, ex noſtro Epigr. hauſit.

At noſtrum locum procul dubio expreſſit *Caſſiodor.* L. IV. Epiſt. 51. *Mimus etiam, qui nunc tantummodo deriſui habetur, tanta Philiſtionis cautela repertus eſt, ut ejus actus poneretur in literis: quatenus mundum curis edacibus aeſtuantem laetiſſimis ſententiis temperaret.* — V. 3. λείψανον παντὸς βίου. totius, quam exprimere ſolebam, vitae reliquiae. Similiter de homine *antiqua virtute et fide* ap. *Terentium* III. Adelph. III. 90. *ubi etiam hujus generis reliquias Reſtare video, vivere etiam nunc lubet.* *Lucian.* D. D. XXV. 1. T. II. p. 84. εἰ μὴ ἐγὼ ξυνὶς τὸ γιγνόμενον, κατέβαλον αὐτὸν τῇ κεφαλῇ, οὐδὲ λείψανον ἀνθρώπων ἐπέμεινεν ἄν. *Eurip.* Troad. v. 711. ἀλλ' ἐνθάδ' αὐτὸν λείψανον Φευγῶν λιπεῖν. Electr. 553. τοῦ ποτ', Ἠλέκτρα, τόδε Πελασγὸν ἐνδρὸς λείψανον φιλῶν κυρεῖ. *Heliodor.* perpetuus *Euripidis* imitator, L. I. 21. p. 61. ed. Bip. ἐπικερανύσαμεν ἐξ ἁπάντων εἰκτρὸν περισωθέντες λείψανον. — V. 4. πολλάκις Ipſe igitur Philiſtion in Mimis ſuis agebat. — αὐτόπτης, Vat. C. a pr. man.

DXXXII. Vat. C p. 382. Plan. p. 95. St. 140. W. Elegans diſtichon, quo Herodotus Muſas hoſpitio excepiſſe, et ab unaquaque earum, muneris loco, librum Hiſtoriae accepiſſe dicitur. — V. 1. ἑκάστη. Vat. Novem Herodoti libros novem Muſarum nominibus inſcriptos eſſe ab ejus admiratoribus aſſeverat *Lucian.* T. I. p. 572. et p. 631. (T. IV. p. 117. et 205. ed. Bip.) Plures tamen idem in ſuis operibus feciſſe conſtat, ut *Bionem* οὗ φέρεται ἐννέα βιβλία Μουσῶν ἐπιγεγραμμένα. *Diogen. Laërt.* IV. 58. ubi vide *Menag.* p. 182. Cf. *Voſſium* de Hiſtor. Gr. L. I. c. 3. Novem de manſuetudine praeceptis datis, *Marc. Anton.* L. XI. 18. p. 334. τούτων τῶν ἐννέα κεφαλαίων μέμνησο, ἃς παρὰ τῶν Μουσῶν δῶρα εἰλημφώς.

DXXXIII. Append. Planud. p. 509. St. 15. W. »Habent hoc Epigramma Ariſtophanis Scholiaſtes ad Nub. 331. et Stephan. in Φούρνοι. ubi v. 3. ſine ſenſu

legitur τῷ γὰρ ἅπλυτον, quod a viris doctiſſimis ad majora properantibus non fuit animadverſum. V. 2, ἰσονομίης jam emendaverat Camerarius: apud illos enim ἰσονομιῇ legitur. α *Br.* — ἰσονομίης πρότερον. Cf. Ep. DXI. — V. 3. τὸν γὰρ ἅπλ. emendavit *Huetius* p. 79. nec aliter haec exhibet ſcripta *Taylor* in Vita Lyſiae p. 109. ed. R. qui de illuſtri illa Athenienſium colonia, cujus comes Herodotus fuit, egregie disputavit. — Initio vſ. Cod. Vat. Δωρίδος ἐκ πάτρης praebet, quod vulgatae non praeferendum. — μῶμον ὑπεκπροφυγών. Herodotus, cum propter Lygdamiden tyrannum, qui Halicarnaſſi dominabatur, Samum commigraſſet, indeque patriam reverſus expuliſſet tyrannum, magnam ſibi apud cives concitavit invidiam, qua commotus Halicarnaſſum iterum reliquit: ἐπειδὴ ὕστερον εἶδεν ἑαυτὸν φθονεόμενον ὑπὸ τῶν πολιτῶν, εἰς τὸ Θούριον, ἀποικιζόμενον ὑπὸ Ἀθηναίων, ἐθελοντὴς ἦλθε, κἀκεῖ τελευτήσας ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς τέθαπται. *Suidas.* Colonia illa in Italiam abducta Ol. LXXXIII. 3. Vid. *Diodor. Sic.* T. I. p. 483. ſq. Thuriis hiſtoriam ſuam ſcripſiſſe perhibetur *Herodotus* ap. *Plin.* H. N. XII. 8. p. 657. quin initio Hiſtoriae ejus fuerunt qui non Ἡροδότου Ἁλικαρνησσέως, ſed Ἡροδότου Θουρίου legerent. *Ariſtotel.* III. Rhetor. 9.

¶. 264.] *DXXXIV. Ioni* hoc Ep. tribuitur in Vat. C. p. 214. et in Plan. p. 273. St. 394. W. At is ante Euripidem obiit. Vide *Bentl.* in Epiſt. ad Mill. p. 50. ſqq. — V. 1. 2. laudat *Suidas* in γνάλοις. T. I. p. 136. Obiit Euripides ap. Archelaum, Macedoniae regem. μιλαμπέπλοις. ob luctum de morte Euripidis, ut *Brodaeus* interpretatur. — V. 2. τὸν ἀεινυκτός, junctim legit *Huetius* p. 25. Junge potius ἀεὶ ἔχων τὸν νυκτὸς θάλαμον. — In Cod. Vat. αἰεί. — V. 4. Ὁμηρείαις. *Diogen. Laërt.* L. IV. 26. Ἐθαύμαζε δὲ ὁ Κράντωρ πάντων δὴ μᾶλλον Ὁμηρον καὶ Εὐριπίδην, λέγων ἐργάδας ἐν τῷ κυρίῳ τραγικῶς ἅμα καὶ συμπαθῶς γράψαι. — In fin. χάρισιν Vat. C. χάριτες.

h. l. sunt *carmina*, ut passim. Vide Animadvss. T. I. P. I. p. 420.

DXXXV. Vat. C. p. 214. sq. Plan. p. 273. St. 394. W. Cf. not. ad *Addaei* Ep. VIII. T. II. P. II. p. 235. sq. — V. 4. „Μουσέων χάριτα pro vulgato τερπνῶν χάριτα dederunt membranae.“ *Br.* Euripides laudatur, quod sapientiam cum Musarum illecebris conjunxerit. Noti sunt vss. Oraculi ap. *Suidam* in σοφός. ubi Sophocles sapiens, sapientior Euripides, Socrates omnium sapientissimus praedicatur. Tanquam propriam et peculiarem Euripidi σοφίαν tribuit *Plutarch.* T. II. p. 384. D. Faciunt huc inprimis verss. *Alexandri Aetoli* ap *Gellium* L. XV. 20. quos adscribam ex emendatione *Valckenarii* ad Eurip. Phoen p. 588. Ὁ δ' Ἀναξαγόρου τρόφιμος χαιοῦ στερφνὸς μὲν ἐμοίγε προσειπεῖν, Καὶ μισογέλως καὶ τωθάζειν οὐδὲ παῤ οἶνον μεμαθηκώς, Ἀλλ' ὅ τι γράψει, τοῦτ' ἂν μέλιτος καὶ Σειρήνων ἐτετεύχει. — V. 6. νάγς. Ed. Flor. pr.

DXXXVI. Vat. C. p. 215. Plan. p. 273. St. 395. W. *Bonadae* Anth. p. 412. — Vitiose membran.: σὺ σὰν μνῆμα τόδ' Εὐριπίδη ἵφυ, ἀλλὰ σὺ τοῦδε. — V. 2. Tua gloria hoc tuum monimentum illustrat.

DXXXVII. Ex *Athen.* L. X. p. 454. F. qui hoc distichon affert ex Neoptolemi libro περὶ ἐπιγραμμάτων, relatum in Append. Planud. p. 509. St. 15. W. Scriptum est in Thrasymachum, Isocratis et Platonis discipulum, de quo loca veterum collegit *Olearius* ad *Philostr.* Vit. Soph. I. 14. p. 497. — Similes circa literas lusus profert *Athenaeus* l. c. — V. 1. σάν. Sic Dorienses hanc literam appellasse, docet *Herodot.* L. I. 139. p. 69. ubi vide *Wessel.* — οὖ i. e. o. Nam litera o in Al. habeto nomen or habebat. Vide *Salmas.* ad Herodis Incr. p. 39. *Taylor* ad Marmor Sandvic. p. 7.

DXXXVIII. Habet hoc distichon *Stephan. Byz.* in Μιλήτος, et ex eo *Eustath.* ad *Homer.* p. 313. et ad *Dio-*

nyſ. Perieg. v. 823. Timotheus, citharoedus, de quo diximus ad *Alexandri Aetol.* Ep. IV. 2. T. I. P. II. p. 238. meliore ſane epiraphio dignus erat. Prior tamen verſus fortaſſe in mendo cubat, quod levi negotio ſic tollas:

Πάτρα Μίλητος ἔτικτε τὸν ἐν Μούσαισι ποθεινόν —

In talibus praepoſitio ἐν ſaepenumero abundat, *non tantum quando ablativus inſtrumenti, ſed et alius quicunque ponendus erat*; quae verba ſunt *T. Hemſterhuſii* ad *Lucian.* T. II. p. 523. ed. Bip. — V. 2. κιθάρας ἡνιόχον. Cf. not. ad *Meleagr.* Ep. III. T. I. P. I. p. 17.

¶. 265.] *DXXXIX.* Vat. C. p. 465. Planud. p. 66. St. 95. W. Protulit *Bandini* ex Thucydidis Cod. T. II. Bibl. Laur. p. 622. cum cujus lectionibus *Brunckius* conſpirat. Cf. Epigrammata in Heraclitum DXV. DXVI. — V. 1. Vulgo et in Var. C. εἰ δέ γε πάμπαν Νῆϊς ἔφυς Μουσέων. Sic plane Ep. ἀδέσπ. DLXIV. in Lycophronem: εἰ δέ σε φίλατο Καλλιόπη, λάβε μ' ἐς χέρας· εἰ δὲ Νῆϊς ἔφυς Μουσέων, χεροὶ βάρος φορέεις. Inepta ſane vulgata lectio πάμπαν, in qua hoc olim latere cenſebam:

εἰ δέ γε σεμνῶν
νῆϊς ἔφυς Μουσέων — —

Thucydidis enim opus, ſi quod aliud, ſeverae Muſae auſpiciis concinnatum eſt. Fortaſſe tamen tutius, Codicis Laurentini auctoritatem ſequi, quod cl. editor fecit. Caeterum ad Hiſtorici quoque intelligentiam Muſarum favore opus eſſe ſtatuit Epigrammatis auctor; quin inventi ſunt apud veteres, qui Hiſtorias inter carmina referre auderent. *Dionyſ. Halic.* in Epiſt. ad Pompej. p. 130. de Herodoti et Thucydidis operibus;

ταῖς μὲν αἱ ποιήσεις ἀμφότεραι· οὐ γὰρ ἂν αἰσχυνθείην ποιήσεις φάσκων λέγων. *Marcellin.* Vit. Thucyd. p. XX. ed. Bip. περὶ δὲ πάσης τῆς συγγραφῆς ἐτόλμησέν τινες ἀπαφήνασθαι, ὅτι αὐτὸ τὸ εἶδος τῆς συγγραφῆς οὐκ ἔστι ῥητορικῆς, ἀλλὰ ποιητικῆς. — V. 2. νοίης. Vat. C. — V. 3. οὐ πάντεσσι βατός. Ep. DXVII. μάλα τοι δύσβατος ἀτραπιτός. Cf. not. ad *Archimeli* Ep. II. — V. 4. Θουκυδίδην. De antepenultimae in hoc nomine menſura disputat *Dawes* in Miſc. crit. p. 97. qui eam ab imperito homine correptam eſſe contendit. Apud *Ariſtophanem* certe eadem producitur. Sic ut noſter tamen etiam *Chriſtodor.* in Ecphr. v. 372. — Ὀλόρου. De nomine patris Thucydidis, quem nonnulli Ὄρολον vocabant, vide *Interpp.* ad Vitam Thuc. p. XLV. ed. Bip. et T. I. p. 271.

DXL. Plan. p. 345. St. 485. W. Hippocrates primus artis medicae vias hominibus aperuiſſe dicitur. ἄϊξε κελεύθους. *Pindar.* V. Pyth. 117. ναυσὶ θοαῖς ἅλὸς βαθεῖαν κέλευθον ἀνοίγων. Sic etiam Latini dicunt *aperire, patefacere viam.* — V. 2. Παιήων. Inter mortales idem, qui Paeeon inter Deos. *Euſtath.* ad Ια. χ. p. 1379. 7. Παιήων — κύριον ὄνομα τοῦ παρὰ θεοῖς ἰατροῦ. Idem ad Οδ. δ. p. 165. 14. Παιήων δὲ θεῶν ἰατρός — ἕτερος ὢν Ἀπόλλωνος, ὡς Ἡσιόδου δηλοῖ, εἰπών· Εἰ μὴ Ἀπόλλων Φοῖβος ἐκ θανάτου σώσει ἢ Παιήων, ὃς πάντων φάρμακα οἶδε. Cf. *Sprengel Beiträge zur Geſchichte der Medizin.* I. Faſc. III p. 7. ſqq.

DXLI. Plan. p. 345. St. 485. W.

DXLII. Vat. C. p. 226. Plan. p. 240. St. 348. W. — V. 1. Θεσσαλός. Hippocrates maximam vitae partem in Theſſalia transegit; cujus rei fabuloſam cauſam affert *Tzetza* in Chil. p. 139. Sepultus eſt inter Gyrtonem et Lariſſam, tradente *Sorano* in Opp. Hipp. T. II. p. 954. — V. 1. Ἱπποκράτης tentabat *Joſ. Scaliger* in not. mſt. Ἱπποκράτους habet etiam *Fabricius*, qui hoc Epigramma refert ad *Theſſalum*, Hippocratis filium, Bibl. Gr. T. XIII. p. 435. ſq. — V. 2. Φοίβου.

quia ex Aſclepiadarum erat familia, quae originem repetebat ab Apolline. — ἀποβλίζης. Vat. C. — V. 3. τρόπαια νόσων. Similiter *Euripid.* Oreſt. v. 711. οὐ γὰς βέβαιον, λόγχῃ μιᾷ Στῆσαι τροπαῖα τῶν κακῶν, ἃ σοι πάρα. *Ariſtoph.* Plut. v. 452. μόνος γὰρ οὗτος οἶδ' ὁ θεός, ὅτι Τροπαῖον ἂν στήσαιτο τῶν ταύτης τρόπων. *Himerius* Ecl. III. 17. p. 84. καὶ τίνα τρόπαια τῶν ἀπὸ κακίας μείζονα; — V. 4. πολλῶν οὐ τύχαι ἀ. τέχναι. Vat. C.

DXLIII. Vat. C. p. 386. Plan. p. 118. St. 170. W. — V. 1. Plato omnium Graecorum eloquentiſſimus. εὐγλώσσου. Vulgo. — V. 2. „σελίς. Sic Vat. membr. Male in Planudea πόλις.“ *Br.* — V. 3. τε om. Vat. — Tu primus, oculis in Deos coelumque intentis, vitam et mores hominum illuſtraſti. Duae enim primariae partes Philoſophiae Platonis erant, altera *de vita et moribus*, altera *de natura et rebus occultis.* *Cicero* I. Acad. 5. — V. 5. „μυκτῆρι. hoc etiam e membranis, ubi tamen ſcriptum μυκτῆρσι. Socraticam ironiam innuit. Inepte Planud. κρυπτῆρι.“ *Br.* μυκτῆρι reſtituendum vidit *Salmaſius* in not. ined. *Timon* in Sillis ap. *Diogen. Laërt.* II. 19. p. 91. μυκτήρ, βητορόμυκτος, ὑπατικός, εἰρωνευτής. Τὸν μυκτῆρα cum εἰρωνείᾳ conjunxit *Longin.* Π. τ. c. 34. in Hyperidis characteriſmo: ἄφατοι δὲ χάριτες αὐτῶν εἰσιν ἀστείσμοί, μυκτὴρ πολιτικώτατος, εὐγένεια, καὶ κατὰ τὰς εἰρωνείας εὐκόλαιστρον. *Lucian.* in Prometh. T. I. p. 24, ὅρα, μή τις εἰρωνείαν φῇ, καὶ μυκτῆρα, οἷον τὴν Ἀττικήν, προσεῖναι τῷ ἐπαίνῳ. *Quintilianus* τὸν μυκτηρισμὸν *ſimulatum quidem, ſed non latentem deriſum* interpretatur. VIII. Inſtit. 6. 59. *Naſum Atticum* vocat *Seneca* in I. Suaſ. Attigit *H. Stephanus* in Schediaſm. VI. 23. *Caſaub.* ad *Theophr.* Char. 1. p. 18. ed. *Fiſch.* — Σάμιον φρόνημα. *ſeveritatem Pythagoricam.* *Diogen. Laërt.* L. III. 8. p. 169. Plato μίξιν τε ἐποιήσατο τῶν τε Ἡρακλειτείων λόγων καὶ Πυθαγορικῶν καὶ Σωκρατικῶν. ubi vid. *Caſaub.* et *Menagium*, quorum hic noſtrum Epigr. lau-

dare non neglexit. — V. 6. διχοστασίη est *dissensus* ille inter Pythagoricam et Socraticam philosophandi rationem, quem Plato prudenti dignitatis et ironiae commistione sustulit. In σῆμα haereo; nec, quo sensu a poëta dictum sit, satis intelligo. An σχῆμα fuit? Sic opera Platonis, illa, quam diximus, commistione effecta, σχῆμα διχοστασίης appellarentur, in quibus quidem diversus utriusque character *pulchra et eleganti specie* conspiceretur. Sic fere *Phalaris* Ep. LV. p. 182. 94. ἐν καλλίστῳ σχήματι τῆς δόξης καθίδρυται. ubi vid. *Lennep.*

¶. 266.] *DXLIV.* Vat. C. p. 216. Plan. p. 288. [b] St. 417. W. Ap. *Diogen. Laërt.* III. 44. p. 189. *Bonadae* Anth. p. 400. — V. 1. 2. etiam sub Speusippi nomine, parvo discrimine, leguntur T. I. p. 176. — Ap. *Diogenem* legitur ἐν κόλπῳ. Ep. ἀδεσπ. DXI. ἥδε Κόρινθος κόλποις ἀγχιάλου γῆς Περίανδρον ἔχει. Ep. DCXXVII. γαῖα δὲ πατρὶς ἔχει κόλπους. *Oppian.* V. Halieut. 336. γαῖα, φίλη θρέπτειρα, σὺ μὲν τέκες, ἠδ' ἐκόμισσας φορβῇ χερσαίῃ, κόλποις δ' ἐνὶ σεῖο θάνοιμι. — V. 2. ἀθάνατον. Vat. C. quod revocandum. *Lennep.* ad *Phal.* p. 102. ἀθάνατος suspicabatur. Illud elegantius. Ad totius distichi sensum vide, quae collegimus ad versum *Admeti:* γαῖα, λάβ' Ἀδμήτου ἕλυτρον· βῆ δ' εἰς θεὸν αὐτός. T. II. P. II. p. 410.

DXLV. Vat. C. p. 217. Plan. p. 288. [a] St. 417. W. Ap. *Diogen. Laërt.* III. 44. p. 189. *Bonadae* Anth. p. 401. In tumulum Platonis, aquila ornatum. Cf. *Antipatri Sid.* Ep. XCII. — V. 2. ἀποσκοπέεις. Vat. C. *Plan. Diog.* Hoc cl. editor sine auctoritate immutasse videtur. At mutatione non est opus. Subaudi ὧν ad τίνος. τίνος ὢν ἀποσκοπέεις οἶκον θεῶν; Hoc sensu accepit *Grotius:* Cujus es et quorsum tumulo, *Jovis armiger, instans Astrigeras Divum suspicis ore domos?* — V. 4. σῶμα δὲ τοῦ. *Diog.*

DXLVI. Plan. p. 380. St. 508. W. — V. 1. αἱ θεσπεσιβατεῖν dicuntur philosophi, qui τὰ μετέωρα sectantur. Vid. *Interpp. Aristoph.* Nub. v. 225. *Aristaenet.* II. 6. ἀκροβατεῖς δὲ μετέωρος ταῖς φαντασίαις, καὶ ὑπεροπτᾷς ἡμῶν τῶν βαδιζόντων χαμαί, ubi plura congessit *Abresch.* p. 216. sq. — Sic etiam τὰ ὑπερνοῦ sunt sublimia illa et μετέωρα, quorum rationem Plato reddidisse dicitur, ἐξευρίσκειν. Pro *edere* hoc verbum usurpavit Auctor Ep. *Adnot.* CCXXX. et CCLXXVI.

DXLVII. Prius distichon legitur in Append. Plan. p. 507. St. 12. W. ex *Ammonii* Vita Aristotel. p. 46. ed. Bip. Ὅτι πολλὴν εὔνοιαν ἔσχε πρὸς τὸν Πλάτωνα ὁ Ἀριστοτέλης, δῆλον ἐκ τοῦ καὶ βωμὸν ἀνιερῶσαι τῷ Πλάτωνι, ἐν ᾧ ἐπέγραψεν οὕτω· Βωμὸν κ. τ. λ. Paucis mutatis, sed quatuor versibus auctius, haec profert *Olympiodorus* in Comm. ad Platonis Gorgiam, ex *Aristotelis* Elegia ad Eudemum, sic:

ἐλθὼν δ' εἰς κλεινὰν Κεκροπίης ἑστίδος
εὐσεβίης σημῆς φιλίης ἱδρύσατο βωμὸν
λυγδοῦ, ὃν ἐμοὶ αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις·
ὃς μόνος κ. τ. λ.

Ex hoc fragmento *Ammonii* distichon conflatum esse videtur *Menagio* ad *Diog. Laërt.* p. 198. Cf. *Bublium* ad Aristot. Vit. p. 53. ed. Bip. — *Brunckius* in Analectorum contextu primum distichon posuit, reliqua in Lesit. p. 284. — V. 1. ἱδρύσατο. *Ammon.* — V. 5. Et vita et rationibus allatis docuit, quomodo quis et bonus et beatus esse possit. Plato enim felicitatem in vita honesta ponendam esse censebat. Vide *Tennemann.* Systema Phil. Platon. IV. 62. sqq. *Buhle* Histor. Phil. T. III. p. 215. sqq.

DXLVIII. Vat. Cod. p. 416. Ὅτι ὁ πλάτωνος λόγος ἐν τῷ Φαίδωνι νεθύστατα ὑπὸ Παταικίου τοῦ φιλοσόφου· ὃν δὲ ἐ

Παναίτιος Φάδων. Plan. p. 65. St. 94. W. Explicat hoc Epigr. *Davisius* in Notis ad Tuscul. Disp. I. 32. p. 79. Panaetius Stoicus Phaedonem, ab omnibus Platoni tributum, ἀνόθευσεν, i. e. pro spurio habuit; quo sensu hoc verbo utitur *Athenae.* X. p. 455. C. οἱ νοθεύοντες Λάεσιν τὸν Ἐρμιονέως τὴν ἄσιγμον φράσιν. Erravit igitur *Muretus* (T. II. Orat. VII. p. 259. ed. *Ruhnk*) et is quem secum in errorem induxit, *Menagius* ad *Diogen Laert.* L. III. 62 qui ex hoc Epigrammate collegerunt, fuisse antiquitus, qui Phaedonem dialogum non Platonis, sed Panaetii opus esse contenderent. Caeterum teste *Fabricio* in Bibl. Gr. T. III. p. 73 ed. *Harl.* hoc Epigr. in Mso tribuitur *Leonidae Alexandrino*, quod minime improbabile est. — V. 1. Πλάτωνος. Vat. C. — V. 3. με τέλεσσε Παιαίτιος ὃς β' ἐτέλεσσε καὶ ψ. Β. κἀμὲ νόθον τελέσαι. Vat. C. κἀμὲ νόθον τ. Plan. καὶ με ν. Cod. Gud. Hoc ob tautologiam ferri non poterat. At quanto acutior Brunckiana lectio: Non mirum, quod Panaetius dialogum de animarum immortalitate pro notho habuit, cum ipsam animam mortalem et *spuriam* declarare ausus sit! — De translata significatione vocabuli νόθος dedi nonnulla ad *Cyllenii* Ep. I. T. II. P. II. p. 316 et ad *Antiphil. Byz.* Ep. XXII. T. II. P. II. p. 54. — Panaetium putasse, animam cum corpore interire, constat. *Cicero* l. c. *Credamus igitur Panaetio, a Platone suo dissentienti; quem enim omnibus locis divinum, quem sapientissimum, quem sanctissimum, quem Homerum philosophorum appellat, hujus hanc unam sententiam de immortalitate animorum non probat. Vult enim, quod nemo negat, quidquid natum sit, interire; nasci autem animos etc.*

¶. 267.] *DXLIX.* Ex *Ammonii* Vita Aristotel. p. 43. ed. Bip. relatum in Append. Plan. p. 531. St. 29. W. — V. 2. τῶν Ἀσκληπιαδῶν. *Suidas* T. II. p. 624. Νικόμαχος ἱατρὸς καὶ αὐτὸς Σταγειρίτης, Μαχάονος τοῦ Ἀσκληπιοῦ υἱός· ἐξ οὗ κατήγετο Νικόμαχος, πατὴρ Ἀριστοτέλους

τοῦ φιλοσόφου, καὶ αὐτὸς ἰατρός. Idem ex Hermippo tradit *Diogen. Laërt.* V. 1. p. 268. Vide *Menag.* p. 186. *Tzetza* in Chil. X. 727. Aristotelem nullam aliam ob causam Aesculapiden vocatum esse censet, quam quod medicus esset; cui sententiae calculum adjecit: *Bublius* in Vit. Aristot. per annos digest. T. I. p. 83.

DL. Plan. p. 380. St. 518. W.

DLI. Plan. p. 380. St. 518. W. In Aristotelis imaginem, ubi ea, quae Stagirita sejunxerat, ὁ νοῦς et ἡ ψυχή, in una eademque specie conjuncta cernebantur. — τύπος. Species, imago. *Archias* Ep. XII. *Rufin.* Ep. XI.

DLII. »Hoc et sequ. sunt in Aristotelis vita, quam publici juris fecit Menag. ad Laërt. p. 201.« *Br.* — τρανλός. Stagiritae τρανλότητα plures commemorarunt, quos vide ap. *Menag.* p. 186. — λάγνος. *Athen.* L. XIII. p. 566. E. Σωκράτης δ' ὁ φιλόσοφος, ὁ τῶν (fort. ἄλλων inser.) πάντων καταφρονῶν, τοῦ Ἀλκιβιάδου κάλλους οὐχ ἥττων ἐστίν; ὡς καὶ ὁ σεμνότατος Ἀριστοτέλης τοῦ Φαιηλίτου μαθητοῦ;

DLIV. Hoc et sequ. Epigramma in Isocratis laudem leguntur ap. *Plutarch.* in Vit. Isocr. T. II. p. 838. sq. et *Photium* in Biblioth. Cod. CCLX. unde ea repetivit *Fabric.* in Bibl. Gr. T. IX. p. 499. Prius inscriptum erat statuae ex aere, quam ei Timotheus, Cononis filius, (qui quantum Isocrati debuerit, tradit *Plutarch.* l. c. p. 837. C.) dedicaverat Eleusine ἱστορεῖν τοῦ προστάου. Utrumque Epigr. recepit *Bonada* in Anth. p. 403. Cf. *Maffei* in Crit. Lapid. p. 31. — V. 1. ξενίην. *Plut.* οἰνεσιν. *Phot.* —. V. 2. θεαῖς. Cereri et Proserpinae. Solebant antiqui amicorum statuas in Deorum templis dedicare. Exempla vide ap. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 313. — θεῷ exhibet *Maffei* ex *Photio*.

DLV. Apud *Plutarch.* l. c. *Photium* l. c. *Bonada* p. 403. Isocratis statuam, Athenis positam, comme-

morat *Pauſan.* I. 18. p. 43. Aphareus, qui hanc oratoris ſtatuam dedicavit, filius erat Hippiae rhetoris et Rhathanae, quam Iſocrates poſt prioris mariti obitum in matrimonium duxerat; adoptato Aphareo, qui ex tribus privignis minimus erat. — Θεὸς de *uno Jove*, γονεὺς de *patre ſolo* uſurpatum notavit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 314.

¶. 268.] *DLVI.* Servatum eſt a *Stephan. Byz.* v. Φασηλίς. p. 692. Plurimum huc facit, de Theodecte, Iſocratis diſcipulo, agens, *Plutarch.* T. II. p. 837. Θεοδέκτης ὁ Φασηλίτης, ὁ τὰς τραγῳδίας ὕστερον γράψας, οὗ ἐστι τὸ μνῆμα ἐπὶ τὴν κυαμῖτιν πορευομένοις, κατὰ τὴν ἱερὰν ὁδὸν, τὴν ἐπ' Ἐλευσῖνα, τανῦν κατεφθαρμένον· ἔνθα καὶ τοὺς ἐνδόξους τῶν ποιητῶν ἀνέστησε σὺν αὐτῷ, ὧν Ὅμηρος σώζεται μόνος. Idem de Theodectae ſepulcro tradit *Pauſan.* I. 37. Vide praeterea de hoc tragico *Suid.* T. II. p. 173. et *Fabric.* Bibl. Gr. T. II. p. 323. — V. 3. ἐν δὲ χοαῖσιν ἱεραῖς τρισὶ καὶ δέκα ἀμίλλαις. *Stephan.* quod *Pinedo*, amico quodam monente, ſic emendandum cenſebat: αὐτὰς ἐπὶ χθόν' ἰὼν ἱεραῖς τρισὶ καὶ δέχ' ἀμίλλαις. Ejus veſtigia preſſit *Ruhnken.* ad *Timae.* p. 17, cujus emendationem cl. editor recepit. Alia ratione eaque haud paulo probabiliore *Tyrwhitt.* ad *Ariſtotel.* Poët. p. 193.

ἐν δὲ χοαῖσιν τραγικῶν ἱεραῖς τρισὶ καὶ δέχ' ἀμίλλαις —

quod auctoris ſui elegantia dignißimum. — V. 4. ἀκηράτους. Vulgo. *Salmaſio* in mentem venit ἀκηρύκτους. *Schneidero* in Peric. crit. p. 111. ἀκηρατάτους. *Toupio* in Emend. ad *Suid.* p. 211. ἀκηρασίους. Bruncktana lectio *Ruhnkenii* debetur ingenio. *Simonid.* Ep. XXXII. κείμεθ' ἀγηράντῳ χρώμενοι εὐλογίᾳ. *Antip. Sid.* Ep. LXVIII. Ὅμηρον, ἀγήραντον ἑτοῖμα κόσμῳ. Ep. ad. CLXXXIII. τιμᾶς ἀγήρως.

DLVII. Vat. C. p. 217. Plan. p. 283. b. 419 W. — V. 1. Διογένη. Ed. Fl. pr. Reliquae Διογένην. Illud

etiam membr. praeſtant. — V. 2. βίου παντὸς. omnis hominum generis. Ep. ἀδεσπ. CCCCVIII. vide *Daviſ.* ad *Maxim. Tyr.* p. 539. — ἐπισκύνιον. ut ὀφρύς de faſtu et inani ſpecie. Hanc cum omnibus detrahere conaretur Diogenes, ἐπισκύνιον παντὸς βίου γυμνῶσαι dicitur. Cf. *Lucian.* D. M. X. 9. p. 162. ed. Bip.

DLVIII. Vat. C. p. 217. Plan. p. 283. b. St. 419. W. Sepultus Diogenes Corinthi παρὰ τῇ πύλῃ τῇ φερούσῃ εἰς Ἰσθμόν· ἐστησαν δὲ αὐτῷ κίονα, καὶ ἐπ' αὐτῷ λίθου Παρίου κύνα. *Diogen. Laërt.* VI. 78. p. 351. Cf. *Menagium* p. 254. Vidit illud monimentum *Wheleru*s Venetiis in Palatio Erizzi, nobilis Venetiani, idque deſcriptum dedit in Itinerar. VI. p. 445. ubi v. 1. ἑφίστας et φυλάσσεις. v. 4. καὶ πάλλα et οἶκο ἔχει. Hoc vel ſimile Epigramma vertit *Auſonius* in Epitaph. XXXI.

Dic, canis, hic cujus tumulus? Canis. At canis hic quis?
Diogenes. Obiit? Non obiit, ſed abit.
Diogenes, cui pera penus, cui dolia ſedes,
Ad Manes abiit? Cerberus ire vetat.
Quonam igitur? Clari flagrat qua ſtella Leonis,
Additus eſt juſtae nunc canis Erigonae.

DLIX. Servavit hoc diſtichon *Plutarch.* in Vit. Demoſth. T. IV. p. 438. ed. *Bry.* et Opp. Moral. T. II. p. 847. ubi ad ipſum Demoſthenem auctorem refertur, auctoritate Demetrii Magnetis, idque poſt ejus obitum ab Athenienſibus ſtatuae oratoris inſculptum eſſe traditur. Idem narrat *Zoſimus Aſcalonita* in Vita Demoſth. in Oratt. Gr. Reiskii T. IV. p. 151. Statuam illam commemorat *Pauſan.* L. I. 8. p. 19. — V. 1. γνώμης ῥώμην. *Zoſim.* quae verborum collocatio paulo elegantior.

DLX. Vat. C. p. 386. Plan. p. 93. St. 137. W. Menandri ſuavitas et elegantia, Muſarum et Gratiarum munus, laudatur. — V. 1. Junge *μέλισσαι ἀνηρείψαντο σοὶ στομάτεσσιν ἄνθεα, δρεψάμεναι αὐτά.* Nota fabula de Platone, cui *καθεύδοντι ἐσμὸς μελισσῶν — ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ καθίσασαι, ὑπῳδὸν, τὴν τοῦ Πλάτωνος εὐγλωττίαν μαντευόμενοι ἐντεῦθεν.* ap. *Aelian.* in Var. Hiſt. X. 22. Similia de Pindaro narrantur ap. *Pauſan.* L. IX. 23. p. 754. *Antipater Sidon.* Ep. XLVIII. Ad *Virgilium* eandem fabulam traduxit Grammaticus in Anthol. Lat. T. I. p. 365. 29. *Lota cohors apium ſubito per rura jacentis Labra favit texit, dulces fuſura querelas. Hoc quondam in ſacro tantum mirata vetuſtas Indicium linguae memorat famoſa Platone.* — Ap. noſtrum apes Menandrum Muſarum floribus nutriverunt, ut Comatam ap. *Theocrit.* Eid. VII. 79. ſqq. *ἀνηρείψαντο* (vide *Brunck.* ad *Apollon. Rhod.* I. 214.) male interpretatur *Brodaeus*: *in os tuum deciderunt* aut *conſederunt.* Eſt potius: flores Muſarum decerptos *fuſtulerunt*, ut ea labiis tuis afferrent. *Homer.* Ιλ. υ. 234. *τὸν καὶ ἀνηρείψαντο θεοὶ Διὶ εἰνοχοεύειν.* quod interpretatur quodammodo Auctor Hymni in Vener. v. 209. *ὅππη οἱ φίλον υἱὸν ἀνήρπασε θέσπις ἄελλα.* Cf. *Heyniam* ad *Homer.* Ιλ. I c. T. VIII. p. 59. — V. 4. *εὐτυχίην.* Vat. C. improbante *Dorvillio* ad *Charit.* p. 343. *στωμύλος εὐστοχίη* eſt *facundia cum lepore et acumine*; quod Hyperidi tribuit *Longin.* Π. Υ. Sect. XXXIV. p. 124. *καὶ πολὺ τὸ κωμικὸν (ἔχει) καὶ μετὰ παιδιᾶς εὐστόχου κέντρον, ἀμίμητον δὲ τὸ ἐν πᾶσι τούτοις ἀναφρόδιτον. Luciani* Ep. XXIII. *εὔστοχος ἔστι Πλάτων.* ut *Valckenar.* emendavit ad *Ammon.* p. 88. — V. 5. *ζώεις δ' εἰς.* Vulgo. — *ἐστ' ἐν Α. ἐκ σέθεν.* Vat. C. Vereor, ut haec ſatis emendate ſcripta ſint. — V. 6. Pro *πειράτων* Cod. Vat. *πηφέων*, quod ob membranarum auctoritatem revocandum exiſtimo.

¶. 269.] *DLXI.* Hoc Epigramma et duo ſequentia, termino inſculpta, multi ediderunt. *Ger. Falkenburg* ad *Nonn.* Dion. p. 878. *Fulv. Urſin.* in Imagg. Viror. Ill. *Boiſſardi* Theſ. Ant. T. VI. p. 34. *Gruter.* in Theſ. Inſcr. p. 1027. *Lipſius* in Auct. ad Smet. p. 59. *Maffei* in Muſeo Veron. p. 229. *Marmora Taurinenſia* T. I. p. 169. ſq. ubi fuſius explicatur. *Fleetwood.* p. 173. *Bonada* p. 407. ſq. *Muratori* denique p. DLVII. cujus in interpretando errores exagitavit *Leichius* in Miſc. Lipſ. Nov. I. p. 469. — V. 1. 2. σὺν ἔρωτι. Reſpicitur ad amores, qui magna pars argumenti comoediarum Menandri; fortaſſe etiam ad ipſius viri amorem erga Glyceram, de quo ſunt elegantiſſimae Epiſtolae ap. *Alciphronem* L. I. Ep. XXIX. II. Ep. III. et IV. Cf. *Athen.* L. XIII. p. 594. D. — V. 2. συνζῶν. *Lipſ. Fleetw.* alii.

DLXII. Vide ad praecedens Ep. — V. 1. σειρῆνα θελκτῶν. ob eximiam verſuum ſuavitatem. Notum eſt oraculum Dionyſii, Lacedaemonios jubentis τὸν Σειρῆνα τὴν νέαν τιμᾶν· quod ad *Sophoclem* pertinebat: ἐλέγοντο δὲ καὶ νῦν ἔτι ποιημάτων καὶ λόγων τὸ ἐπαγωγὸν σειρῆνι ἐλάζειν. *Pauſaniae* verba ſunt L. I. 21. p. 49. Nihil ap. *Sophiſtas* et ſeriores poëtas magis obvium. — V. 2. καὶ κε. κυκαζόμενον. hederae coronis, ut Bacchi miniſter, nunquam non ornatus. κυκασόμενον. *Lipſ.* — V. 3. ἐξεδίδαξε. *Lipſ. Maffei.* alii. quod ferri non poſſe, in oculos incurrit. Nec magis probanda *Leichii* emendatio, ἐξεδίδαξας corrigentis. — V. 4. δεήματα πάντα γάμων, varias illas rerum viciſſitudines ſignificat, per quas nuptiae in fabulis Menandreis adſtruebantur. Inepte *Cleric.* in Teſtim. de Menandro, ubi haec Epigr. repetivit, γανῶν (*exhilarans*) legendum affirmat. *Fabula jucundi nulla eſt ſine amore Menandri. Ovid.* II. Triſt. 370.

DLXIII. Terminus ille, cui haec Epigrammata inſculpta erant, cum capite Menandri, alius termini, cui

Homeri caput impoſitum, e regione ſtabat. — V. 1. *οὐ φαύλως. εὐ μάτην, οὐκ ἄλλως. non ſine prudenti conſilio.* Fere ſic *Euripid* Ion. v. 1546. *οὐχ ὧδε φαύλως αὖτ' ἐγὼ μετέρχομαι.* — V. 3. *δεύτερα ἔταξε.* nonnulli. Secutus ſum in eo ſententiam Ariſtophanis, *σοφοῦ κρίνειν*, prudentiſſimi harum rerum arbitri, qui proximum tibi ab Homero locum aſſignavit. Sic fere judicavit *Auſon.* in Protreptr. v. 46. *Conditor Iliadis et amabilis orſa Menandri Evolvenda tibi.*

DLXIV. Vat. C. p. 387. Bis extat in Planud. p. 93. et 396. St. 136. et 507. W. De obſcuritate et difficultatibus Caſſandrae *Lycophronis*, quum *γυμνάσιον εἰς ἐξήγησιν γραμματικῶν* appellat *Clemens Alex.* V. Stromat. p. 676. 22. — V. 1. *πολυγναμπτοις λαβυρίνθοις.* Ductum videtur epitheton ex *Callimachi* H. in Del. 311. *καὶ γναμπτὸν ἕδος σκολιοῦ λαβυρίνθου.* De obſcura et contorta oratione *λαβυρίνθου* metaphora paſſim obvia. *Lucian.* in Lexiph. T. V. p. 194. *ἡλέουν σε τῆς κακοδαιμονίας, ὁρῶν εἰς λαβύρινθον ἄφυκτον ἐμπεπτακότα.* De philoſophis idem in Icaromen. T. VII. p. 42. *διαφόρους λόγων λαβυρίνθους ἐπινοήσαντες.* — V. 2. *αἶκε τύχοις.* Ed. Flor. pr. Ald 1. 2. 3. Haec verba jungenda cum *ἐν ἡμετέροις λαβυρίνθοις.* Si forte in labyrinthum carminum noſtrorum incideris. — V. 3. *Κασάνδρη.* Vat. C. — *ἐφοίβασε.* Ex ipſo *Lycophrone* ductum v. 6. *δαφνηφάγων φοίβαζεν ἐκ λαιμῶν ὄπα.* — V. 4. *ὧν* unde ductum, ignoro. In Plan. et Vat. C. eſt *οὓς.* Oracula illa, quae in *Lycophronis* carmine continentur, nuntius, Caſſandrae carceribus appoſitus, Priamo refert. *λοξοτρόχις* eſt *λοξῶν ἐκῶν τροχὸς* i. e. *ἄγγελος.* Spectavit auctor Epigrammatis vſſ. Caſſandrae 1467. ſqq.

ἐγὼ δὲ λοξὸν ἦλθον ἀγγέλλων, ἄναξ,
σοὶ τόνδε μῦθον παρθένου φοιβαστρίας,
ἐπεὶ μ' ἔταξας φύλακα λαΐνου στέγης,

καὶ πάντα φράζειν καὶναπιμπάζειν λόγον
ἐτητύμως ἄψοφητον ἔτευνας τεῦχιν.

V. 5. In fine ἦν δὲ plurimae edd. vett. usque ad Aſcenſ. Nec aliter membr. — νῆϊς Μουσέων. Cf. not. ad Ep. DXXXIX.

¶. 270.] *DLXV.* Vat. Cod. p. 214. ubi ſequ. diſtichon DLXVI. praefigitur, quod etiam in Plan. p. 278. St. 402. W. praecedit, ſed ſeparatim a noſtro. Nec quidquam inter ſe commune habent, niſi Callimachi poetae nomen et laudem. In noſtro carmine de ejus Αἰτίοις agitur, quod opus obſcuris fabulis refertum fuiſſe conſtat. Vide VV. DD. ad *Callimachi* Fragm. p. 416. ed. *Ern. Wouwer.* de Polymath. p. 78. In eo carmine ſomnium finxerat, ſe ſibi viſum eſſe inter Muſas verſari, a quibus omnem illam poëticae eruditionis copiam et varietatem acciperet. Ad quod ejus commentum reſpexit *Propert.* II. El. XXV. 32. *Tu ſatius Mimnermum aut Muſam imitare Philetae, Et non inflati ſomnia Callimachi.* Simile ſomnium *Ennius* quoque finxerat. Vide Intrpp. *Horatii* II. Epiſt. I. 50. — V. 1. 2. laudat *Suidas* in ὄνειρος. ὄνειρον. T. II. p. 695. ubi ἃ μέγα legitur, ut in membr. non ὦ μέγα, ut in Plan. et in fine ἐὼς pro ἔφυς. Hoc quoque membr. firmarunt. ὄνοιρος pro ὄνειρον uſurpavit *Callim.* Ep. XXVII. unde apparet, nec *Huetium* eſſe audiendum p. 27. qui vulgarem formam rariori ſubſtituendam cenſebat, nec *Joſ. Scaligerum*, qui ὀνείρεας emendavit in not. mſt. et ad *Propert.* IV. El. VII. 87.

Nec tu ſperne piis venientia ſomnia portis,
Quum pia venerunt ſomnia, pondus habent.

ubi *piae portae* appellantur, quae ap. noſtrum ſunt κεράων. Cf. ill. *Heynium* ad *Virgil.* Aen. VI. Exc. XV.

v. 894. de *Somni Portis.* — V. 3. ἴδμεν. Cod. Vat. ἴσμεν. Vulgo. — V. 5. εὖτέ μιν. Per quietem Callimachus ſibi viſus eſt ex Libya in Heliconem adduci, ibique Muſas de antiquitatis heroibus ipſisque Deis multa interrogare. Ex hoc noſtro loco perſpicue apparet ἡ οἰκονομία τῶν Αἰτίων, quam *Ovidium* in nonnullis Faſtorum ſuorum partibus imitatum eſſe ſuſpicor. — V. 6. μούσαις. Vulgo. μέσσαις. Vat. C. quod commendavit *Dorvillius* in *Charit.* p. 547. — In fine verſ. *Joſ. Scaliger* in not. mſt. recte emendavit φέρον. — V. 8. αἴτια. cauſas fabularum, cognominum, etc. ut *Propert.* IV. El. X. 1. *Nunc Jovis incipiam cauſas aperire Feretri.* Hic titulus amaro luſui locum dedit *Apollonio*, de quo vide in Animadvſſ. T. II. P. III. p. 48.

DLXVI. Vat. C. p. 214. Plan. p. 278. St. 402. W. — V. 1. ἄ μάκαρ. Vat. C. quod revocandum. — ἀμβροσίῃ συνέσεις. Membr. ſequente ſyllaba praecedentem abſorbente. — De Tantalo *Aelius Gall.* Ep. II. εὖτος ὁ περὶν μακάρεσσι συνέστιος. — Hic quoque verſus referendus videtur ad narrationem *Callimachi* de ſuo cum Muſis conſortio. — V. 2. εἰς ἕδεα. Ed. Fl. pr.

DLXVII. Vat. C. p. 390. Plan. p. 60. St. 85. W. — In Nicandrum Colophonium, Homeri populatorem. — V. 1. ἐν πτολέμοισι. Vat. — V. 2. ἀριστόνεας Cod. Reimari, teſte *Reiskio* ad Conſtant. Porph. Cerem. p. 115.

DLXVIII. Vat. C. p. 390. Plan. p. 60. St. 86. W. Accommodatio loci Homerici ex Od. Δ. 230. de Aegypto:

— τῇ πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα
φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά·
ἰητρὸς δὲ ἕκαστος ἐπιστάμενος περὶ πάντων
ἀνθρώπων· ἦ γὰρ Παιήονός εἰσι γενέθλης.

ubi *Clarke* plura notavit ex eodem loco expreſſa.

¶. 271.] *DLXIX.* Vat. C. p. 390. Plan. p. 60. St. 86. W. Nicandrum nobiliſſimos medicos pone ſe relinquere. — Παιήων. Vide not. ad Ep. DXL. — Χείρων. Medicis annumeratur. Veterum loca collegit *Fabric.* in Bibl. Gr. T. I. p. 14. ed. *Harl.* et *Sprengel.* in Hiſtoria Artis medicae T. I. p. 76. ſqq. — V. 2. Verba ἄλλαχεν σύχος in membr. a recentiore manu ſunt addita.

DLXX. Vat. C. p. 445. Edidit *If. Voſſius* ad *Catull.* p. 42. *Reisk* in Anth. nr. 720. p. 143. inter Jenſian. nr. 70. — *Voſſius* addidit haec: „Accipi debet hoc diſtichon non de Alcaeo lyrico, ſed comico, in quem lepidum Philippi regis Epigramma habes ap. Plutarchum in Vita Flaminii. Eſt enim veriſimile, poëtam hunc incidiſſe tandem in manus Philippi, ab eoque tam diro ſupplicii genere excarnificatum interiiſſe.“ Haec ille minus perſpecte, ut jam dudum docuit *Schneiderus* in Anal. crit. p. 10. Alcaeus ille, quem Philippus Epigrammate petivit, diverſus a comico, nec eo ſupplicio periit, quod in hoc noſtro diſticho commemoratur, ſed cruci affixus. Sed de his diſputabitur in Hiſtoria crit. Epigramm. v. *Alcaeus.* — V. 1. Ἀλκαῖος *Jenſ.* — V. 2. βάφανος. Nota raphanismi poena. V. *Kuſter.* ad *Suid.* in βαφανίς. T. III. p. 253.

DLXXI. Ex *Photii* Biblioth. Cod. CLXXXVI. relatum in Append. Plan. p. 534. St. 29. W. Attigit hoc Epigr. *Salmaſius* ad *Solin.* p. 597. ut doceret, Homeri carmina a cyclicis fuiſſe discreta; *D. Heinſius* in Not. ad Horat. p. 140. et *Heynius* ad *Apollod.* T. IV. p. 937. Hic docet, Apollodorum mythos eo conſilio collegiſſe, ut uno volumine proponeret compendium eorum mythorum, qui a poëtis eſſent maxime frequentati, inprimis qui in Cyclo mythico occurrerent; eundem tamen multa attexuiſſe, in aliis poëtis, etiam in tragicis et lyricis obvia; id quod vel ex noſtro Epigrammate

prodit. — V. 1. αἰῶνος. Hunc verſum ſic exhibuit *Salmaſius*: αἰώνων σπειρήματ' ἀφυσσάμενος παρ' ἐμεῖο, ut et hiatum vitaret et metrum, in fine vacillans, fulciret. Idem cur αἰώνων prae vulgata αἰῶνος probaret, cauſam idoneam non video. Nec reliquas ejus emendationes in ejusmodi praeſertim poëta neceſſarias judico. In ἀφυσσάμενος poſtrema ſyllaba vi caeſurae producitur. Junge σπείρημα παιδείης αἰῶνος. *orbem* i. e. *complexum eruditionis temporum*. Quod alii κύκλον appellant; id noſter doctiori vocabulo σπείρημα dixit, quod vocabulum de armillis crura ambientibus uſurpavit *Archias* Ep. V. καλὸν σπείρημα περισφυρίοιο δράκοντος. De ſerpentum voluminibus *Aeſchyl.* in Choëph. 246. ἐν πλεκταῖσι καὶ σπειράμασι δεινῆς ἰχίδνης. et ſic paſſim apud alios. Qui translate adhibuerit eo ſenſu, quo hic eſt poſitum, nondum inveni. — V. 3. ἐμβλέπε, ut fabulas cognoſcas, non opus eſt, Homericas chartas inſpicias aliosve poëtas, „V. 3. libri omnes Ὁμηρείην, quod reponendum. Cf. Antip. Theſſ. Ep. XV. alius quidem argumenti, ſed in quo eadem ſententia.“ *Br.* In Anal. Ὁμήρειον exhibetur. — Ὁμηρείην. Formam graecam latini quoque receperunt. Anth. Lat. II. 182. p. 357. *Homeraco non minor ore fluit*, ſive potius *Homerco*. *Priapeia* Nr. LXIX. *Homereas edidicique notas*. — V. 4. μελογεραφίην. poëtas lyricos. — V. 5. κυκλίων πολύθρουν στίχον. plurima illa cycliorum carmina. De cyclicis vide ad *Callimach.* Ep. I. *Polliani* Ep. I. — V. 5. εἰς με γὰρ ἀθρῶν. *Salmaſ.* et *Heinſ.*

DLXXII. Vat. C. p. 269. Edidit *Vavaſſor* in Libro de Epigr. c. XVI. p. 123. *Luc. Holſten.* in Not. ad *Steph. Byz.* p. 78. *Fabricius* in Bibl. Gr. T. II. p. 684. ed. vet. *Martinus* ex Cod. Bibl. Barberinae, in Epiſt. T. I. p. 186. *Reiske* in Anth. nr. 615. p. 93. Praecedit in membran. Ep. *Meleagri* CXXVII. Noſtrum autem lemmate inſtructum hoc: τοῦ αὐτοῦ Μελεά-

γρου. Εἰς τὸν αὐτὸν Μελέαγρον τὸν Ἐπιγραμματοφόρον· οὗτος ὁ Μελέαγρος ἐν Κῷ τῇ νήσῳ καταγηράσας ἐτελεύτησεν. Hoc Epigramma igitur eodem jure Gadareno poëtae tribui poterit, quo duo illa, quae *Brunckius* retulit inter ejus Carmina nr. CXXVI. CXXVII. — V. 2. δεξαμένη. Vat. a pr. man. et sic *Martin.* Eadem diversitas est v. 3. in θρεψαμένη, ubi in membr. item α superscribitur. Hic versus ap. omnes mendose legitur, quorum errores repetere nihil attinet. Quum in membr. v. 4. κἀμὲ legatur, in praecedenti hemistichio participium vitiosum est visum. Hinc in Apogr. Guyeti margo; θρέψην ἐμ' ἡ Κῶς, idque exhibuit *Vavassor*, ap. quem tamen vitiose τρέψιν legitur. *Reiskius* ingenium suum secutus, scripsit: ἡ καὶ Δία θρεψαμένη κ. κἀμέ. *Cos illa, quae ipsum aluit Jovem.* ingeniose et eleganter. Sed unde noverat Jovem, in insula Co nutritum et educatum esse? De hac fabula si constaret, non dubitarem de emendationis veritate. *Sladus*, cujus emendationes ad *Holstenii* Apogr. penes *Pavonem* erant, conjecerat: εἰς γῆρας δ' ὅτ' ἔβην λυγρὸν διέτρεψε μὲν ἡ Κῶς, quod nemo facile probabit. — V. 4. κἀμέ. Vat. quod, praecedente hemistichio in mendo cubante, mutari non debebat. — V. 5. εἰν ὀλίγοις. *inter paucos*, ut latini loquuntur. *Reiskius* cum in Apogr. Lipsi. εἰν ὀλίγαις inveniisset, dedit εὐκολίδες. αἱ τῆς εὐκολίας ποιητικαὶ ap. *Hesychium.* Musas intelligens, quae uberem largiuntur venam poëticam, vel ingenium moresque hominum feros esse non sinunt. — V. 6. „Μενιππείοις. Sic recte emendavit Holstenius. In Cod. scriptum μελιππείοις, non μελιττείοις, ut perperam edidit Fabricius. Illud de Homero intelligendum esset.“ *Br.* De *Homeri* carminibus accepit hanc lectionem *Salmas.* ad Solin. p. 607. B. Vir doctus in Apogr. Ruhnk. cogitabat de Milesiis fabulis; inepte. Fons emendationis Holstenianae, quam et *Martinus* exhibuit, est in Ep. *Meleagro* tribu-

to CXXVII. ὁ σὺν Μούσαις Μελέαγρος Πρῶτα Μενιππείαις συντροχάσας χάριτας. De *Charitibus Menippi* diximus in Prolegomenis. §. 11. p. XXXVII. fq. Earum firmis argumentis hanc emendationem impugnavit *Reiskius*, cui unice placebat fuum inventum: μελιττείαις. Caeterum palmariam fuam emendationem nondum invenerat *Holſtenius*, quum ſcriberet Notam ad *Steph. Byz.* v. Μελήτου κόλπος p. 203. ubi μελήτειοι χάριτες laudans de Homerica poëſi interpretatur.

DLXXIII. Vat. C. p. 269. Εἰς τὸν σοφὸν Μελέαγρον τὸν τοὺς στεφάνους τῶν ἐπιγραμμάτων πλέξαντα, τὸν υἱὸν Εὐκράτους τοῦ Γαδαρηνοῦ. Edidit *Holſten.* ad *Steph. Byz.* p. 78. *Fabric.* Bibl. Gr. T. II. p. 684. (T. IV. p. 417. ed. *Harl.*) *Martin.* Epiſt. T. I. p. 186. *Reisk.* Anth. nr. 614. p. 93. — V. 1. τὸν σὺν ἔρωτι. Sic Ep. *Meleagri* CXXVI. Εὐκράτῃ Μελέαγρος, ὁ τὸν γλυκύδακρυν Ἔρωτα Καὶ Μούσας ἁλιχρῖς συστολίσας χάρισιν.

¶. 272.] *DLXXIV.* Vat. C. p. 389. Plan. p. 117. St. 170. W. Inepti verſiculi in Epicteti Enchiridion, quales multi reperiuntur in Codicibus in operum antiquitatis laudem et commendationem compoſiti. — V. 1. τὸν ἐπικ. Vat. C. τῷ ἐνὶ κ. Vulgo. — V. 2. καὶ οὐρ. Vat. εἰςαφίκοιο καὶ οὐρ. Plan. κενεῶνας, quae αἰθέρος πτυχαὶ vocantur ap. *Eurip.* Helen. 611. cf. Ejusd. Phoen. 84. Componit λαγόνας, γῆς κενεῶνας et γαστέρα ᾅδου *Euſtath.* ad Ιλ. β. 234. 18. Vocis κενεὼν de aëre uſurpatae exempla deſiderans *Stephan.* in Theſ. Gr. L. T. II. p. 120. A. noſtri loci immemor fuit. — V. 3. ἁλαφρίζειν. Vat. Sic Aldus invenerat in Codd. In Flor. pr. Ald. 1. 3. eſt ἁλαφρίζων.

DLXXV. Vat. C. p. 389. Plan. p. 117. St. 170. W. — V. 2. βιότοιο. *Proclus* Hymn. in Minerv. In Bibl. Liter. et Art. I. p. 49. v. 47. ᾧδε βιότῳ πλώοντι γαληνιόωντας ἀήτας. *Nonnus* Dion. II. p. 80. Εἰ δὲ τύχης ἐθέλεις ἐτεροίτροπα κύματα φεύγειν, Ποσθμιάων βιότοιο γαληναίοιο

πορείην. *Julian. Aeg.* Ep. XXXIX. σὺ δ' ἐν βιότοιο γαλήνῃ Πατρίδα καὶ κλῆρον σὸν προβέβουλας ἔχειν. — V. 4. περιωπήν. in alta coeli, unde vitam et res humanas deſpicere poſſis. — οὐρανίην ἀψῖδα. ex *Platon.* Phaedro p. 345. ubi Dii ἄκραν ἐπὶ τὴν οὐράνιον ἀψῖδα πορεύονται. ad quem locum reſpexit *Euſtath.* ad Ιλ. p. 456. 22. ὅτι καὶ οὐρανοῦ ἄντυξ ὥςπερ καὶ ἀψὶς εὕρηται τροπικώτερον. *Max. Tyr.* Diſſ. XVI. 9. p. 306. anima corporeis vinculis liberata διορᾷ καὶ λογίζεται τἀληθῆ αὐτά, θεοῖς καὶ θεῶν παισὶ συγγιγνομένη ὑπὲρ ἄκραν τὴν οὐρανοῦ ἀψῖδα.

DLXXVI. Vat. C. p. 313. ἄδηλον. In Plan. p. 289. St. 427. W. Epigrammatis ἰσοψήφοις *Leonidae Alexandrini* annumeratur. De qua re monuit *Salmaſius* ad *Simplic.* in Epict. p. 3. »In Anthol. Planudis adſcribitur Leonidae, qui poëta fuit longe antiquior Epicteto. [Fallitur V. D. *Leonidas* ille, qui ἰσόψηφα condidit, Neronis temporibus vixit.] Sed Planudem fefellit, quod in vetuſtiſſimo exemplari, unde Anthologiam ſuam decerpſit, praecedebat Leonidae diſtichon ἰσόψηφον. Ea de cauſa et ſequens hoc in Epictetum, quia ſine auctoris nomine fuit, non potuit, ut erat, ἄδηλον videri, ſed et auctorem invenit, beneficio monachi.« Laudat hoc diſtichon *A. Gellius* II. 18. *Ejus Epicteti etiam de ſe ſcripti duo verſus feruntur: ex quibus latenter intelligat, non omnes omnimodis Diis exoſos eſſe, qui in hac vita cum aerumnarum varietate luctantur, ſed eſſe arcanas cauſas, ad quas paucorum potuit pervenire curioſitas:* Δοῦλος κ. τ. λ. Eadem dedit *Macrobius* in Saturn. L. I. XI. qui de ſuis addidit haec: *Habes, ut opinor, aſſertum, non eſſe faſtidio deſpiciendum ſervile nomen; cum et Jovem tetigerit cura de ſervo, et, multos ex his fideles, providos, fortes, philoſophos etiam extitiſſe, conſtiterit.* — V. 1. Ἐπίκλητος. Vat. σώματι πηρός. *Gell.* et *Macr.* Noſtrum eſt in Plan. πεφυϑὼς δὲ τὸ σκέλος ὑπὸ ῥεύματος dicitur ap. *Suidam* T. I. p. 817. Alii ab irato

domino crus ejus fractum esse tradebant. v. *Schweigh.* V. D. in Epict. Dissert. T. III. p. 186. et 130. Dixeris hunc vs. obversatum esse *Simplicio* in Comm. in Ench. 13. p. 103. ἀυτὸς ὁ ταῦτα λέγων Ἐπίκτητος καὶ δοῦλος ἦν καὶ τὸ σῶμα ἀσθενὴς, καὶ χωλὸς ἐκ νέας ἡλικίας, καὶ πενίαν ἀκροτάτην ἐπετήδευσεν. — V. 2. φίλος ἀθανάτοις, vir probus et sanctus et propterea Diis carus. Εἰ δέ τις ἐστι καὶ ἀνθρώπους πρὸς θεοὺς ἐπιμιξία, ὁ μὲν εὐσεβὴς φίλος θεῷ. *Maxim. Tyr.* Diss. IV. 6. Minus recte *felicem* interpretatur *Graevius* in Lectt. Hesiod. c. III. p. 16. *Wetsten.* ad N. T. I. p. 286. haec verba eo retulit, quod paupertas bonae mentis soror appellatur. — ἀθάνατος. Vat.

DLXXVII. Ex *Philostrato* in Herodis Attici Vita p. 566. Epigramma Herodis, Marathone sepulti, tumulo insculptum. — V. 1. Ἀττικοῦ. Attici filius, ex nobili et opulenta familia. Cf. *Salmas.* ad Stat. Regill. p. 89. — οὗ τάδε πάντα. cujus hae omnes reliquiae hoc tumulo inclusae tenentur. Haud scio, an auctor distichi ad immensas illas divitias, quibus Herodes florebat, dum viveret, respexerit.

DLXXVIII. Protulit *Salmasius* in Notis ad Script. Hist. Aug. T. I. p. 449. ex vetustis membr. cum lemmate: Εἰς βιβλίον Μάρκου δακτυλικὰ τετράμετρα βραχυκατάληκτα. Inepti versificatoris foetus, quem tamen *Gatackerus* in Antonini Operibus repetivit. — V. 4. ἧς ὑπό. hujus operis beatissimo argumento doceberis gaudia et dolores praesentis, futuri et praeteriti temporis fumo nihil graviores esse. — ¶. 273.] V. 8. καπνοῦ. De rebus vanis et nihili illustravit *Spanhem.* ad *Aristoph.* Nub. 252. 319. 564.

DLXXIX. Vat. C. p. 229. Εἰς Μάρκελλον τὸν Σιδήτην ἰατρόν. Οὗτος ὁ Μάρκελλος τεσσαράκοντα βίβλους ἐν ἕξεσιν ἔγραψεν ἡρωϊκοῖς. Edidit *Kusterus* ad *Suidam* T. II. p. 498. hinc *Fabric.* in Bibl. Gr. T. XIII. p. 316.

Reisk. in Anth. nr. 568. p. 73. Vixit *Marcellus*, quod et *Suidas* tradit l. c. et ex noſtro Epigrammate prodit, Adriano et Antonino imperantibus, et poema ſcripſit epicum de re medica libris XLII. Vide *Fabric.* Bibl. Gr. T. I. p. 15. ed. *Harl.* — Quaedam ex hoc Epigr. excitavit *Dorvillius* in Sicul. T. II. p. 578. — V. 2. κυδιστοισι. Vat. C. κυδιστου eſt in Ap. *Guy.* et *Rubnk.* Melius *Kuſter.* et *Reisk.* κυδιστοιο. — τετιμένου ἀθανάτοισιν referendum inprimis ad gratiam, qua apud Imperatores floruit. — V. 4. προφερέστατος *Kuſt.* contra Cod. fidem. — V. 7. ἤνεκεν. Vat. — V. 9. βίβλοις ἐν πίνυταῖς χειρωνίοις τεσσαράκοντα. Vat. C. in margine: δύο καὶ τ. *Kuſterus* δυοῖν καὶ τ. Noſtrum eſt in Ap. *Rubnk.* et *Guy.* Lectioni, quam contextus membranarum praeſtat, favet lemma, ubi *Marcellus* nonniſi XL. libros edidiſſe dicitur; idque aliis quibusdam argumentis firmare conatus eſt *Reiskius*; marginis lectioni favet *Suidas*: Μάρκελλος Σιδήτης, ἰατρός, ἐπὶ Μάρκου Ἀντωνίνου· οὗτος ἔγραψε δι' ἐπῶν ἡρωϊκῶν βιβλία ἰατρικὰ MB. Etiam *Eudocia* eum δύο πρὸς τοῖς τεσσαράκοντα libros reliquiſſe ait.

DLXXX. Anth. Plan. p. 376. St. 515. W. Protulit *Fabric.* in Bibl. Gr. T. VI. p. 21. ed. *Harl.* *Bandini* in Catal. Bibl. Laur. T. II. p. 596. In Ariſtidis Smyrnaei laudem, quem cum Demoſthene et Thucydide componit *Thomas* in Ep. T. III. p. 125. In noſtro tetraſticho fidem facere dicitur iis, qui Homerum Smyrnaeum dicant. Similiter *Aeneas Gazaeus* Epiſt. XVIII. ἔστω Σμυρναῖος Ὁμήρος, Ἀριστείδης κοινωνείτω τῆς φιλοτιμίας. — V. 3. „In duobus Planudeae Codd. et Flor. edit. φασὶν γὰρ πᾶσαι. Vulgo φασὶ γὰρ πᾶσαι, quod contra metrum. Prius reponant, quibus non placuerit mea emendatio.“ *Br.* φασὶν ἅμα πᾶσαι habet Cod. Bandini.

DLXXXI. Plan. p. 369. St. 507. W. In Vita Oppiani, quam ex Mſc. Palatino edidit *Rittershuſ.* in

Prolegg. — Oppianus in Carmine de Piscatura piscium genera componens egregias lectoribus epulas apposuit. ὄψον de piscibus praecipui dici satis notum. Cf. *Casaub.* Anim. in *Athenae.* L. VII. 2. p. 476.

¶. 274.] *DLXXXII.* Servavit Anonymus, qui *Oppiani* vitam scripsit; οἱ δὲ πολῖται θάψαντες αὐτόν, ἄγαλμα πολυτελὲς αὐτῷ ἀνέστησαν καὶ ἐπέγραψαν τάδε· Ὀππιανός κ. τ. λ, et in tribus aliis Vitis ex Codd. Palatinis a *Rittershusio* editis. Ex Cod. idem profert *Bandinus* in Catal. Bibl. Laur. T. II. p. 587. et *Muratori* in Thesauro Inscriptt. p. DCCXXVII. 1. — V. 1. In Ὀππιανὸς penultima corripitur, ut in Κλαυδιανός. Ep. ἀδοσκ. DLXXXIX. et in Ἰουλιανὸς passim. — Pro εἶλον nonnulli ἔσχον. — ἀφιδῶν sive ἀκιδέων alii. ἀτίμητον ed. Flor. — Μοῖρας. alii. Ap. Pandinum totus versus sic habetur: Ὀππιανὸς κλέος εἶλεν, ἀλλὰ μὲν Μοῖρα. — V. 2. ἐξέπαυσε plurimi. — κρυερὸς ἀΐδης τε. in una Vitarum *Rittersh.* et *Bandin.* alia κρυερὸς δ' ἀ. τε. et κρ. δ' ἀ. με. — V. 3. desideratur in Cod. Band. — In duabus Vitis κατέσχεν εὖ. — ὑποφήτης. *Murat.* — V. 4. 5. ζῶ μίμνων φθ. αἰνὸς Ἤθελεν, οὐκ ἄν μοι τις ε. γ. ἔλαχε. Cod. Palat. unus. In altero: χρόνον μίμνειν φθόνος αἰνὸς εἴασεν· Οὐκ ἄν μοί τις ἴσον κλέος ἔλαχεν ἐν χθονὶ φωτῶν. Et sic etiam *Muratori.* In Cod. Band. Εἰ δὲ πολλὸν μὲν μίμνειν ἐπὶ χθονὸς φθόνος αἰνὸς Ε. οὐκ ἄν τις ἴσον κλέος λάχεν ἐν χθονὶ φ. Ad posterius distichon *Rittershusius* comparavit Epigr. *Asclepiadis* XXXV. εἰ δ' Ἀΐδας μοι Μὴ ταχὺς ἦλθε, τίς ἂν ταλίκον ἔσχ' ὄνομα.

DLXXXIII. Plan. p. 346. St. 485. W. „Male vulgo in Planudea v. 2. ἴατρε et v. 3. μετάμειψον. Utrumque compellat Hippocratem et Sosandrum ἰατροὺς κρυερῆς ἀκεστορίης, quos invicem aut nomina, aut artem permutare jubet, unde μεταμείψατ' omnino scribendum erat, quum, ut ἰητροὶ ἐπώνυμοι essent, Hippocrates equis, Sosander hominibus mederi debuisset. Lemma

etiam male conceptum, quod esse debet: Εἰς Ἱπποκράτην καὶ Σώσανδρον. " *Br.* Cl. editoris emendationes mente occupasse videtur *Grotius*, qui sic vertit:

Hippocrates, tutela virûm, Sosander equorum,
Arcanos aperit queis medicina sinus,
Alter in alterius nomen migrate vel artem,
Iste nec usurpet voce quod ille facit.

DLXXXIV. Ex *Rich. Chandleri* Inscriptt. antiq. p. 56. Scriptum est in Dexippum Atheniensem, historicum. Floruit is Aureliano et Probo imperantibus, teste *Eunapio*. Vid. *Vossium* de Hist. Gr. II. 16. Praeter alios libros, in quibus veterum temporum repetebat memoriam (τὰ ἐκ βίβλων ἀναλέξας), etiam *Scythica* scripsit, sive de bellis Scytharum et Romanorum, quibus ipse Dexippus interfuerat. Cf. *Casaubon.* ad Scr. Hist. Aug. T. I. p. 1002. — V. 5. Partem eorum, quae narrat, ipse vidit, alia ex aliorum libris collecta tradidit. — παντοίην ἱστορίης ἀτραπόν. Similiter *Philetas* ap. *Stobae.* p. 343. *Grot.* ἀλλ' ἐτέων εἰδὼς κόσμον καὶ πολλὰ μογήσας, Μύθων παντοίων οἶμον ἐπιστάμενος. et *Pindar.* Isth. IV. 1. ἐστί μοι θεῶν ἔκατι Μυρία παντᾷ πίλνθος. Neme. VI. 75. πλατεῖαι πάντεθεν λογίοισιν ἐντὶ πρόσοδοι. — V. 7. νοῦ ἄπο μυρίαν ὄιμαν ἐκτείνας. qui omnem mentis aciem intendens vetustatis res gestas didicit. ὄιμα ψυχῆς dixit *Plato* Polit. VII. p. 488. B. *Heliodor.* II. 25. τοῖς σώματος ὀφθαλμοῖς πρὸς τῆς ψυχῆς ἀντιστήτας. *Themist.* II. p. 29. A. τὰ ὄμματα τῆς διανοίας. — V. 9. τὴν ad φήμην referendum videtur. Fama Dexippi per omnem Graeciam illustris, quam ei recens laus, historicis operibus comparata, genuit. — V. 12. μεφήναντα θῆκαν. patri statuam posuerunt.

¶. 275.] *DLXXXV.* Plan. p. 346. St. 486. W. In Oribasium, medicum, quem alii Sardianum, alii

Pergamenum faciunt, Juliani Imperatoris amicum. Ejus opera, in quibus veterum medicorum ſcripta adhibuit, recenſet *Suidas* T. II. p. 711. et *Photius* in Bibl. Cod. CCXVI. ſqq. Conf. *Fabric.* Bibl. Gr. T. XIII. p. 353. IX. p. 451. XII. p. 640. ubi hoc Epigr. cum ſequente excitatur. — V. 1. Oribaſius dignus pietate ſive amicitia, quam Julianus in eum declaravit, ſtatuam ei ponendo. Eſt inter Epiſtolas *Juliani* una ad Oribaſium, unde, quanti hunc virum fecerit, intelligitur. — V. 3. οἷα μέλισσα. *Leonid. Tar.* LXXXI. νεάσιδον ἐν ὑμνοπόλοισι μέλισσαν Ἡρίννην, Μουσῶν ἄνθεα δρεπτομένην. ubi vide not. T. I. P. II. p. 136. Ad diligentiam, qua Oribaſius ingens opus τῶν συναγωγῶν congeſſit, referenda haec.

DLXXXVI. Vat. C. p. 388. Plan. p. 59. St. 85. W. In 1. vſ. antiquiores edd. omnes Ὀρειβασίοιο exhibent, praeter Aſcenſ. ubi eſt Ὀρειβασίου, quod *Steph.* recepit. — δειμαίνουσα. Similiter Magnum medicum timuiſſe dicitur Pluto ap. *Lucill.* Ep. CXXIV.

DLXXXVII. Vat. C. p. 387. cum lemmate: Εἰς τὴν ἱστορίαν Φιλοστοργίου τοῦ ἐκ Καππαδοκίας, Εὐνομιανοῦ. unde *Eunomiano* tribuitur ap. *Reisk.* in Anth. nr. 699. p. 133. inter Jenſian. nr. 49. Lemmatis auctor indicare voluit, ni fallor, hoc diſtichon, in *Philoſtorgii* laudem conſcriptum, *Eunomianum* auctorem habere, i. e. hominem ex *Eunomii* ſecta, cui *Philoſtorgium* quoque ita adhaeſiſſe conſtat, ut totam fere hiſtoriam ſuam in *Eunomii* gratiam ſcripſiſſe videretur. Hoc et ſequ. carmen edidit *Godofredus* in Prolegom. ad *Philoſtorg.* Hiſtor. Eccl. p. 17. et 23. qui prius diſtichon hominis catholici eſſe putans, cui Eunomiano proprium nomen, ἐτάλασσ' ἀθέου legit. Philoſtorgium catholicis inviſum fuiſſe, quippe quem θεομισῆ paſſim appellant, ſatis conſtat; ſed hujus diſtichi auctor eum laudare voluit. Refutavit *Godofredum Jo. Pearſonius* in not. ad Symbol.

Apoſt. p. 309. — V. 2. ὑφῃνάμενος. Sic Ep. Addenda. CCCLXXIII. Thucydides ἱστορίης ἐπιμηχόρον ἦθος ὑφαίνων. *Alcae. Meſſ.* Ep. VII. piſcatores ἐκ Μουσέων γρῖφον ὑφῃνάμενοι.

DLXXXVIII. Vat. C. p. 387. Εἰς τὴν αὐτὴν τοῦ αὐτοῦ Φιλοστοργίου τοῦ Ἀρειανοῦ καὶ πάσης κακίας πεπληρωμένην· οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἱστόρησεν ἢ ψόγον τῶν ὀρθοδόξων. Ducta ſunt haec ex *Photii* Bibl. Cod. XL. de Philoſtorgio: ἐξαίρει τοὺς Ἀρειανίζοντας ἅπαντας· λοιδορίαις πλύνει τοὺς ὀρθοδόξους, ὡς εἶναι τὴν ἱστορίαν αὐτοῦ μὴ ἱστορίαν μᾶλλον, ἀλλ' ἐγκώμιον μὲν τῶν αἱρετικῶν, ψόγον δὲ γυμνὸν καὶ κατηγορίαν τῶν ὀρθοδόξων. Hiſtoria Eccleſiaſtica Philoſtorgii XII. libros complectitur, quorum primae literae conjunctae auctoris nomen efficiunt. Hinc lux Epigrammati noſtro. Ejusmodi luſus exempla laudat, Philoſtorgio non omiſſo, *Menagius* ad *Diog. Laërt.* V. 93. p. 227. — V. 2. τούτους α. λόγους. Vat. C. quod in Ap. Guy. emendatum. *Reiske* συνέγραψα τοσούτους ex conjectura. Noſtrum habet etiam *Godofredus.* — V. 3. εἶπεν ἰφ. Vat. εἶτ' ἐν ε. *Godofr.* εἶπέ τ' ἰφ. margo Apogr. Guy. εἶτ' ἐνοφιξῆς. *Reisk.*

DLXXXIX. Habetur in *Smetii* Inſcriptt. fol. LXX. ap. *Gruterum* p. CCCXCI. *Barth.* Adverſ. L. XLIX. 19. p. 2320. *Gyraldus* in Opp. T. II. p. 259. A. *Joſ. Caſtalio* in not. ad *Rutilii* Itiner. I. 420. Fuſe de hoc diſticho egit *Hagenbuchius* in Epiſt. Epigr. p. 53. et p. 79. ſqq. *Bonadas* Anthol. p. 420. Eidem marmori, ubi hoc diſtichon legitur, inſculpta ſunt quaedam latina, unde intelligitur, Imperatores Senatu petente ſtatuam in foro Divi Trajani Claudiano erigi collocarique juſſiſſe. — V. 1. Claudiani ſtatuam hic ponentes in uno ſimul Virgilium et Homerum poſuerunt. Similis color in Ep. in *Virgilium* in Anth. Lat. L. II. CLXXIII. p. 351.

Maeonium quisquis Romanus nescit Homerum,
Me legat, et lectum credat utrumque sibi.

Κλαυδιανόν. *Marlianus* ap. *Graevium* in not. ad *Gruteri* Κλαυδιανῷ contra Marmoris fidem.

¶. 276.] *DXC.* Vat. C. p. 390. cum hoc lemmate: Εἰς βίβλον τακτικὴν Οὐρβικίου ἀπὸ ὑπάτων· ἣν δὲ ἡ βίβλος πόνημα Ἀδριανοῦ βασιλέως· ἤ, ὡς ἄλλαι τινές, Τραϊανοῦ Καίσαρος. Edidit *Salmaſius* ad Script. Hiſt. Aug. T. I. p. 83. *Reiskius* in Anthol. nr. 684. inter Jenſian. nr. 33. Cf. *Grotium* in Mantiſſa Quarta T. III. p. 424. Ex hoc carmine intelligitur, Hadrianum Imperatorem Tacticorum libro, qui in eo laudatur, in bellis fuiſſe uſum; deinde, cum forte in oblivionem abiiſſet, eundem ex tenebris fuiſſe erutum tempore Anaſtaſii, iterumque in rebus bellicis uſum praeſtitiſſe. Plura ex lemmate diſcimus, quod antiqua manu ſcriptum in Codice. Opus illud Tacticorum Hadrianum habebat auctorem aut Trajanum, ut alii; certe ad hos Imperatores referebatur. Poſteaquam poſt longam oblivionem iterum ab hominibus tractari coepit, Orbicio tributum eſt, quem Anaſtaſio imperante vixiſſe credere licet. Id propterea factum eſſe exiſtimat *Salmaſius*, quod Orbicius illum librum denuo ediderit, multis additis, quae poſt antiquiorum illorum ducum tempora in arte militari inventa eſſent. Quae ſententia tam probabilis eſt, tamque egregie cum noſtro Epigrammate conſpirat, ut *Reiskium* miter, qui, in conjecturae gratiam, Orbicium Hadriano ſive antiquiorem ſive aequalem ſtatuit, in lemmate autem non πόνημα, ſed κτῆμα, ſive, quod ei magis etiam arridebat, ἀκρότημα (opus ab Imperatore ſaepe tritum otiique oblectamentum) legendum cenſet. Sic nihil eſt, quod a conjecturis tutum videri poſſit. In ed. Jenſii legitur εἰς βίβλον ἰατρικὴν Ὀρβιλίου. V. 1. ἐγκόμενα βίβλον. Vat. C. Noſtrum margo Ap. Guy. offert; id-

que nec *Reiskio* displicuit, qui in contextu tamen dedit: δέρκεό με πρ. κ. ἐγκύμονα βίβλον. — V. 3. ἀεργίη. negligentia otiosorum hominum eum in oblivionem adduxit. — V. 6. κάμπτος. *Jens.* qui καμάτους emendavit. — V. 7. Quae sequuntur omnia ad Byzantinorum cum barbaris bella referenda sunt. — V. 10. πετρήων δ' ἰφ. Vat. C. a pr. m. ἀλυσκάζοντον. *Jens.* qui id emendavit. — Isauri montanus populus. — V. 11. Ἀναστασίου. *Jens.* τελέσσω idem quod θήσω. Effeciam, ut omnia Anastasii subjiciantur imperio. Sine causa idonea *Reiskius* τελέσσω dedit.

DXCI. Vat. C. p. 388. Plan. p. 96. St. 140. W. Inepti versiculi in *Nonnum* Panopolitanum, poëtam. — V. 2. φωνήεντι. Vulgo. Nostrum est in membranis. Gloriatur Nonnus, se Gigantum proelia cecinisse; jam, cum poëtae ea, quae celebrant, ipsi efficere dicantur, Gigantas se perdidisse ait, ἔγχεϊ φωνήεντι, hastâ, non vera, sed vocali. — ἤμησα. Verbum ἀμᾶν hoc sensu usurpatum illustravit *Valckenar.* in Diatr. p. 225. C. *Mezere* ap. Latinos *Drakenb.* ad *Silium.* X. 146. *Burmann.* ad *Val. Flacc.* III. 670. Pro *amputare* dixit *Sophocl.* in Philoct. v. 749. ἀπάμησον ὡς τάχιστα· μὴ φείσῃ βίου. Novissimum vocabulum mihi quidem a Philoctetis mente alienum videtur; quippe qui doloribus liberari cupit, non vita privari. Quare vide an legendum sit: μὴ φείσῃ βίας. i. e. μὴ πεφεισμένως πλήττε, ἀλλὰ πάσῃ δυνάμει. — Ceterum hoc distichon falso nonnulli de peculiari *Nonni* carmine acceperunt in Gigantum bella conscripto. Intelligenda est potius pars Dionysiacorum, quae Typhoëi pugnam complectitur. Vide *Fabr.* Bibl. Gr. T. VIII. p. 603. sq. ed. *Harl.*

DXCII. Multi exhibuerunt. *Reinef.* in Syntagm. Inscr. p. 610. *Fabretti* p. 301. *Fleetwood.* p. 199. *Marmora Oxon.* p. 111. ed. nov. *Fabric.* Bibl. Gr. T. IV. p. 617. ed. *Harl.* *Bonada* II. p. 540. sq. *Grotius*

in Mantiſſa T. III. p. 420. *Claudius Agathemerus*, medicus Lacedaemonius, occurrit in *Vita Perſii*, ſi vera eſt *Reineſii* emendatio, ſic reponentis pro *Agaserno*, in Epiſt. ad Hofmann. p. 538. — V. 3. ἶσα. *Marm.* quod pro ἶσα accipiebat *Reineſius*, *pariter*, *ex aequali parte*, *ex dimidia* explicans. — V. 4. μετ' εὐσεβέων. *Virgil.* Aen. V. 733. *non me impia namque Tartara habent, triſtes umbrae; ſed amoena piorum Conſilia, Elyſiumque colo.* Anthol. Lat. T. II. p. 10. *Non ego Tartareas penetrabo triſtis ad undas, Non Acherontéis transvebar umbra vadis.* — Claudius, medicus, occurrit in Inſer. ap *Bonadam* II. p. 379. et in Muſeo Veron. p. 314.

DXCIII. Apud *Gruterum* p. DCXXXIV. *Boiſſard.* T. IV. 136. *Urſin.* Imag. p. 98. *Fleetwood* p. 207. *Fabric.* Bibl. Gr. T. XIII. p. 90. *Gampert.* in Fragm. Aſclepiad. Bith. p. 9. In tumulum Aſclepiadis et Veri, ejus filii. Nihil aliunde de hoc homine conſtat, niſi quae ſubſcriptio docet: Α. φοντείω φορτι Ἀσκληπιάδῃ τῷ γένει Ἐφεσίῳ, βιώσαντι ἔτεσιν Μ, μησὶν Β, ἡμέρ. ΚΕ, ὥρ. Ζ. Ἐγνάτία Βρισηὶς σύμβιος, μνήμης χάριν. — ¶. 277.] V. 3. ἰδάδε Σεβήρου tentabat *Kulenkamp.* in not. mſt. — V. 4. ΩΣ ΕΠΕΙΕΛΑΕ φίλοις. Vulgo. Sed apparet, deſcriptorem ΑΔ pro ΛΑ poſuiſſe, et veriſſimam eſſe emendationem ΕΠΕΤΕΛΑΕ φίλοις.

DXCIV. Vat. Cod. p. 388. Μαρίνου Νεάπολ. τοῦ καὶ διαδόχου τῆς σχολῆς Πρόκλου τοῦ φιλοσόφου ἐν Ἀθήναις. Plan. p. 118. St. 170. W. Poëta gratulatur Proclo, quod Marinum, disciplinae ſuae decus et ornamentum, poſt ſe reliquerit, qui ejus deſiderium inter homines leniret et magiſtri memoriam, vita ejus conſcripta, ad omnem poſteritatem propagaret. De *Marino* conſul. *Suidas* T. II. p. 497. et *Fabric.* Bibl. Gr. T. VIII. p. 463. — V. 2. βρέτας eſt *ſimulacrum* Dei. Marinus igitur omnium Deorum vivum et ſpirans ſimulacrum, Procli disciplina formatum. Sic paſſim philoſophi

Themiſt. Or. I. p. 9. P. ſuadet Imperatori τὴν αὑτοῦ ψυχὴν εἰκόνα θεοῦ κατασκευάσασθαι; hoc philoſophum curare, magis autem in Imperatoris eſſe poteſtate: ὅστις δὲ ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους καὶ δύναται τὰ ἀγαθὰ καὶ προαιρεῖται, οὗτος ἄγαλμα τοῦ θεοῦ ἀκέραιον. Ut hîc ἔμψυχον βρέτας, ſic βασιλεὺς ἔμψυχος νόμος apud Pythagoreos. Cf. *Diotogen.* ap. *Stobae.* in Flor. XLVI. p. 329. 47, ubi (p. 330. 10.) juſtitiam adminiſtrare et ſuum cuique tribuere οἰκεῖον βασιλέως dicitur, ὅστερ θεὸν ἐν τῷ κόσμῳ, ὦ ἡγεμών τε καὶ προστάτας ἐστί. Sic haec integranda videntur, ubi vulgo θεῷ habetur, et ὦ omittitur. In eodem loco mox delendae voculae καὶ τὰ ante κατὰ, unde ortae ſunt. Ibidem: ὁ βασιλεὺς ἀρχὴν ἔχων ἀνυπεύθυνον, καὶ αὐτὸς ὢν νόμος ἔμψυχος, θεὸς ἐν ἀνθρώποις παρεσχημάτισται. Cf. *Themiſtium* Or. V. p. 64. B. — ἔτι. Vat. C. — V. 3. βοηθῶν. Vat. — V. 4. ἀντί, tuo loco, o ſanctum caput, illum tu nobis reliquiſti animorum medicum. — V. 5. θεοσεπτία. Ed. Flor. pr. Ald. 1. 3.

DXCV. Ex *Bandini* Catalog. Codd. Bibl. Laurent. T. III. p. 129. Scriptum in Paulum Aeginetam eum, cujus VII. de re medica libri extant. — V. 1. πολλὰ μογήσας. Vide not. ad *Philetae* Fragm. IV. T. I. P. I. p. 389. ſq. — βίβλου ἑνὶ σχεδίῃ. omnem medicorum artem in uno volumine comprehendi.

DXCVI. „Penes me eſt Cod. Mſt. bonae notae, in quo praeter alia Baſilii extant Naumachica, quae Fabricius edidit Bibl. Gr. T. VIII. p. 136. inde carmen hoc emendatius, quam apud illum legitur, protuli.“ *Br.* — V. 1. δεδιδαγμένοι. *Fabr.* Participium cohaeret cum verbis ἥρπησας et ἐξενάριξας v. 6. Tu, qui Romanorum ſapientiae opera et omnem rem militarem ex hiſtoricorum ſcriptis didiciſti, et ab Auguſtis exercitui praepoſitus, Chambdan ſuperaſti et Arabes deviciſti. — V. 2, male ap. *Fabr.* diſtinguitur παρατάξεις, ὁπλιτῶν πτύλεων. ſicuti haec verba laudat etiam *Albert.* ad *Heſych.* v. πτυ-

Mus. T. II. p. 1065. — V. 6. ἐξεναρίξεις. *Fabr.* Καμβδάν. Ducem Arabum fuisse ex hoc loco verisimile fit; an alibi occurrat, ignoro. *Basilium* quendam invenio Protospatharium, qui circa ann. Chr. 956. multa praeclare gessit contra Arabas in Italia inferiore et Sicilia, ubi Arabum ducem, *Ammar* sive *Ebn Ammar*, magno proelio fudit. De *Basilio* conf. ad *Ep.* ad. CCCLXI. — V. 7. δεδαήμεναι. Si rei navalis peritus fieri cupis. Cum genitivo *Apollon. Rhod.* L. I. 147. Κάστορά τ' ὠκυπόδων ἵππων δεδαημένον ἦτορ. — V. 8. εὐκλεὲς ἄμφασαι. *Fabr.* — ¶. 278.] V. 9. κατ' αἶσαν. ita ut par est i. e. diligenter. — V. 10. σοῖσιν. *Fabr.* — V. 11. βασιλεὺς πεδίου Κρήτης. Cretam insulam Arabes occuparunt duce Abu Caab, anno Chr. 823. Vid. Scriptor. post *Theophanem* L. II. p. 46. sqq. *Cedren.* p. 506. sq. Hanc insulam eorum manibus eripuit Nicephorus Phocas anno Chr. 960. Cf. *Meursii* Cretam L. III. c. 7. — V. 12. Καρχηδονίων. Etiam hoc de Arabibus accipiendum videtur, qui tum omnem illam oram tenebant, quae olim in Carthaginiensium potestate fuerat.

DXCVII. Vat. C. p. 426. Εἰς γνωστικόν. Edidit *Reisk.* in Anthol. nr. 660. p. 115. inter Jensian. nr. 9. cum lemmate εἰς γνωστικούς. — V. 1. θεός. correxit *Bernard.* in Epist. ad Reisk. p. 506. nescio qua causa commotus, nec in quem sensum. — V. 2. φεγγοφεγγέα. splendorem sapientiae homines illustrantem. — V. 3. ἀπαυγάσσουσαν ἑαυτούς. Vat. C. *Brunckius* recepit lectionem, a margine Apogr. Guyet. oblatam. ἀπαυγάζουσαν ἑαυτοῖς. emendavit *Rubnken.* in Epist. crit. p. 117. ἑαυτῶν in mentem venit *Bernardo* l. c. Facile in his versibus recentiorum Platonicorum orationem agnoscimus.

DXCVIII. Vat. C. p. 388. Edidit *L. Holsten.* ad *Stephan. Byz.* v. Ἀναζάρβα. p. 34. qui tradit de Asclepiade, Anazarbae cive, libri περὶ ποταμῶν aliorumque multorum auctore. In nostro disticho laudantur τὰ κάρηα

Ἀναζαρβοῦ i. e. origines Anazarbae. Anth. *Reisk.* nr. 701. p. 133. inter Jenſiana nr. 51. — V. 1. Ἀσκληπιάδης. Vat. C. in quo nomine metri vitium pronuntiatione emolliendum eſſe cenſet *Reiskius*. Qui, quod apud *Holſtenium* Ἀσκληπιὸς legi ait, fallitur. In eodem nomine aberrarunt librarii in *Sophocl.* Philoct. v. 1333. καὶ τῶν πάρ' ὑμῖν ἐντυχὼν Ἀσκληπιαδῶν, ubi *Toup.* Emend. in Suid. p. 110. Ἀσκληπιῶν repoſuit, idem eſſe Ἀσκληπιὸς et Ἀσκληπιάδης contra *Heathium* affirmans in Praefat. ad P. III. Emend. in Suidam. cujus rationibus ſubſcribit *Musgravius*; quem conf. ad *Euripid.* Suppl. v. 715. — V. 2. Ἀναζαρβοῦ. Vat. In marg. Ap. Guy. *an* Ἀναζάρβα? Ἀνάζαρβος hanc urbem appellavit *Suidas* T. I. p. 163. Cf. *Eckhel.* Doctrin. Num. T. III. p. 41.

DXCIX. Vat. C. p. 226. Plan. p. 289. St. 427. W. In Gorgiam quendam Cynicum. — V. 1. Γοργίου ἡ κυνικοῦ. Sic recte optimus Planudeae codicum; vulgo omiſſus articulus." *Br.* In membr. Γοργίου ἡ κεφαλὴ κυνικοῦ. — V. 2. οὐκ ὅτι et ἀπὸ μ. Vat. C. Ut acumen hujus diſtichi recte percipias, tenendum, crebrius ſputum ejicere naſumque emungere, veteribus turpius fuiſſe viſum, quam nobis. De Perſis *Varro* ap. *Nonium* in *Siccus*: *Perſae propter exercitationes pueriles modicas eam ſunt conſecuti corporis ſiccitatem, ut neque ſpuerent, neque emungerentur.* *Xenoph.* in K. Π. *I.* 3. 16. αἰσχρὸν μὲν γὰρ ἔτι καὶ νῦν ἐστι Πέρσαις καὶ τὸ ἀπαντύσειν καὶ τὸ ἀπομύττεσθαι. Quod illi honeſtatis cauſa vitabant, Graeci Romanique raro feciſſe videntur, ne offenſioni eſſent aliis; exſpuere enim ſolebant, eum rem abominandam et averruncandam vidiſſent. Vide quae de hac re docte disputavit *Boettiger im Journal der Moden* 1798. Novbr. p. 611. ſqq.

DC. Plan. p. 376. St. 515. W. In laudem Calliſti rhetoris, quem poëta Mercurio, eloquentiae praeſidi, comparat. — V. 1. λογίῳ. *eloquenti.* ἔστι δὲ καὶ λόγιος

ὁ λόγου ἔφορος. *Thom. Mag. Liban.* Epiſt. LVII. Μούσαις γε καὶ πᾶσι λογίοις θεοῖς. *Ariſtides* Or. de Rhet. I, καλῶ δ' ἐπὶ τούτῳ τῷ τολμήματι καὶ Ἑρμῆν λόγιον. De Mercurio, *ſermonum Deo* (*Servius* ad Aeneid. II. 293.), vide *G. Cuperum* Obſſ. I. XI. p. 82. *Weſſten.* ad N. T. II. p. 543. *Wyttenb.* in Epiſt. crit. p. 37. Clarum oratorem Ἑρμοῦ λογίου τύπον vocat *Julian.* Orat. VII. p. 237. C. quae comparatio haud infrequens, ut exempla docent a *Creſollio* allata in Theatr. Rhetor. l. 9. Theſaur. Gron. T. X. p. 44. ſq.

DCI. Anth. Plan. p. 377. St. 515. W. Ludibrii cauſa hi verſus videntur ſcripti in Phyrmos, patrem et filium, rhetores, quorum vel ipſum nomen, a φυρμός, *confuſio*, derivatum riſui movendo aptum. *Brodaeus* auctorem expreſſiſſe putat verſum *Aeſchyli* in Agam. v. 292. φρυκτὸς δὲ φρυκτὸν δεῦρ' ἐπ' ἀγγάρου πυρὸς Ἔκπεμπε. neſcio quam vere. *Huetio* p. 35. in mentem veniebat ſcribere φίρμος με φίρμον, quo quid lucremur, non video. — πυρφόρος quo ſenſu h. l. ſit poſitum, minus apertum. πυρφόροι vocabantur in Lacedaemoniorum exercitu, qui ſacrum ignem portabant; hi bello inutiles, poſt proelium commiſſum, pone aciem ſe recipiebant. Vide *Weſſeling.* ad *Herodot.* p. 622. 80. Ad hos ſi reſpexit diſtichi noſtri auctor, rhetores ſignificare voluit, nomine tenus eloquentes, re ipſa ad forenſes illas pugnas inutiles. Vereor tamen, ne haec interpretatio argutior ſit, quam verior. Aliam tamen cauſam idoneam, cur rhetor *ignifer* appelletur, non video.

¶. 279.] *DCII.* „E DuCangii Gloſſario v. σωφέλιον. Vide *Fabricii* Bibl. Gr. T. IV. p. 376." *Br.* Habetur etiam in Argumento graeco Anonymi Panathenaïci Ariſtidis ed. Florent. 1517. Vide Menagiana ed. de la Monnoye. T. III. p. 73. Hunc luſum, quo Ariſtides ſeptem auditores habere dicitur, quatuor parietes ſcilicet et tria ſubſellia, apte comparavit *Menagius* ad

Laërtium VI. 69. cum dicto Diogenis, ibi allato: Εἰσελθὼν εἰς διδασκάλου, καὶ Μούσας μὲν ἰδὼν πολλάς, μαθητὰς δὲ ὀλίγους, Σὺν θεοῖς, ἔφη, διδάσκαλε, πολλοὺς μαθητὰς ἔχεις. Similiter Stratonicus citharoedus ap. *Athenae.* L. VIII. p. 348. D. διδάσκων κιθαριστάς, ἐπειδὴ ἐν τῷ διδασκαλείῳ εἶχεν ἐνίους μὲν εἰκόνας τῶν Μουσῶν, τοῦ δὲ Ἀπόλλωνος μίαν, μαθητὰς δὲ δύο, πυνθανομένου τινὸς, πόσους ἔχοι μαθητάς, ἔφη, Σὺν τοῖς θεοῖς δώδεκα. Ariſtidem, qui hic notatur, non illuſtrem illum Smyrnaeum eſſe rhetorem, ſed juniorem quendam, jam alii monuerunt.

DCIII. Plan. p. 369. St. 508. W. Scriptum videtur in Georgium Piſidam, verſificatorem ſui aevi foecundiſſimum. Quae ex ejus carminibus ſuperſunt, eum tanta laude, quanta ei hoc diſticho tribuitur, neutiquam dignum eſſe docent.

DCIV. Servatum in *Thucydidis* Hiſtoria L. VI. 54. p. 412. Piſiſtratus, Hippiae ejus, qui aliquamdiu tyrannidem inter Athenienſes exercuerat, filius, cum Archon eſſet Athenis, duodecim Deorum aram dedicavit in foro, et aliam Apollinis in templo Pythio. Pythium autem erat templum a Piſiſtrato exſtructum. Illi arae inſculpta fuit inſcriptio, *Thucydidis* aevo ſuperſtes adhuc, quamvis literis evaneſcentibus, ἀμυδροῖς γράμμασι. — V. 2. ἐν τεμένει Πυθίου. Vid. de hoc templo *Meurſium* in Piſiſtr. c. IX. et in Athen. Attic. II. 12.

DCV. Ex *Diogene Laërtio* VIII. 49. In Pythagoram, Samium, Cratis filium, pugilem, de quo vide, quae dicta ſunt ad Ep. *Theaeteti* VI. T. II. P. II. p. 244.

DCVI. Servavit *Plutarchus* in Vita Timol. c. 31. T. II. p. 138. ed. *Bry.* unde apparet, hoc diſtichon *Mamerci* eſſe, Catanaeorum tyranni, ejusdemque, poëtae tragici, qui illud ſcutis mercenariorum Timoleontis, a Carthaginenſibus devictorum, inſcribendum curavit. *Mamerci* mortem *Plutarchus* enarrat c. 34. — V. 1.

ἀστερισμός. Haec ſcuta pretioſiſſima, purpurâ, auro, ebore et electro diſtincta, nos vilibus noſtris ſcutis cepimus. Charidemus, Athenienſis, ap. *Curtium* L. III. 2. quem ille ad Demarati Herodotei exemplar formavit, Darium, copiarum ſuarum et multitudine et magnificentia gloriantem, monens: *Hic tanti apparatus exercitus, haec tot gentium ex totius Orientis excita ſedibus ſuis moles, finitimis poteſt eſſe terribilis: nitet purpura auroque, fulget armis ex opulentia, quantam qui oculis non ſubjecere, animis concipere non poſſunt. Sed Macedonum acies torva ſane et inculta, clypeis haſtisque immobiles cuneos et conſerta virorum robora tegit.* — χρυσελεφαντυλέκτρους eſt ex emendatione *Xylandri*, cum antea legeretur χρυσελεφαντοπυλέκτρους. Aurei clypei paſſim commemorantur, quorum exempla collegit *Caryophilus* de Veter. Clyp. p. 13. ſq.

DCVII. Servatum a *Plutarcho* in Vit. Marcell. c. 30. T. II. p. 281. ed. *Bry.* qui ex *Poſidonio* tradit, hoc Epigramma inſcriptum fuiſſe ſtatuae Claudii Marcelli, quae Lindi fuit poſita in Minervae templo. Marcellus conſulatu quidem nonniſi quinquies functus eſt, τὴν δὲ ἀνθύπατον ἀρχήν, ἣν ὅις ἦρξε, τρὶς πέντε προσκατηριθμησεν ὑπατείαις ὁ τὸ ἐπιγέγραμμα ποιήσας. — V. 1. πατρίδος ἀστὸς nonnulli, teſte *Stephano*, fortaſſe pro ἄστεον. ut ap. *Pallad.* Ep. CXV. in doctam puellam: ἄχραντον ἄστεον τῆς σοφῆς παιδεύσεως. — ¶. 280.] V. 3. ὑπάτων. nonnulli. — V. 4. καὶ πολύν. Verſus vix ſincere ſcriptus. Quam enim vim h. l. habeat copula καί? quo ſenſu ἐγ κατέχευε dicitur? Utrumque merito offenſioni fuit *Reiskio*, qui tentavit: πάμπολυν ἀντιπάλων εἰς κατέχευε φένον. Aliud quid latere puto.

DCVIII. Ex *Plutarchi* Vita *Marci Catonis* c. 1. T. II. p. 328. ed. *Bry.* ἦν δὲ τὸ μὲν εἶδος ὑπόπυῤῥος καὶ γλαυκὸς, ὡς δέ ποιήσας τὸ ἐπιγραμμάτιον αὐκ εὐμενῶς παρεμφαίνει.

DCIX. Ex *Plutarchi* Vita Arati c. 14. T. IV. p. 325. ed. *Bry.* Inſcriptum fuit hoc Epigramma ſtatuae ex aere, ab exulibus, quos Aratus revocaverat, ei collocatae. *Reiskius* quaedam in hoc Epigrammate absque neceſſitate novavit. — V. 1. βουλάς. Vulgo. Prudentia et fortitudo Arati, et pugnae ab eo pro Graecorum libertate ſuſceptae, Herculis columnas attingunt. πλάζεται i. e. πελάζεται. Vide *Wakefield* in Sylv. crit. IV. p. 220. *Heyn.* ad *Homer.* Ιλ. φ. 269. T. VIII. p. 165. Vulgo πλάθεται, quod a cl. editore mutatum eſt, qua auctoritate quave de cauſa, ignoro. *Herculis columnas attingere* dicuntur ea, quae ultimum attigerunt terminum, ultra quem progredi nefas. *Pindar.* Olymp. III. 77. νῦν γὲ πρὸς ἑσπατιὰν Θήρων ἀρεταῖσιν ἑκάτεροι ἵκανεν Οἴκοθεν Ἡρακλέος στυλάν. Idem Iſthm. IV. 18. ἀνορέαις δ' Ἑσπατιαῖσιν οἴκοθεν στάλαισιν ἅπτονθ' Ἡρακλείας. Plura collegit Ill. *Heyneus* p. 53. Male igitur ii, qui noſtrum locum ſic interpretantur, quaſi Arati gloria usque ad Herculis columnas celebrata eſſe dicatur. *Reiskius* argutae ſententiae, ejus ingenio obverſantis, ſpecie corruptus, corrigendum cenſebat: καὶ ἃ ὑπὲρ Ε. ἀλκὰ τοῦδ' ἀνδρὸς στάλᾳ πλάθεται Ἡρ. hoc ſenſu: Sapientia et providentia Herculis et labores ejus et fortitudo pro Graecia inſumta, vera imagine expreſſa cernitur in hac hujus viri, Arati, imagine. — V. 5. σωτῆρος, σωτῆρα θεοῖς. Illuſtrium virorum ſtatuae Diis dedicabantur, in quorum fano collocati, majorum Deorum viderentur clientes et miniſtri. Vide Ep. ἀδεσπ. DLIV. Dedicat. Triop. v. 30. in Stat. Regill. v. 6. 7. ibique not. σωτῆρος nomen, quod Diis, Jovi inprimis tribui ſolebat, paſſim ad homines translatum eſt. Arato defuncto Sicyonii locum ei conſecrarunt, eumque ὥσπερ ἥρωτα καὶ σωτῆρα τῆς πόλεως ἱκετεύουσι καὶ καλεῖται μέχρι νῦν Ἀράτειον, καὶ θύουσιν αὐτῷ θυσίαν — καὶ τὴν θυσίαν ἐκείνην Σωτήρια προσαγορεύουσι· τὴν δὲ τοῦ μηνὸς, ἐν ᾧ γενέσθαι τὸν ἄνδρα διαμνημονεύουσι·

τῆς μὲν οὖν πρώτης ὁ τοῦ Διὸς τοῦ Σωτῆρος κατήρχετο Θυηπόλος, τῆς δὲ δευτέρας ὁ τοῦ Ἀρίστου. *Plutarch.* l. c. C. LIII. Poſt ſuperatum Pompejum effigies Caeſaris publice propoſita, ὡς σωτῆρος τῆς πατρίδος. *Appian.* Bell. Civ. II. p. 494. — V. 6. δαίμον' ἴσον. i. e. eandem fortunam, ſortem. Debetur haec lectio *H. Stephano*; nam in antiq. edd. eſt δαίμονι σῷ. *Solanus* tentavit δαιμονίην; *Reiske* δαίμονα σόν, genium tuum, fauſtum illum et proſperum, aut δᾶμον ἴσον i. e. τὴν τῶν δημοτῶν ἰσότητα. Nihil horum valde arridet. Quid ſcriptum fuerit a poëta, non definio; non tamen ineptum foret legere:

ὅτι πατρίδι τῇ σῇ
ἀρμονίαν, θείαν τ' ἄπασας εὐνομίαν.

Plutarch. in Vit. Arati c. XIV. πόνῳ πολλῷ καὶ μεγάλαις πραγματείαις κατειργάσατο καὶ συνήγαγε φιλίαν καὶ εἰρήνην τοῖς πολίταις. Idem c. II. ἡ Σικυωνίων πόλις ἀπὸ τοῦ πρώτου ἐκ τῆς ἀναρχίας καὶ δημοκῆς ἐξιστάμενα ταραχῆς, ὥσπερ ἁρμονίας συγχυθείσης, εἰς στάσεις ἐνέπεσε καὶ φιλοτιμίας ἀμμαγωγίαν.

DCX. Ex *Chandleri* Sylloge Inſcr. p. 58. T. II. nr. XLVIII. qui in Notis p. XXVII. haec monuit: „Sub imperatore Theodoſio primo an. Chr. 380. Gothis Theſſaliam et Epirum vaſtantibus, honores meruit Theodorus, Achaeorum dux. Baſis ſtatuae ejus rotunda τὴν ἁγίαν τράπεζαν in Eccleſia dicta Sti Theodori, prope Monaſterium Capucinorum (Athenis) ſuſtinet.“ — V. 1. Ἀχαιῶν. *Chandl.* — V. 8. στησεν. Ibid.

¶. 281.] *DCXI.* Ex *Gruteri* Inſcript. p. MXCIX. 3. In *Fleetwood.* Syll. p. 146. Laudatur Polycles, neſcio quis, ob prudentiam in conſiliis, et fortitudinem in bellis pro patria ſuſceptis demonſtratam. — V. 2. οὐ μαρανεῖ σε. Tuam gloriam nullum unquam tempus imminuet. Similiter de pulchritudine *Strato* Ep. LXXIII.

τοῦτα δ' ὑμῖν φθονέων ἐξεμάραν χρόνος. *Julian. Aeg.* Ep. V. ἀλλὰ μαραίνει ὁ χρόνος ἐρπύζων σὴν, βασίλεια, χάριν.

DCXII. Ex Marmor. Oxon. p. 111. Comparandum inprimis Ep. CCCLXXV. ubi ejusdem Cleadae, sacrorum Lernaeorum antistitis, nomen occurrit. Hic Cleadas, Erotii filius, ejusque in ministerio Cereris et Proserpinae successor, patris imaginem domi suae dedicat. — V. 3. ᾧ ῥα. Cleadas eodem, quo pater, munere in sacris Lernaeis fungebatur.

Lectt. p. 286.] *DCXII.b* Ex Gruteri Inscriptt. p. MXCVIII. nr. 6. *Fleetwood* p. 145. 3. In statuam ἀνδρέου cujusdam, quam Callinicus, civitate Cretensium jubente, prope praetorium collocaverat. — V. 1. ἐξάθει. *Gr.* et *Fleetw.* — ἐς πόλιν jungendum videtur cum ἁγνοῦ, qui se in Cretensium civitatem probum praestitit et incorruptum. — V. 2. ἔθηκα. *Fleetw.* vitiose. Ipsa imago loquitur. ἔθηκα νέην. urbem instauravi. — V. 4. τοῖς ἀθίκτοισι omisso δ' *Fleetw.* — V. 5. δόγμασι. Idem. — V. 6. Ἰλλυρίδος. Ex Illyria igitur praefectus ille fuit, quem Cretenses statuae honore dignabantur. — δεύτερον ἦλιον frequens ap. hos poëtas et sophistas comparatio. Cf. not. ad *Paul. Sil.* Ep. LXXXVIII. T. III. P. I. p 191. Huc facit *Themist.* Or. XI. p. 150. B. ὥσπερ παμμέγας ἥλιος ἢ ὁ τοῦ ἡλίου δημιουργὸς, ἐμπνεῖ μὲν τοῖς ζώοις τὴν ψυχήν, ἐμπνεῖ δὲ τοῖς φυτοῖς, — οὕτω καὶ ὁ μέγας βασιλεὺς ἀνίστησι μὲν τὰς μείζους, ἀνίστησι δὲ καὶ τὰς ἐλάττους, τὰς δὲ μετάγει εἰς κάλλος, τὰς δὲ ἐξάγει εἰς μέγεθος. Conf. Eund. Or. XXVI. p. 330. D. Solis commemorationem ap. hunc scriptorem obliteratam hac occasione revocabimus, Or. III. p. 42. B. ἐπευφημεῖ δὲ ἅπασα γῆ τε καὶ θάλασσα· ὁ δὲ ὕμνος ἐμπίμπλησιν ἁρμονίας ἅπαντα μὲν φῦλα ἐῷκε, ἅπαντα δὲ ἐσπέρια γῆς· αἱ νῆσαι δὲ ἡ δ' ἴσως συναναχοροῦσαι καὶ συνδραμοῦσαι λαμπρῶς ἄχει τῆς ἑσπέρας, συγκαταλέγουσι τῷ βασιλεῖ εἰς τὴν μητρόπολιν τῶν τροναίων. Scribendum una litera leviter immutata: αἱ νῆσαι δὲ ἡλίῳ συν-

ἀναεχοῦσαι. victoriarum ejus gloria cum sole oriente surgens eumque usque ad occidentem comitans i. e. ab oriente usque ad occidentem illustris. Simili imagine Or. XIII. p. 163: Ὡς δρόμος λεβέρμος ἐχεδὸν τῷ ἡλίῳ ἀπὸ Τίγρητος ἐπὶ Ὠκεανόν. *Maxim. Tyr.* Diss. XXII. 6. ἡ ψυχὴ περίεισι πᾶσαν γῆν — συνθέουσα ἡλίῳ.

Lect. p. 287.] *DCXII.* Ex *Gruteri* Inscr. p. MXCVI. nr. 8. *Fleetwood.* p. 145. *Bonada.* II. p. 537. In Marcellum quendam, quem una Cycladum insularum, ob tributum levatum, statua ornavit. — V. 2. ὁ θρασύς. In marg. Grut. f. ὁ θρασυς. quod quid sit non intelligo. Mors *audax* dici potuit, quod tantum virum petere ausa sit. *Grotius* vertit:

Marcellum fera mors rapuit, qui Vesperis axem
Rexit et Odryfio quaestor in orbe fuit.

— V. 3. ἔρνος. ut Ep. DCXII. 6. Κυκροπίης σοφὸν ἔρνος. — ὃς εὐδοκίῃ, qui benevolentia in urbes Cycladum insularum ductus, eas onere tributi levaverat. Cum civitates agros suos nimio censu primi quererentur, mitti solebant, qui, an justae essent illae querimoniae, inspicerent, remque ad principem referrent. Quibus census relevatus esset, ii κουφισθῆναι dicebantur; relevatio ipsa κουφισμός. Rem accuratae explicuit *H. Valesius* ad *Ammian. Marc.* XIX. 11. p. 223. sq. et ad Excerpt. Legat. p. 206. ed. Paris. — V. 6. „In Lapide πύρῤῥον. Quis ille Pyrrhus fuerit, et an hujus nominis tyrannum, aut supremum magistratum, aut praesidem habuerit Cretae urbs Gortyna, ubi repertus literatus hic lapis, ignoro. Hujus ni obstaret fides, libens legerem βουλῆς καὶ δήμου.“ *Br.*

¶. 281.] *DCXIII.* Vat. C. p. 252. Plan. p. 217. St. 316. W. „Laudat hoc Epigr. tanquam Agathiae, Scholiastes Sophoclis in Electram 151. quia ex Agathiae

desumtum Anthologia; sed antiquioris auctoris esse videtur. Prolatum etiam ab Eustathio ad Homerum p. 1368. 26. Ridiculum in membranis lemma praefixum habet: εἰς τὴν γυναῖκα Λώτ· οἱ δὲ Ἕλληνες εἰς Νιόβην αὐτὸ ἀναφέρουσιν. Br. Inter Aenigmata referendum erat. — V. 1. νεκρόν. Plan. et Vat. In marg. γρ. γέκνος. Hoc est in Schol. *Soph.* et ap. *Eustath.* — V. 3. αὐτῇ. *Schol. Eust.* Expressit hos versus *Ausonius* in Epitaph. XXIX.

Habet sepulcrum non id intus mortuum.
Habet nec ipse mortuus bustum super.
Sibi sed ipse hic sepulcrum, et mortuus.

DCXIV. Vat. C. p. 296. Plan. p. 233. St. 338. W. Maximus, Asiae proconsul, cum Laodices, Priami filiae, tumulum vetustate fere collapsum detexisset, eum instauravit eique ejusdem Laodices aeneam statuam, alio quodam loco jacentem, imposuit. — V. 1. ἀκτερίστον. Laodicen, post Trojam captam, hostium violentiam fugientem, terra dehiscens hausit. Cassandra ap. *Lycophron.* v. 315. καὶ σέν, τάλαινα, πέτμον αἰάζω, πυθλαξ, Ὧν τὴν μὲν αὐτόπρεμνον ἡ τοκὰς νύνις χανεῦσα κευθμῷ χθονὸς ται διασφάγος. ubi vide *Schol.* Historiam Laodices narrat *Quintus Calaber* L. III. 544. sq.

Καὶ τότε που Πριάμοιο πολυκτήτοιο θύγατρα,
Λαοδίκην ἐκέπασαν ἐς αἰθέρα χεῖρας ὀρέξαι,
κὐχομένην μαπάρεσσιν ἀτειρέσιν, ὄφρα ἑ γαῖα
ἀμφιχάνῃ, πρὶν χεῖρα βαλεῖν ἐπὶ δούλια ἔργα,
τῆς δὲ θεὸν τις ἄκουσε, καὶ αὐτίκα γαῖαν ἐνερθεν
βῆξεν ἀπειρεσίην· ἡ δ' ἐνεσείσατο θεσπὶ
κούρην δέξατο δῖαν, ἵνα πολίοιο βερέθρου,
Ἰλίου ἀλωμένης.

De plurimis circa Laodicen fabulis vide Ill. *Heynium* ad Homer. T. V. p. 244. Fuerunt in his haud pauca προσωπικά, qualis eſt illa ap. *Parthen.* c. XVI. ubi p. 44. legendum: Περσὶς δὲ — πάσῃ μηχανῇ ἐπῄει (vulgo ἐπεὶ) τὸν Ἀχάμαντα καὶ εἰς Δάρδανον ἀφικέσθαι πείθει. — V. 4. Μάξιμος. Deſignari putabat *Brodaeus* Maximum quendam ap. *Ariſtidem* commemoratum. Fruſtra eum in hujus rhetoris operibus quaeſivi.

DCXV. Vat. C. p. 241. Plan. p. 236. St. 342. W. In Laërtis tumulum, temporis progreſſu detrimenta paſſum. — V. 1. 2. laudat *Suidas* in ψήχειν. T. III. p. 705. Multa in hanc ſententiam dicta apud veteres obvia. *Plutarch.* T. II. p. 2. D. ubi, quantum conſtantia poſſit efficere, docens, σταγόνες, inquit, ὕδατος πέτρας κοιλαίνουσι, σίδηρος δὲ καὶ χαλκὸς ταῖς ἁφαῖς τῶν χειρῶν ἐπιτρίβονται. quae ex eodem fonte ducta eſſe dixeris, quo Lucretiana L. I. 312. *Quin etiam multis Solis redeuntibus annis Annulus in digito ſubter tenuatur habendo: Stillicidi caſus lapidem cavat: uncus aratri Ferreus occulte decreſcit vomer in arvis.* quem locum expreſſit *Propert.* II. 19. 55. *Sed tamen et ſcabra teritur robigine mucro Ferreus, et parvo ſaepe liquore ſilex.* et *Lupercus* in Anthol. Lat. III. XCVII. p. 551. *Decidens ſcabrum cavat unda rotum: Ferreus vomer tenuatur agris: Splendet attrito digitos honorans Annulus auro.* *Ovidius* I. A. A. 473.

Ferreus aſſiduo conſumitur annulus uſu;
Interit aſſidua vomer aduncus humo.
Quid magis eſt ſaxo durum? quid mollius unda?
Dura tamen molli ſaxa cavantur aqua.

Ariſtaen. I. Epiſt. XVII. p. 44. βαιὸν γὰρ ὕδατος ἐνδελεχῶς ἐπιστάζοντος καὶ πέτραν οἶδε κοιλαίνειν. quod ductum ex verſu paroemiaco ap. *Galenum* de Temper. L. III. p. 84. D.

πέτρην κοιλαίνει βανὶς ὕδατος ἐνδελεχείη. *Bion.* ap. *Stobae.* *Grotii* p. 131. ἐκ βαμινῆς βαθάμιγγος, ὅκως λόγος, αἰὲν ἰείσας κἀ λίθας ἐς βωχμὰν κοιλαίνεται. — V. 2. ἀπάνη. Ed. β Flor. pr. Ald. 1. Aſcenſ. — ¶. 282.] V. 4. λειπεται. Vat. C. — V. 5. Nunquam tamen ipſius herois nomen peribit, quod immortalia carmina aeternitati commendarunt. Vide in hanc ſententiam laudata ab Interprett. *Horatii* III. Carm. XXX. *Ovid.* Amor. I. XV. 31. *'Ergo, cum ſilices, cum dens patientis aratri, Depereunt aevo, carmina morte carent.* Id. III. Amor. IX. 28. ſqq. *Propert. III.* El. I. 55.

Fortunata meo ſi qua es celebrata libello,
Carmina erunt formae tot monumenta tuae.
Nam neque Pyramidum ſumtus ad ſidera ducti,
Nec Jovis Elaei coelum imitata domus;
Nec Mauſolei dives fortuna ſepulcri
Mortis ab extrema conditione vacant.
Aut illis flamma, aut imber ſubducet honores,
Annorum aut ictu pondera victa ruent.
At non ingenio quaeſitum nomen ab aevo
Excidet, ingenio ſtat ſine morte decus.

ἀοιδὰς ἀμβλύνειν. vim carminum imminuere. *Julian. Aeg.* Ep. X. χρόνος ὄμματος αὐγὴν ἀμβλύνας. *Aeſchyl.* VII. c. Theb. 849. θέσφατ' οὐκ ἀμβλύνεται. Idem Eumenid. v. 230. ἀλάστορα δὲ πρεσβύπαιον, οὐδ' ἀφοίβαντον χέρα, Ἀλλ' ἀμβλὺν ἥδη. *Suidas*: Ἀμβλύνω· τὸ ἐκλύω. Ὁ δὲ ἐπιπολὺ διήγει τὸν πόλεμον, ἀμβλύνων τὴν τοῦ πολεμίου ὀξύτητα χρονίοις τε καὶ μακραῖς τοῦ ἔργου τριβαῖς.

DCXVI. Vat. Cod. p. 227. Plan. p. 237. St. 343. W. In Achillis tumulum in maris litore. V. 1. 2. laudat *Suidas* in ῥηξήνορες. T. III. p. 258. — V. 2. Τρώων δεῖμα. Trojanorum terror, etiam eorum, qui ipſum

Achillem non viderunt. — V. 3. αἰγιαλῷ. pro εἰς αἰγιαλόν, qui frequens eſt dativi uſus. Cf. ad *Agathiae* Ep. XLV. T. III. P. I. p. 81. *Abreſch.* ad *Aeſch.* T. II. p. 73. Achilles, quod notum, in promontorio Sigeo ſepultus, ἀκτῇ ἐπὶ προὐχούσῃ, ἐπι πλατεῖ Ἑλλησπόντῳ. Cf. *T. Hemſterh.* ad *Lucian.* T. I. p. 250. — στοναχῇσι θαλάσσης. Maris ſtrepitus planctu ſimilis. *Sophocl.* Ajac. 683. λείων τ' ἄημα πνευμάτων ἐκοίμισε στένοντα πόντον. Sic hunc locum ante hos viginti annos correxi in Specim. Emend. c. II. p. 10. In eandem lectionem incidit *Musgravius*, cujus notae in Sophoclem nunc prodierunt. *Heliodor.* L. V. 1. T. II. p. 4. ed. Bip. ὡς δὲ λείου πνεύματος ἐκ γῆς προσπνεομένου. Mare *ingemiſcere* dicitur ap. *Eurip.* Herc. Fur. v. 861. οὔτε πόντος οὕτω κύμασι στένων λάβρως. *Sophocl.* Antig. v. 590. κυλίνδει βυσσόθεν κελαινὰν Θῖνα, καὶ ξυτανέμῳ στόνῳ βρέμουσιν ἀντιπλῆγες ἄκται. Sic hunc locum ſcribendum ſuſpicor. — V. 4. κυδαίνετο. Ed. Fl. pr. Ald. 1. 2. 3. Aſcenſ.

DCXVII. Vat. C. p. 227. Plan. p. 237. St. 344. W. Antiquiſſimum videtur Epigramma.

DCXVIII. Vat. C. p. 228. Plan. p. 238. St. 345. W. In Ajacem Telamonium, quem Parca ipſius manu interfici voluit, cum alius, qui tantum virum perimeret, inveniri non poſſet. Simillimum Epigr. *Leontii Schol.* XX. T. III. p. 107. ubi vide not. p. 202. — V. 2. χρησαμένη Vat. — V. 3. 4. laudat *Suid.* in Κλωθώ. T. II. p. 332. ubi θνητοῖσιν ἐδύνατο legitur. Nec aliter v. μεμανία. T. II. p. 529.

DCXIX. Vat. C. p. 226. Plan. p. 239. St. 346. W. „Tertium diſtichon, quo multatum hoc carmen vulgo legitur, non Vaticanae ſolum addunt membranae, ſed in optimo quoque Planudeae cod. alteris duobus ſubjunctum eſt, et in cod. Jani Lascaris minio orae adſcriptum.“ *Br.* Jam in Lectionibus Aldus monuit, hoc diſtichon reliquis duobus ſubjiciendum eſſe, idque

exhibet Aldin. 2. 3. Habetur etiam in Cod. ap. *Bandin.* p. 100. — V. 1. *μή με τάφῳ σύγκρινε.* Plane ſic *Diodor.* Ep. XI. in Themiſtoclem:

Μὴ μέτρει Μάγνητι τὸ πηλίκον ὄνομα τύμβῳ,
μηδὲ Θεμιστοκλέους ἔργα σε λανθανέτω·
τεκμαίρου Σαλαμῖνι καὶ ὅλκάσι τὸν φιλόπατριν,
γνώσῃ δ' ἐκ τούτων μείζονα Κεκροπίης.

V. 5. 6. *ἐμοί.* Vat. Expreſſum eſt hoc diſtichon ex *Antipatr. Sid.* LXVI. in Priamum:

Ἥρωος Πριάμου βαιὸς τάφος, οὐχ ὅτι τοίου
ἄξιος, ἀλλ' ἐχθρῶν χερσὶν ἐχωννύμεθα.

DCXX. Plan. p. 239. St. 347. W. Aenigmaticum eſt. Hectorem Achilles interfecit, quod pueris notum; in hoc carmine Diomedes eum interficere dicitur. Quo ſenſu hoc dictum ſit, *Euſtathius* aperuit ad Ιλ. Ε. p. 453. 52. poëtam luſum quaeſiviſſe docens *ἐν τῇ ὁμωνυμίᾳ*, cum ſtuporem lectoribus injicere conaretur: *τοιοῦτόν τι ἐτεχνήσατο καὶ ὁ εἰπὼν περί τινος, ὃν οὐκ ἀνεῖλεν ὁ Διομήδης, τό, τὸν κτάνε Διομήδης ἀνήρ. Διομήδης ἀνὴρ ἐν τῷ τοιούτῳ αἰνίγματι ὁ Ἀχιλλεύς, οὗπερ παλλακὴ ἦν ἡ Διομήδεια.* Hinc apparet, fruſtra *Joſ. Scaligerum* in not. mſt. v. 4. pro Διομήδης correxiſſe *μενεδήϊος.* — ¶. 283.] V. 5. *αἵης Joſ. Scaliger.* — *μάχης.* Vulgo. *μάχην* emendavit *Scaliger.*

DCXXI. Vat. C. p. 620. »Aenigma hoc e ſuperiori effictum, unum eſt e XXV. carminibus, quae Salmaſius e Vaticanis, tunc Heidelbergenſibus membranis deſcripta ad Jacobum Gujonium transmiſit, quaeque poſt edita fuerunt in hujus et trium fratrum Vitis, quas illorum operibus praemiſit Philibertus de la Mare. Omnia illa carmina, ſuis ſingula locis, in his Analectis

exhibui." *Br.* — V. 2. μαρνάμενος. Vat. C. et *Philib. de la Mare* nr. IX.

DCXXII. Vat. C. p. 227. „Ex Ariſtotelis Peplo deſumtum videtur hoc diſtichon, quod protulit ad *Suidam* T. I. p. 472. Kuſterus, ubi pravam Codicis lectionem πόλιος attentior quis facile emendaſſet. Conf. *Ariſtotelis* duo diſticha T. I. p. 179." *Br. Reisk.* Anthol. nr. 567. p. 73. Alterum verſum bis excitat *Suidas* in γενεά. T. I. p. 472. et in τριγέρων. T. III. p. 502. ubi *Kuſteri* errorem ſuſtulit *Toupius* Emend. in Suid. p. 490. comparans Ep. ἀδεσπ. CCCCVII. ἴθανε χ' ὁ ἑτριγέρων πόλιος.

DCXXIII. Vat. Cod. p. 252. Anth. *Reisk.* nr. 583. p. 79. Servavit *Plutarch.* in Vita Themiſt. T. I. p. 247. ed. *Bry.* et *Athenaeus* L. XIII. p. 576. C. ex *Amphicrate* ἐν τῷ περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν. de quo ſcriptore vide inprimis *Ruhnken.* ad *Longin.* Π. Υ. p. 245. — V. 1. Θρῆσσα. *Plutarch.* — γυνὴ γένος. *Athen.* haud male. Hanc fortiſſimi viri matrem reſpicit *Plutarch.* T. II. p. 753. C. ἄρα οὖν κράτιστον ἐξ ἀγορᾶς γαμεῖν Ἀβρότονόν τινα Θρῆσσαν. Eandem commemorat *Aelian.* V. H. XII. 43. 11. ubi vide *Perizonium.* — V. 2. Ἕλλησιν φασι. *Athen.* Ἕλληνιν. Vat.

DCXXIV. Vat. C. p. 253. Plan. p. 219. St. 318. W. ubi etiam alia leguntur in eundem Timonem Epigrammata. — V. 1. σὺ δέ γ', ὦ πυλαωρέ. Sic Vat. Vulgo σὺ δὲ δεινὲ πυλωρέ. — V. 2. τάρβει. Vat.

DCXXV. Relatum in Append. Planud. p. 509. St. 15. W. ex *Strabon.* L. IX. p. 650. C. qui de Locris Opuntiis agens, Ὁ δὲ Ὀπούς, inquit, ἔστι μητρόπολις, καθάπερ καὶ τὸ Ἐπίγραμμα δηλοῖ, τὸ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν πέντε στηλῶν, τῶν περὶ Θερμοπύλας, ἐπιγεγραμμένον πρὸς τῷ κολυνδρίῳ.

Τοὺς δέ ποτε φθιμένους ὑπὲρ Ἑλλάδος ἀντία Μήδων,
Μητρόπολις Λοκρῶν κεύθει ὁπουντία . . .

In Codicibus legitur μητρόπολιν Λ. κεύθει νόμων Ὀπόεις. Cod. Florent. κεύθει Ὀπόεις, depravato vocabulo omisso. *Xylander* in vulgata lectione nihil magnopere desiderans, ad versum implendum γῇ addidit. Hoc in γᾶ mutatum probavit *Oliverus* ad *Ciceron.* Tusc. Disp. I. 42. ubi hoc distichon *Simonidis* Epigrammati XXIX. subjungendum existimat sine causa idonea. *Palmerius* in Geogr. Ant. p. 529. χθὼν supplet. Utraque emendatio implet quidem versum, sed elegantiorem non efficit. Sic, ut *Brunckius* edidit hunc versum, eum repraesentat *Stephanus* in Append. Plan. ex Cod. Mediceo, quo *Gronovius* quoque usus est in Var. Geogr. p 529. κεύθει δμοῦ Ὀπόεις. Sed verior fortasse lectio latet in depravatis syllabis κεύθει νόμων Ὁ. ut alii Codd. habent, nimirum κεύθει (praetulerim κεῦθεν) ὅλων Ὀπόεις. quod *Heringa* invenit in Obss. crit. p. 143. *Hos, qui olim occubuere pro Graecis contra Medos pugnantes, tegit metropolis Locrorum cunctorum Opus.* Λοκρῶν ὅλων, quia plures Locrorum gentes, cognominibus distinctae; harum omnium Opus metropolis habita esse videtur.

DCXXVI. Servavit *Pausan.* L. VI. p. 416. In Chilonem Achaeum, Patrensem, in summis Graecorum certaminibus plus semel coronatum. Sepulcrum ei Achaei publice exstruxerant. Eum bellica virtute claruisse, ex hoc Epigrammate patet; sed utrum in pugna ad Chaeroneam una cum Achaeis pugnaverit, an ei proelio interfuerit, quo Graeci ad Lamiam cum Antipatro conflixerunt, *Pausaniae* non constabat. Pugna ad Lamiam pugnata est Ol. CXIV. 2. Ei ex omnibus Achaeis unum Chilonem Patrensem interfuisse, narrat *Pausan.* VII. 6. p. 537. — V. 1. Μουνοπάλης. Sic emendavit *Camerar.* Vulgo μοῦνος πάλῃ. *Huetius* p. 79. ma-

lebat, μουνοπάλῃ. *Hesych.* Μουνοπάλαι· οἱ μόνῃ πάλῃ νικῶντες.

¶. 284.] *DCXXVII.* Relatum in Append. Plan. p. 503 St. 9. W. ex *Demosthenis* Orat. pro Corona. T. I. p. 322. ed *Reisk.* Inscriptum sepulcro eorum, qui in pugna ad Chaeroneam ceciderant. — V. 2. ὕβριν ἀπεσκέδασαν. Macedonum superbiam retundere conabantur. Sic haec accipienda *de conatu*, quem Dii irritum fecerunt. Hanc vim verborum multi notarunt post *P. Leopardum* VII. Emend. 7. Cf. *Taylor* ad *Lysiam* p. 146. *Brunck.* ad *Sophocl.* Oedip. T. 1454. — ἀποσκεδάζειν *depellendi* significatione, ut Ep. ἀδέσπ. CCCCXI. ἀλλήλων νοῦσον ἀπεσκέδασαν. *Macedon.* Ep. IV. ὕπνον ἀποσκεδάσας. *Theognis* v. 863. ἀπὸ μὲν χαλεπὰς σκεδάσεις μελεδῶνας. — V. 3. καὶ δείματος. Vulgo. δείγματος in mentem venit *Marklando*, quod foret *specimiuis causa*; sensu ab hoc loco alieniſſimo. Vulgatam sic interpretabatur *Wolfius*: διὰ τό, τὴν μὲν Ἰλιαν ἀρετὴν διαφυλάξαι, δεῖμα δὲ τοῖς πολεμίοις ἐμποιῆσαι. *Schol.* ap. *Taylor.*: φόβου οὗ εἶχον ὑπὲρ τῆς πατρίδος. Utrumque alienum. Unice vera est *Valckenarii* emendatio ad *Ammonium* prolata II. 15. p. 142. ἀρετῆς καὶ λήματος. Sic *Simonid.* Ep. XLIV. τόνδε ποθ' Ἕλλανες βώμῃ χερός, ἔργῳ Ἄρηος Εὐτόλμῳ ψυχᾶς λάματι πειθόμενοι. Cf. notata ad *Philipp.* Ep. LXXXI. T. II. P. II. p. 207. — V. 4. βράβην. id quod βραβεὺς sive βραβευτής. Plutonem sibi certaminis judicem sumserunt; palma autem ex Plutonis manibus accipienda mors est. — V. 6. »ἔχωσιν. Sic edidit Vir graece doctiſſimus Jo. Taylor, cujus adeundae notae. Ex Atticorum tamen usu scribendum credo ἔχοιεν. Vide *Rich. Dawes.* Misc. crit. p. 82.“ *Br.* — ἀμφὶς ἔχωσιν. Ducta metaphora de vinculis, membra corporis circumdantibus: ne servitutis jugo onusti infesta hostium premerentur superbia. — V. 7. κλητοῖς. Cf. Ep. DXLIV. — V. 8. ἥδε κρίσις. Haec ad sequentia referenda videntur. Jovis ipsius effatum

poëta profert: In omnibus rebus propoſitum finem attingere nouniſi in Deorum naturam cadere; mortalium autem vitae Parcas eſſe praepoſitas, quarum ſtatutis ſeſe ſubtrahere homini non liceat. Vulgo diſtinguitur poſt βιοτῇ, et in fine ἔπορεν legitur. Meliorem et diſtinctionem et lectionem debemus *Marklandi* acumini. Et illam quidem confirmant ſequentia *Demoſthenis* verba: ἀκούεις, Αἰσχίνη, καὶ ἐν αὐτῷ τούτῳ, ὡς τὸ μηδὲν ἁμαρτεῖν ἐστι θεῶν, καὶ πάντα κατορθοῦν; οὐ τῷ συμβούλῳ τὴν τοῦ κατορθοῦν τοὺς ἀγωνιζομένους ἀνέθηκε δύναμιν, ἀλλὰ τοῖς θεοῖς. Ad ἔπορεν ſubaudi οἱ θεοί. *Reiskius* οὔτι φυγεῖν ἕτερον malebat: nihil aliud autem praeter Deos effugere fatalem neceſſitatem. Non minus animoſe Hector ap. *Homerum*. Ιλ. Ζ 487. οὐ γάρ τίς μ' ὑπὲρ αἶσαν ἀνὴρ Ἀΐδι προϊάψει· Μοῖραν δ' οὔτινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν. Ad hoc Epigramma et *Demoſthenis* interpretationem plures reſpexerunt, quod docuit *Bentlej.* in Addend. ad Diſſert. de Phalar. p. 295. Locis ab eo collectis uſus eſt *Wolfius* ad *Libanii* Epiſt. 1554. p. 750. ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν ἐκ τοῦ Ἐπιγράμματος ἀπολογία τις ἔσται τοῦ λέγοντος, τὸ μηδὲν ἁμαρτεῖν ἐστι τοῦ θεοῦ. Addidit quaedam *Lennep.* ad *Phalarid.* Epiſt. CXXVI. p. 347. *Themiſt.* Or. XXII. p. 276. B. ἐπεὶ δὲ τὸ μηδὲν ἁμαρτάνειν ἔξω τῆς φύσεως κεῖται τῆς ἀνθρωπίνης – ἀλλὰ τάχα δὴ τὸ Ἐπίγραμμα ἀληθέστερον, ὃ Ἀθήνησιν ἐπιγέγραπται ἐν τῷ τάφῳ τῷ δημοσίῳ· καὶ γὰρ τοῖς θεοῖς μόνοις τὸ πάντα κατορθοῦν ἀπονέμει. Similis color eſt in his *Sophoclis* in Oedip. Col. 634. μόνοις οὐ γίνεται Θεοῖς τὸ γῆρας, οὐδὲ καθανεῖν ποτε· Τὰ δ' ἄλλα συγχεῖ πάντ' ὁ παγκράτης χρόνος.

DCXXVIII. Relatum in Planudeae Append. p. 538. St. 14. W. ex *Athenaeo* L. XIII. p. 589. B. De Laïde, ſive potius de diverſis meretricibus, eodem nomine illuſtribus, diſputavimus in *Muſeo Attico* T. III. Faſc. I. p. 173. ſqq. — V. 2. Ἑλλὰς ἐδουλώθη. *Laïs – ad cujus jacuit Graecia tota fores. Propert.* II. 5. 2. Ex

noſtro Epigrammate expreſſum dixeris Ep. *Juliani Aeg.* III. Ἑλλάδα νικήσασαν ὑπέρβιον ἀσπίδα Μήδων Λαὶς Ὑῆκτις ἐῷ κάλλει λῃδίην. — V. 3. Κόρινθος. Laïdem, Hyccarae in Sicilia natam, cum Philoxeno, nobili Dithyramborum poëta, Corinthum veniſſe, ibique multos, qui eam amarent, habuiſſe, tradit *Schol. Ariſtoph.* in Plut. 179. Hinc a multis Corinthia appellatur. Cf. *Burmann.* ad *Propert.* p. 249. Monimentum ejus, Corinthi poſitum, commemorat *Pauſan.* L. II. p. 115. Cf. *Athen.* L. XIII. p. 589. C. — V. 4. Θετταλικοῖς. *Athenaeus* l. c. ex Polemone Periegeta narrat, Laïdem, a Theſſalo quodam juvene amatam, Theſſalicarum mulierum ſuccubuiſſe invidiae, et ab iis in Veneris templo interfectam eſſe. Eadem fere narrat *Plutarch.* T. II. p. 768. A. *Suidas* in χελώνη. T. III. p. 663.

DCXXIX. Append. Plan. p. 537. St. 14. W. ex *Plutarchi* Vit. Lyc. T. I. p. 113. ed. *Bry.* et in Apophthegm. Lacon. T. II. p. 217. F. *Bonada* p. 336. Scriptum eſt in viros quosdam, qui contra tyrannum, neſcio quem, fortiter pugnantes, occubuerunt. Ad quam hiſtoriam hoc diſtichon referendum ſit, non conſtat. Tyranni quidam Selinuntis commemorantur ap. *Herodotum* L. V. 46. p. 393. Urbs capta eſt a Carthaginienſibus, duce Hannibale, Gesconis fil. *Diodor.* L. XIII. 588. ſqq. Quo tempore cum moenia urbis eſſent diruta, pars eorum reſtituta eſt ab Hermocrate. *Diodor.* l. c. p. 591. Deinde cum civitas iterum a Poenis deſciviſſet, moenia plane ſunt diruta, templa disjecta, civesque in Lilybaeum traducti. Omnem hujus urbis hiſtoriam accurate enarravit *Dorvill.* in Sicul. T. I. p. 65. ſqq. — V. 1. σβεννύντας. Vide not. ad Ep. ἀδέσπ. CLIX. T. III. P. I. p. 377. Hoc diſtichon cum Laco quidam recitatum audiviſſet, δικαίως, inquit, τεθνάκαντι τοὶ ἄνδρες· ἔδει γὰρ ἀφέμεν ὅλαν αὐτὰν κατακαῦμεν. quod dictum interpretatur, vulgari dialecto uſus, Apophthegmatum auctor l.

c. δικαίως ἀπεθάνετε τυραννίδα καιομένην ἀποσβεννύναι ἐπιχειρήσαντες· τοὐναντίον γὰρ ἔδει ὅλην αὐτὴν ἀφεῖναι κατακαῆναι. — V. 2. πόλεις. *Plut.* in Apoph.

DCXXX. Ex *Athenaeo* L. V. p. 215. B. In bello Mithridatico Athenion, quem alii Ariſtionem vocant, Athenarum tyrannus, Apellicontem miſit cum Athenienſium manu ad inſulam Delum expugnandam. Quae expeditio cum felicem habuiſſet eventum, Apellico non civium ſolum, ſed ipſius Dei opes invadere auſus eſt. (*Athenae.* l. c. p. 211.) Dum vero Athenienſes, militari diſciplina remiſſa, luxuriae et voluptatibus indulgebant, Orbius, Romanorum dux, eos repente adortus, pecudum in morem trucidavit, tropaeumque erexit, cui hi verſus inſculpti ſunt. Cf. *Schweighaeuſer.* V. D. in Animadv. ad Athen. T. III. p. 210. ſq. et *Dorvill.* in Miſc. Obſſ. T. VII. p. 58. ſqq. qui v. 1. ξείνους interpretatur de Romanorum ſociis, ipſisque Romanis, qui in illa inſula negotiandi cauſa verſabantur. — V. 4. βασιλεῖ Καππαδόκων. Mithridati.

¶. 285.] *DCXXXI.* E *Sirmondi* Notis ad *Sidonium Apollinar.* p. 30. *Reineſii* Synt. Inſcr. p. 330. *Fleetw.* p. 102. *Bonada* T. II. p. 223. *Triſtan.* Comment. Hiſtor. T. I. p. 639. *Abgari* cujusdam, regis Abgari filii, Antonini fratris, quem hoc carmen invidia injuſtorum hominum ſuccubuiſſe indigerat, tumulus hac inſcriptione ornatus fuit. Abgari nomen multis Orientis regibus commune fuiſſe, docet *Valeſius* ad *Dion. Caſſ.* LXVIII. 21. Cf. *Reimar.* ibid. c. 18. T. II. p. 1134. *Tillemontius* in Hiſt. Imper. T. III. p. 55. Epigramma noſtrum interpretatur de filio illius Abgari, quem Caracalla Romam invitatum primum libertate, deinde regno privavit. *Triſtanus* cogitabat de eo, cujus caput conſpicitur in numo una cum Gordiani capite, nixus loco *Jo. Chryſoſtomi* in Or. de Sancto Babyl. c. Gentiles p. 730. et p. 740. ubi de regis cujusdam filio agitur,

qui, cum obſidis loco apud Decium eſſet, ab hoc Imperatore contra jus gentium occiſus ſit. Quum *Chryſoſtomus* infelicem illum hominem ſignificet tantum, non nominet, nec aliunde quidquam de ſeriore illo Abgaro conſtet, ſatis apparet, omnem illam conjecturam, quamvis ſpecioſe a *Triſtano* exornatam, infirmiſſimam eſſe.

DCXXXII. Ex *Gruteri* Inſcr. p. CLXIII. *Fleetwood.* p. 112. *Bonada* p. 189. *Trebellius Pollio* in XXX Tyrannor. Vit. T. II. Script. Hiſt. Aug. p. 278. *Hunc eundem Aureolum Claudius, interfecto jam Gallieno, conflictu habito, apud eum pontem interemit, qui nunc pons Aureoli nuncupatur, atque illic, ut tyrannum, ſepulcro humiliore donavit. Extat etiam Epigramma graecum in hanc formam:*

Donat ſepulcro victor poſt multa tyranni
Proelia jam felix Claudius Aureolum:
Munere perſequitur mortali, et jure ſuperſtes
Vivere quem vellet, ſi pateretur amor
Militis egregii, vitam qui jure negavit
Omnibus indignis et magis Aureolo.
Ille tamen clemens, qui corporis ultima ſervans,
Et pontem Aureoli dedicat et tumulum.

Hos ego verſus a quodam Grammatico translatos, ita poſui, ut fidem ſervarem; non quo melius non potuerint transferri, ſed ut fidelitas hiſtorica ſervaretur. Ad hunc locum *Caſaubonus* graecos verſus, e lapide in agro Mediolanenſi reperto transſcriptos, edidit et illuſtravit. In latina verſione quaedam emendavit *Salmaſius*, quae nunc ſciens praetereo. Cf. *Burmann.* ad Anth. Lat. T. I. p. 244. Interfectus eſt Aureolus anno p. Chr. CCLXVIII. — V. 1. 2. excitavit *Triſtan.* in Comm. Hiſt. T. III. p. 182. — V. 3. γάρ. *Salm.* γ' ἄρ. *Caſaub.* An fuit:

τῷ γ' ἂν καὶ ζωήν.

ſubaudito ἐδίδων. *cui quidem vel vitam conceſſiſſem*, modo milites permiſiſſent. — V. 4. ἐπιφήτοις legitur in marm. quod *Salmaſius* emendavit, hoc ſenſu: *Sed milites noluerunt, qui omnibus probroſis et infamibus tyrannis ſemper infeſti infenſique, Aureolum, injuſſu Claudii, interfecerunt.* ἐπίῤῥητον. αἰσχρόν. ἐπίψογον. ἐπίῤῥητος ἐπὶ κακῷ λεγόμενος, ἐπ' αἰσχρότητι. *Heſych.* Rem confirmat *Zoſimus* L. I. 41. p. 54. Αὐρέολος — παραδοὺς ἑαυτόν, ὑπὸ τῶν περὶ τὸν βασιλέα στρατιωτῶν ἀναιρεῖται, τῇ διὰ τὴν ἀπόστασιν ἐχομένων ὀργῇ. — V. 5. κεῖνος. Claudius. καὶ σώματος ἐσκατ. Marm. quod *Caſaubonus* ita emendavit, ut ap. *Brunckium* legitur: *corporis reliquiis juſtum honorem denegare veritus.* Notandum ὀπίζων pro ὀπιζόμενος. — V. 6. στήσατο. *Fleetw.* Attigit hunc locum *Salmaſius* in Exercit. Plin. p. 31. E.

DCXXXIII. Vat. C. p. 442. Plan. p. 12. St. 22. W. „In quendam, qui matrem ſuam ſtupraverat. Male vulgo in lemmate legitur μητρυιάν." *Br.* Hoc emendavit *Huetius* p. 5. Male *Brodaeus*: *Qui ſuſtulerat novercam.* In membr. lemma eſt: Εἰς Πέρσην μητροφθόρον. cujus auctor ſpectabat fabulam de Perſarum cum matribus conjugio, unde liberos procreatos nobiliſſimos cenſeri tradit *Philo* de Spec. Legg. p. 778. Cf. *Briſſon.* de Regno Perſar. L. II. 155. ſq. p. 493. *Menag.* ad *Diog. Laërt.* Prooem. p. 6. et *Interpp. Catulli* XC. — V. 1. θάπτε. Vat. — V. 2. γῇ πάντων μήτηρ μητροφθόρον Vat. quae mihi verborum collocatio vulgato ordine videtur elegantior.

DCXXXIV. Vat. C. p. 241. Plan. p. 206. St. 300. W. Androtion quidam ſibi et ſuis ſepulcrum exſtruxerat, cum votis, ut, ordine naturae ſervato, ſeniores priores in illud deſcendant. Sepulcrum loquitur. Vertit *Auſonius* in Epitaph. XXXVII.

Me ſibi et uxori, et natis commune ſepulcrum
Conſtituit ſeras Carus ad exſequias.
Jamque diu monumenta vacant: ſicque iſta querela
Longior; et veniat ordine quisque ſuo,
Naſcendi qui lege datus; placidumque per aevum
Condatur, natu qui prior, ille prior.

— V. 2. οὐδ' ἑνός. Vat. C. et ſic mallet *Dorvill.* ad *Charit.* p. 76. — V. 4. τοὺς πρωτέρους πρότερον ſuſpicabatur *Weſſten.* qui hoc Epigr. excitat ad Euang. Lucae XXIII. 53. p. 821. *Ovid.* I. Heroid. 101. Penelope de Telemacho: *Di, precor, hoc jubeant, ut, eunibus ordine fatis, Ille meos oculos comprimat, ille tuos. Statius* L. V. Sylv. I. 181. *Linquo equidem thalamos (ſalvo tamen ordine) moeſti, Quod prior exegi longa poſtiora ſenecta Tempora. Gregor. Theol.* Ep. LII. in *Muratori.* Anecd. p. 49.

Σχέτλιός ἐστιν ὁ τύμβος· ἔγωγε μὲν οὔποτ' ἐάλπειν,
ὡς βα κατακρύψῃ τοὺς πυμάτους πρωτέρους·
αὐτὰρ ὁ Καισάριον, ἐρικυδέα υἷα τοκῆων,
τῶν πρωτέρων πρότερον δέξατο· ποῖα δίκη;

DCXXXV. Vat. C. p. 254. Plan. p. 211. St. 307. W. In ſepulcrum, quod Maximus ſibi et Calepodiae conjugi exſtruxerat. — V. 1. τὴν σορόν. Non ſandapilam tantum ſignificat, verum etiam partem camarae ſepulcralis, qua arcae lapideae collocabantur. Vide *Leichium* in Nov. Emendatt. ad Muratori Inſcr. p. 65. — ¶. 286.] V. 3. „Poſt σόν τε diſtinctio ponenda erat, quod monuit Vir doct. ad Eurip. Suppl. p. 190. ubi audaciori conjectura ultimus hujus carminis verſus emendatus, cui leviorem admovi medicinam. Vulgo legitur: ὡς ἵνα τὴν στοργὴν κἂν φθιμένοισιν ἔχῃ. Suadet *Marklandus*: ὦ ξένε, τὴν στοργὴν κἂν φθιμένοισιν ἔχει. α *Br.* In

membr. legitur: ὡς ἵνα τ. στ. κἂν φθιμένοισιν ἔχοις. Emendatio cl. Editoris parum elegantiae habet; illud κἂν φθιμένοισιν minime ſollicitandum. Fortaſſe fuit:

ὡς ἅμα τὴν στοργὴν κἂν φθιμένοισιν ἔχοι.

ut amorem ſuum i. e. *amatam ſibi conjugem etiam ap. inferos ſecum habeat. Apollonid.* Ep. XXVIII. ἄμφω δ', ὡς ἅμ' ἔναιον, ἐνὶ πλακὶ τυμβεύοντας Κυνὸν ἀγαλλόμενοι καὶ τάφον ὡς θάλαμον.

DCXXXVI. Vat. C. p. 256. Plan. p. 55. St. 78. W. — V. 1. „κάτθανον. Sic Florent. et Aldus in edit. prima; in ſecunda προὔλαβον, quae lectionis varietas in nullo mihi Cod. animadverſa.“ *Br.* προὔλαβον fluxit ex Lectt. Aldinae pr. ubi Aldus hanc lectionem in Codice quodam a ſe repertam notavit. — Color eſt ut in verſſ. ap. *Plutarch.* T. II. p. 110. B. Νῦν ἄμμες, πρόσθ' ἄλλοι ἐθάλλομεν, αὐτίκα δ' ἄλλοι, Ὧν ἄμμες γενεὰν οὐκέτ' ἐποψόμεθα.

DCXXXVII. Vat. C. p. 318. Plan. p. 210. St. 305. W. „Titulus vulgo ἀδέσποτον, οἱ δὲ Νέρωνος. Ultima haec in tribus Planudeae codd. non leguntur, in membranis ἄδηλον ἐπὶ τίνι. “ *Br.* Prior certe horum verſuum diu ante Neronem proverbii vim obtinuit. *Sueton.* in Vit. Neron. c. 38. *Dicente quodam in ſermone convivii,* ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί. *imo, inquit,* ἐμοῦ ζῶντος, *planeque ita fecit.* Eundem verſum Tiberio crebro in ore fuiſſe, tradit *Dio Caſſ.* L. LVIII. 23. p. 895. ubi vide *Fabricium*, qui eum Euripidei Siſyphi vel Bellerophontis eſſe putat. Ad eum reſpicit *Cicero* de Fin. III. 19. *quoniam illa vox inhumana et ſcelerata ducitur eorum, qui negant ſe recuſare, quo minus, ipſis mortuis, terrarum omnium deflagratio conſequatur; quod vulgari quodam verſu graeco pronuntiari ſolet.* Alterum verſum ſubjectum legimus

quoque in *Stobaei* Ecl. Phyſ. L. II. 7. T. III. p. 253. ſq. in loco ex Peripateticorum ſcriptis, *Ariſtotele* inprimis et *Theophraſto*, excerpto.

DCXXXVIII. Var. C. p. 257. Plan. p. 212. St. 308. W. Auctor hujus diſtichi invertit Ep. *Simonidis* LXI.

Πολλὰ φαγών, καὶ πολλὰ πιών, καὶ πολλὰ κάκ' εἰπὼν
ἀνθρώπους, κεῖμαι Τιμοκρέων Ῥόδιος.

Hominis egeni et valetudinarii eſſe puta, qui miſeram tamen et voluptatibus privatam vitam per longam annorum ſeriem produxerat.

DCXXXIX. Vat. C. p. 365. Plan. p. 100. St. 161. W. Hinc fortaſſe expreſſum Ep. *Palladae* CXL. ubi vide not. T. II. P. III. p. 264. — V. 1. σὺ omittit Vat. — *Spes et fortuna valete.* Formula paſſim obvia. vide *Burm.* ad Anth. Lat. T. II. p. 213. — παίζετε τοὺς μετ' ἐμέ. *Seneca* in Anth. Lat. T. I. p. 417.

Cura, labor, meritum, ſumti pro munere honores,
Ite, alias poſthac ſollicitate animas.
Me procul e terra Deus avocat.

Ibid. T. II. p. 256. Nr. CCCXLIV.

Effugi tumidam vitam. Spes, forma valete;
Nil mihi vobiscum eſt; alios deludite quaeſo.

DCXL. Vat. C. p. 252. Plan. p. 222. St. 323. W. In Dionyſium, Tarſenſem, alterum Timonem. Optimum Epigramma. — V. 1. ἑξηκοντούσης. Vat.

DCXLI. Vat. C. p. 254. Edidit *Reisk.* in Anth. nr. 585. p. 79. ante eum *Majus* in Catal. Bibl. Uffenb. p. 582. et inde *J. Pierſon.* ad *Moer.* p. 112. — V. 1.

„Pierſoni emendationem ult. diſtichi ſecutus ſum. At v. 1. φρουρῆς pro nomine appellativo accepiſſe videtur; eſt viri nomen, quod tamen depravatum non eſſe non contenderem.“ *Br.* *Reiskius* jungebat φρουρᾶς ἄξιον στέφανον, illud vocabulum pro ἐπιμελείᾳ, quamvis parum apte, poſitum exiſtimans: *cuſtodia dignam noſtrae pieratis coronam.* — V. 4. ἔτι ζῶ νυμφικῇ. Vat. ἔτι jam reperio in Ap. Guy. et Ruhnk. In utriusque Apogr. marg. notatum, *ineptum eſſe et ſubditicium* hoc diſtichon. At ego ſincerum eſſe nullus dubito. Senſus optimus: *Vivo in decem liberis, mihi ſuperſtitibus, cum maritalem prolis egregiae vel foecunditatis fructum ceperim.*

¶. 287.] *DCXLII.* Vat. C. p. 257. Plan. p. 194. St. 283. W. *Reisk.* in Anth. nr. 589. p. 81. cum lemmate: Εἰς Σαβῖνον ἐν Κορίνθῳ θαύματος ἄξιον. Tenerrimi amicitiae ſenſus ſignificatio in hoc carmine ineſt. In quem Sabinum ſcriptum ſit, cum plurimi hujus nominis fuerint, inutile duco inquirere. — V. 2. ἀ λίθος ἀ μικρά. Vat. Plan. — μικρὴ τῆς μεγάλης φιλίης. *Theocrit.* Eid. XXVIII. 24. κεῖνο γάρ τις ἐρεῖ τῳ; ποτιδών ὀ' ἦ μεγάλα χάρις Δώρῳ ξὺν ὀλίγῳ. — V. 4. πίης ὕδατος. Vat. C. ſuperſcriptum πόματος. Adſcripſit *Salmaſius*: *Placet ὕδατός, et verſus rotunditas hoc poſtulat.* πόματος eſt in Plan. et ap. *Reisk.* Fons ſententiae fortaſſe *Homeri* Ιλ. χ. 389. Εἰ δὲ θανόντων περ καταλήθοντ' εἰν Ἀΐδαο, Αὐτὰρ ἐγὼ κἀκεῖθι φίλου μεμνήσομ' ἑταίρου. Ap. *Lucian.* Dial. Mort. X. cum Proteſilaus ſummum conjugis videndae deſiderium ſignificaſſet, Pluto, οὐκ ἐπιεις, ait, ὦ Πρωτεσίλαε, τὸ Λήθης ὕδωρ. Ille reſpondet: Καὶ μάλα, ὦ δέσποτα, τὸ δὲ πρᾶγμα (amor in Laodamiam) ὑπέρογκον ἦν. Ex noſtro carmine fortaſſe expreſſum ſuaviſſimum, licet recentioris forte poëtae, Epigr. in Anth. Lat. IV. 187. T. II. p. 139. *Tu cave Lethaeo contingas ora liquore, Et cito venturi ſis memor, oro, viri. Te ſequar obſcurum per iter.*

DCXLIII. Vat. C. p. 305. Plan. p. 275. St. 398. W. „Inepte Planudes verſus hos retulit in Libri III. caput εἰς ποιητάς, homonymia deceptus. Vide Heſych. in σάρδιον. et Salmaſ. in Plin. p. 72.“ *Br.* Lemma in membr. Ἀδέσποτον. Εἰς Σοφοκλέα, οὐ τὸν τὰς τραγῳδίας γράψαντα, ἀλλά τινα ἄλλον. — V. 1. Ἄιδος ἔςβην Vat. C. pro ἐςέβην procul dubio. — V. 2. „Vulgo εἰ δέ τι σαρδόφῳ, pro quo ſcripſi εἰςέτι σαρδόφου. Poſterius bene. Sed in membranis εἴδατι, quod omnino praeferendum, εἴδατι Σαρδόφου σελίνοιο. eſu ſardoniae.“ *Br.* In membr. eſt Σαρδόφω. Σαρδώου emendavit *Anonym.* Bibl. Bodl. — Herba ſardoa, ſive *apiaſtrum venenatum, ſiquis comederit, nervos contrahit, rictu diducit ora, ut, qui mortem oppetunt, facie ridentium intereant.* Solin. c. IV. p. 13. E. Idem tradit *Heſych.* l. c. Cf. *Martin.* Lex. Phil. T. II. p. 545.

DCXLIV. Vat. C. p. 293. Edidit *L. Holſten.* ad *Steph. Byz.* v. Θαυμακία. p. 133. et *Berkel.* ad eund. *Reisk.* in Anth. nr. 751. p. 154. inter Jenſian. nr. 100. Epigramma optimae notae in Derxiam quendam Theſſalum, quem iter in Peloponneſum facientem latrones in ſylva adorti peremerant. — V. 2. Θαυμακίδαν. Vat. Jenſ. — V. 3. Μαλειαῖον. prb Μαλειαΐον, ni fallor. Sylva in promontorio Maleae. *Jenſ.* et *Berk.* Μαλειαῖνον. — V. 4. *Narra Thaumaciae civibus, te hîc tumulum, Derxiae, Lamponis filio, aggeſtum vidiſſe.* Sic haec accipi poſſunt, et ſic fere *Reiskius.* Fortaſſe tamen poëta hoc dicere voluit: Dic, te vidiſſe tumulum, quem Lampo filio ſuo Derxiae in ſylva Maleaea aggeſſit. Pater ipſe, in Laconia forte cum filio verſatus, eum a latronibus interfectum ſepeliviſſe videtur. — V. 5. quaedam Apogr. Δέξια exhibent. Δέξια. *Berkel.*

DCXLV. Vat. C. p. 282. Edidit *Reisk.* nr. 709. p. 137. inter Jenſ. nr. 59. Εἰς Νικάνδρου τινὸς τέκνα ὁμοῦ θανόντα. „Scriptum in Codice ἀοῖς, quod mutanti Sal-

masio auscultare non debebam; genitivi flexus est doricus." *Br.* In Apogr. Gothano perspicue ἀοῦς scriptum, nec aliter in aliis apogr. quae mihi videre contigit. — V. 2. ἄνυσε. confecit, absumsit. — Λυσιδίκας. Vat.

DCXLVI. Vat. C. p. 284. Εἰς Κλεόδικον, υἱὸν Νικασίδος. Edidit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 350. *Reisk.* in Anth. nr. 713. p. 139. inter Jens. nr. 63. — V. 1. σελάνας δρόμοι. Nondum tibi luna tres annos impleverat. Post tres annos peractos coma detondebatur pueris tertio Apaturiorum die, hinc κουρεῶτις appellato. *Proclus* in Timae. Plat. p. 27. ἡ δὲ τρίτη κουρεῶτις· ἐν ταύτῃ γὰρ τοὺς κούρους ἐνέγραφον εἰς τοὺς φράτορας τριετεῖς καὶ τετραετεῖς ὄντας. quem locum excitat *Schneiderus* ad *Nicandri* Alex. v. 417. p. 212. — ¶. 288.] V. 3. Κλεόδικε. Apogr. Pauw. In marg. Κλεύδικε. ut Membr. — „Orvillius non male σὰν dedit, licet Cod. praeferat σήν. At v. 4. perperam εὐακτῷ pro ἀλακτῷ, quod perspicua praebet Codicis scriptura; sed forte typothetae erratum est, ut v. 2. ἀντισχεῖντο. In Cod. scriptum est στεφάνῳ. Salmasius θανάτῳ reposuit." *Br.* In Cod. perspicue σὰν scriptum. In marg. ap. Guy. ἐπαιακτῷ vel ἐπ' ἀλακτῷ notatur. Mox emendationem *Salmasii* ἐβόα θανάτῳ pro ἐβόα στεφάνῳ, quae Cod. est lectio, *Cornel. de Pauw* in not. mst. merito improbat, ipse tamen reprehendendus in eo, quod membranarum lectionem de corollis interpretatur, quae puerorum puellarumque tumulis imponebantur. Tu lege emendatione longe certissima:

ἐπ' ἀλακτῷ πόλλ' ἘΒΟΑΣΕ ΤΑΦΩι.

Hoc quomodo in ἐβόα στεφάνῳ abire potuerit, in oculos incurrit. Recte vero ἐβόασε. *Anacreon* Ep. LXXXI. πᾶσ' ἐπὶ πυρκαϊῆς ἡδ' ἐβόησε πόλις. *Anyte* Ep. XIX. πολλάκι

τῷδ' ὀλοφυδνὰ κόρας ἐπὶ σάματι Κλεινὼ Μάτηρ ὠκυμόρου παῖδ' ἐβόασε φίλαν. *Gregor. Theol.* Ep. LXXXIII. in *Murator.* Anecd. p. 81. ἄλλοι δ' αὖ βοόωσι παρ' ἠῖον. *Ariſtides* Oratt. T. I. p. 76. ed. *Jebb.* οὐ μὴν ἀρκέσει σιωπῇ ϑρηνεῖν, οὐδ' ὅσον βοῶντας τοὔνομα. — V. 5. καὶ γενέτας περὶ ἓπ' ἀγνώτῳ. Sic Vat. C. Lacunam *Salmaſius* inter deſcribendum impleviſſe videtur. Omnia enim apographa, quae ex Salmaſiano fluxerunt, Περίκλειτος exhibent. — V. 6. ἀνοστοτάταν. epitheton ab homine ad rem translatum, quo nihil apud poëtas frequentius. Ipſe Cleodicus cum tenebricoſas illas regiones adiiſſet, *unde negant redire quenquam*, ipſius flos, quem nemo hominum ſpectaturus erat, ἄνοστος vocatur. Fingit autem poëta, puerum, immatura aetate exſtinctum, in Plutonis regno ad plenum adoleſcentiae florem perventurum eſſe. Similiter in Anth. Lat. IV. 122. p. 81. in puerum ſtatim poſt partum a Proſerpina raptum:

Haec rapuit, paucos ut cum tu adoleveris annos,
Inter delicias te beet illa ſuas.
Creſce puer, tu creſce infans, infantule creſce.

Suave phantasma, quod tamen offendit *Reiskium*, qui ἀγνωστοτάταν temere poſuit. Jam audi eum, illud inventum ſuum explicantem: „ἥβη ἀγνωστοτάτη eſt puerili in ſepulcro usque ad annos illos, in quibus, ſi vixiſſet, in pubertatem evaſiſſet, obhaeſio inter alios mortuos, quorum nemo meminit, nemo novit curatve reliquias.“

DCXLVII. Vat. C. p. 320. ſq. Edidit *Reiske* in Anth. nr. 677. p. 124. inter Jenſiana nr. 26. In Leucippum quendam, apiarium, qui lepores ſectando perierat. Elegans epigramma et antiquum. — V. 1. Νηϊάδες. *Goens*, qui hoc Epigr. edidit ad *Porphyr.* de Antro Nymph. Diſſ. II. p. XXIX. inter Nymphas et

apes necessitudinem quandam esse existimat, quod illis melle sacra solerent fieri. Dicendum potius, Nymphas haud secus ac Pana (vid. *Niciae* Ep. VI. *Diodor. Zon.* Ep. VI.) propterea, quod agrestes sunt deae, omni operi rustico praefuisse. In apes igitur potestatem habent; quare, Aristaeo, mellificationis inventori, ob Eurydicen infestae, apes necaverunt. Cyrene ap. *Virgil.* Georg. IV. 532. *hinc miserabile Nymphae, Cum quibus illa choros lucis agitabat in altis, Exitium misere apibus.* — ψυχὰς βοσκόλια. relicta et Leucippi morte afflicta; sive, quod malim, *frigida rura*, quae pastores per aestatem sectari solent. Conf. inprimis *Virgil.* Georg. III. 324. sqq. — V. 2. ὑπ' εἰαρ. λ. νισομένοις. Vat. C. Utrumque emendatum ap. *Jens.* et *Reisk.* — οἴμος εἰαρινὴ. agri vernantes et pascua florentia, in quibus versantur. — V. 3. ἀρτιπόδεσσι λαγωοῖς. ἀρτίποδες ἵπποι passim occurrunt ap. *Homer.* Ιλ. γ. 327. ψ. 475. — V. 5. οἱ νομέειν. *Reisk.* et *Goens.* In Ap. Voss. οἰκομέειν i. e. οἱ κομέειν, quod commendat *Pierson.* ad *Moer.* p. 449. et *Schneider* in Peric. crit. p. 47. — In fin. vs. apogr. Guy. et Ruhnk. vitiose ἄκρης. in marg. ἄκρης. ἡ γειτων ἄκρης est montium et saltuum vicinus, ubi pascua. *Corn. de Pauw* in not. mst. Ἄκρης litera majuscula scribendum censebat, quod esset nomen urbis. — V. 6. παθοῦσι. Ap. Ruhnk. in marg. ποθοῦσι.

DCXLVIII. Vat. C. p. 324. *Reisk.* in Anth. nr. 777. p. 165. ex Jensian. nr. 126. — V. 1. λησταῖος. Vat. *Reisk.* λησταῖον. margo ap. Guy.

DCXLIX. Vat. C. p. 241. Plan. p. 226. St. „Ultimum distichon a praecedentibus vulgo separatur; ea in unum epigr. conjungit Cod. Jani Lascaris.“ *Br.* Sic in unum conjunctos hos versus habuit *Marian. Acursius* ad *Ausonium* Ep. XXXIV. nec aliter habetur in Ed. Flor. pr. In Aldina pr. autem ἐλέσποτον interpositum. In Vat. C. v. 5. 6. omittuntur l. c. sed separatim exhi-

bentur p. 253. cum lemmate: Εἰς τινα γυναῖκα σώφρονα καὶ μόνανδρον. Separata haec fuerunt jam *Auſonii* aetate, qui nonniſi duo priora diſticha vertit:

Viginti atque novem genitrici Callicrateae
Nullius ſexus mors mihi viſa fuit.
Sed centum et quinque explevi bene meſſibus annos,
In tremulum baculo non ſubeunte manum.

V. 2. οὐδενὸς οὐδὲ μιᾶς. Vat. C. οὐδενὸς οὐδεμιᾶς. Plan. — V. 4. σκήπωνι. Vat. Plan. Eadem diverſitas paſſim obſervatur. Vid. ad *Leonid. Tar.* X. T. I. P. II. p. 71. *Ariſto* Ep. III. Ἀμπελὶς ἡ φιλάκρητος ἐπὶ σκήπωνος ὁδηγοῦ Ἥδη τὸ σφαλερὸν γῆρας ἐρειδομένη. — V. 5. ἆδ' ἐγὼ ἁ. Vat. ἄδ' ἐγὼ ἡ. Plan. et vſ. ſq. ζώναν α. λυσαμένα. Vat. ζώναν α. λυσαμένη. Plan. — περίβωτος hoc loco in laudem accipiendum eſſe patet. V. *Thom. M.* v. διαβόητος. In malam partem plerumque reperiri notavit *Valckenar.* ad *Ammon.* p. 65. — ὑπὸ πλακὶ τῇδε. *Apollonid.* Ep. XXVIII. ἄμφω δ' ὡς ἅμ' ἦναιεν ὑπὸ πλακὶ τυμβεύονται. — μούνῳ. Haec laus paſſim in ſepulcralibus occurrit. Vide *Santen.* ad *Propert.* IV. El. XI. 36. p. 904. *Burm.* ad Anthol. Lat. T. II. p. 127.

DCL. Vat. C. p. 253. Plan. p. 210. St. 306. W. In Amyntichum hortulanum et agricolam. — V. 3. πέπλον Vat. C. a pr. m. Superſcriptum γρ. πρέμνον, quod exhibet Planud. — V. 4. „Toup. in Addend. ad Theocrit. p. 406. legit κλήμασί θ' ἡγλάϊσε. Neceſſaria mihi non videtur pronominis additio, quod praecedenti verſu repetitur. Illud non habent codices, et eo minus reponendum, quod ſic frequenti recurſu ſibilantis literae verſus fieret aſperior.“ *Br.* De verbi ἀγλαΐζειν vi transitiva vid. ad *Theocriti* Ep. I. T. I. P. II. p. 191.

¶. 289.] *DCLI.* Vat. C. p. 255. Εἰς Φρόντωνα, οἱδν Πωλίττης· εὑρέθη δὲ ἐν Κυζίκῳ· τὸν δὲ ποιήσαντα οὐ γινώσκω·

— V. 3. ἡ πολύπαις, novem liberorum mater. — λοχίη *Bandur.* — V. 4. καὶ πολυκοιρανίη. Reſpicitur verſus πολυθρόλλητος *Homeri* Ιλ. Β 204. οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω, εἷς βασιλεύς. Indicare voluiſſe videtur poeta, Conſtantiae liberos, id quod in hac hominum conditione rarum, optimis moribus et omnino tales fuiſſe, qui homines ad principum amorem et reverentiam moverent. — V. 8. Niobe, quae viva obduruit, non felicior fui. ἔμπνοος νέκυς. quippe quae *fixa cacumine montis Liquitur* et in marmor mutata etiamnum *lacrymas manat* (*Ovid* Metam. VI. 311.), et λίθος περ ἔουσα θεῶν ἐκ κήδεα πέσσει. *Homer.* Ιλ. Ω. 617. In talibus oxymoris veteres

ſibi placebant, nonnunquam usque ad vitium. Noti ſunt ἐμψυχοι τάφοι *Gorgiae Leontini*, quos vituperavit *Longinus* II. τ. c. III. ubi vide *Ruhnken.* p. 244. *Wakefield* ad *Lucret.* V. 991. — V. 9. ναί, καὶ τὸν γενέτην. Quid duplex illa aſſeveratio hoc loco valeat, me non intelligere fateor. Facile apparet, hanc tum demum locum habuiſſe, ſi verbum γενέτης proxime praeceſſiſſet. Num fuit:

εἰ καὶ τὸν γενέτην —

quod cum ellipſi dictum: *Quod ſi patrem liberorum meorum ſolum occidiſſent* — cauſam ſaltem hujus ſceleris afferre poterant; at quid infantes peccaſſe poterant, ab omni hominum malitia alieniſſimi? — V. 11. Ῥώμην, ἣ νέα ſcil. Conſtantinopolis. — V. 12. θρηϊκίοις. vehementibus et importunis ventis. Facile crediderim, etiam ad patriam Phocae reſpici, quem tamen an quisquam Thracem fuiſſe prodiderit, ignoro.

DCLXXXV. Plan. p. 195. St. 283. W. Hoc Chriſtiani hominis carmen ſcriptum eſt in Nicolaum, Patriarcham Alexandrinum, qui laudatur ob fortitudinem, qua adverſariis fidei chriſtianae et ipſis regibus reſtiterit, et ob inſignem, qua vitam inſtituerit, ſeveritatem. Quis ille fuerit Nicolaus quibusque factis hanc laudem meruerit, ignorare me fateor, nec nunc inquirere vacat. — V. 2. πατέρων εὐνομίη ad Concilium quoddam referendum videtur, quo Nicolaus, reliquis patribus accedentibus, haereticos impugnaverit. — V. 7. ποθέεσκεν. hoc beatae vitae praemium appetivit, dum viveret. — V. 8. πιέσας. *Heliodor.* T. II. p. 229. ἐπίεζε λιμῷ καὶ αἰκίαις. *Libanius* de miſera Chriſtianorum poſt Juliani mortem conditione T. I. p. 620. Φιλοσόφων δ' ἀνδρῶν αἰκίζεται τὰ σώματα - καὶ πρόφασιν αἰτία κλοπῆς, καὶ δεῖ γεγυμνωμένον μέσου θέρους ἐν μεσημβρίᾳ ταῖς ἀκτῖσι πιεζόμενον -

διδόναι, καὶ ἀναγκάζεται (sic lege pro καταναγκάζεται) οὐχ ἵνα δῷ κ. τ. λ.

DCLXXXVII. Vat. C. p. 315. Plan. p. 195. St. 283. W. In Pytheam, neſcio quem. — V. 2. ψυχῆς ἀγλαὰ πάντα μένει. Hanc ſententiam perſequitur *Libanius* in Progymn. T. IV. p. 958. ed. *Reisk.* loco paſſim depravato: Ὁ δέ γε δίκαιος χαίρων μεθίσταται, καλῶν ἀποδημίαν τὴν καλήν· κήπους καὶ ἄνδρα καὶ αὔρας ἀνειροπολῶν καὶ ἀπελθόντος χαίρει τοὔνομα· καθάπερ Ἀριστείδου τοῦ Λυσιμάχου. Hîc ſcribendum ſuſpicor: καλῶν ἀποδημίαν τὴν κατάλυσιν. et καὶ ἀπελθόντος διαμένει τεῦνεμα. *Conſolatio* ad Liviam v. 265. *Facta ducis vivent operoſaque gloria rerum. Haec manet: haec avidos effugit una rogos* — V. 3. ὡς ἔλαχες ἔμαθές τε. Vat. C. ὅσσ' a ſec. man. emendatum; idque conjectura aſſecutus eſt *Caſaubon.* in not. mſt. nam in Plan. quoque ὡς ἔλαχος habetur. Quaedam edd. antiqq. ὧν ἔλ. idque tuetur *Brodaeus.* At ὅσσα verum eſſe, apparet ex loco *Cratetis*, unde haec expreſſa ſunt: ταῦτ' ἔχω, ὅσσ' ἔμαθον καὶ ἐφεύρισκα καὶ μετὰ Μουσῶν Σέμν' ἐδάην. — V. 4. πυθέα. In marg. Wechel. ἴσως γεραπτέον ποθέων. male.

DCLXXXVIII. Vat. C. p. 315. Edidit *Reisk.* in Anth. nr. 783. p. 167. inter Jenſiana nr. 132. — V. 1. σῶμα ἔλειπεν. Vat. λέλοιπεν habet Apogr. Ruhnk. In marg. Guy. corrigitur σῶμ' ἀπέλειπεν. — V. 2. παρεκάθευε. Vat C. In Ap. Ruhnk. et Guy. παρεκάθευτο. nec aliter *Reiskius.*

DCLXXXIX. Vat. C. p. 313. Edidit *Reisk.* in Anth. nr. 673. p. 121. inter Jenſian. nr. 22. Cf. Epigr. DCLXXXIII. in eundem *Andream.* — V. 2. δικάσας. Vat. — Δανοῖσι *Reiskius* in Δαύοισι mutavit. *Rubnkenius* quoque in Epiſt. crit. p. 118. *Danaos* hoc loco Graeculi alicujus κακοζηλίᾳ deberi arbitratus Δάκοισι corrigit; ut Andreas Daciae et Illyrici Vicarius, vel ipſe praefectus praetorio Illyrici fuiſſe dicatur. Dacia,

poſt diviſionem orbis Romani a Conſtantino Magno inſtitutam, erat ſubdioeceſis praefecti praetorio Illyrici. Vide *Zoſim.* L. II. 33.

DCXC. Vat. C. p. 256. Εἰς Πατέριον, υἱὸν Μιλτιάδου καὶ Ἀττικῆς Ἀθηναίου. *Reiskius* Anth nr. 588. p. 80. In lemmate ſcripſit εἰς Παθέριον, quod nomen idem eſſe cum nomine *Paſchalis*, docuit ex *DuCangii* Gloſſ. Lat. Med. Aevi v. *Thia.* — V. 1. „Perperam in Cod. ſcriptum λιγόθυμον.“ *Br.* Sic *Reisk.* In marg. Ap. Guy. emendarum γλυκόθυμον. Lenior emendatio cl. editoris. — V. 2. βαρυτλήτου. ob filium ipſi in flore aetatis ereptum. Ap. Lipſ. βαρυπλήτου. quod *Reisk.* emendavit. — V. 4. ἀναπάσης. *Reisk.* ἅμα πάσης propoſuit, quod unicuique facile in mentem venerit. At ἀνάπας idem eſt quod σύμπας. — ἔμπλεον A. θεσμῶν. legum Romanarum ſcientiae peritiſſimum. *Antip. Sidon.* Ep. XXXVII. οὐ λάλον, ἀλλὰ καλᾶς ἔμπλεον ἀσυχίας. — V. 5. τ' omittit Vat. C. Ap. *Guy. Rubnk. Reisk.* — πίσυρές ἀρεταῖν. *Omne, quod eſt honeſtum, id quatuor partium oritur ex aliqua. Aut enim in perſpicientia veri ſollertiaque verſatur: aut in hominum ſocietate tuenda, tribuendoque ſuum cuique et rerum contractarum fide: aut in animi excelſi atque invicti magnitudine ac robore: aut in omnium, quae fiunt, quaeque dicuntur, ordine et modo, in quo ineſt modeſtia et temperantia.* *Cicero* de Offic. I. 5. 2. quas *quatuor virtutes* ſerior aetas *cardinales* appellare ſolebat, cujus appellationis fontem indicavit *Salmaſ.* Exerc. Plin. p. 882. A. — V. 7. εἴατε Vat. C. et omnia quae vidi apographa; nec aliter *Reisk.* ἀγλαόμορφον ἔρνος ἐήτης. Similia paſſim obvia. *Statius* II. Sylv. I. 106. de puero immatura morte exſtincto: *Ille, velut primos exſpiraturus ad auſtros, Mollibus in pratis alte flos improbus exſtat.* Idem L. III. 3. 128. *Qualia pallentes declinant lilia culmos, Pubentesque roſae primos moriuntur ad auſtros, Aut ubi verna novis exſpirat purpura pratis.*

¶. 299.] *DCXCI.* Edidit hanc inſcriptionem aras ſepulcralis *G. Wheler.* in Itiner. p. 268. *Spon.* in Miſcell. Erud. Antiq. p. 149. *Fleetwood.* in Syll. p. 212. Iterum illam deſcripſit Philadelphiae ad Tmolum *Th. Smithius* ediditque in Notit. Septem Eccleſ. Aſiae p. 33. *Muratori* Theſaur. p. 1425. *Bonada* Anthol. T. II. p. 138. Illuſtravit eam Vir Doct. in Miſcell. Obſſ. T. IV. p. 350. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 503. — V. 1. Aquila conjugem Xanthippam hominum memoriae commendavit. βίοτος, ut βίος, de genere humano paſſim obvium. Ξαντίππην Marmor. quod lapidarii ignorantiae tribuendum. βίου. *Wheler.* et μνήμην. Hinc *Fleetwoodius* emendandum propoſuit: Ξαντίππης Α. μνήμην βίότου π. — Ἀκύλα etiam Ἀκύλας enuntiatur, et ſic fortaſſe in marmore ſcriptum eſſe debuit. Certe terminatio illa in α apud Graecos rariſſima. Vide *Bentlej.* Epiſt. ad *Millium* p. 78. ſqq. — παραδόκην. *Whel.* — V. 2. βωμῷ. i. e. cippo ſunebri, in quo libationes et ſacra parentalia fiebant, docente *Fabretto* ad Inſcr. Antiqq. c. II. p. 107. ſq. Infra Ep. DCXCVIII. τάφον τὸν ἔντα πλησίον, βωμὸν δ' ἅμα Ἔτευξα κατὰ γῆς Κλαυδία, ἡ καὶ Δεχάς. Inſcript. ap. *Gruter.* p. DCCCVII. 10. τύμβον καὶ βωμὸν Μελεάγρῳ ἐνθάδ' ἔτευξαν . . . . υἱοὶ Δήμαγνος καὶ Κλεόνεικος. Interpoſita, ut mutilata et corrupta, praetermitto, licet haud ignorem, haec a *Grotio* in verſuum ſpeciem concinnata eſſe in Mantiſſa Tertia Anthol. Planud. T. III. p. 408. Anthol. Lat. L. IV. nr. CCCXIII. p. 232.

Hic matris cineres ſola ſacravimus ara,
Quae genuit tellus, oſſa tegit tumulo.

Ibid. nr. CCCXXXVII. p. 246. *Aſtorio meritam dicat hanc Octavius aram.* ubi *Burmannus* hunc morem fuſe illuſtrat. — τειμήσας. *Marmor.* — εἱμενο ταυτην. *Whel.* — V. 3. παρθένον recte *Wheler.* Male *Smithius*, cujus in re-

liquis correctior est editio, παρθένος. παρθένον μίτρην jungendum esse monuit *Schrader* ad *Musae.* c. XX. παρθένος adjective positum est ap. *Aeschyl.* Pers. 617. παρθένος πηγή. *Eurip.* Hipp. 1006. παρθένος ψυχή. ubi vide *Valckenar.* p. 271. A. B. — ἥς δείδω. *Whel.* — V. 4. ἔσκεν. nonnulli. — θάλαμοι *Smith. Murat* θαλάμῳ recte *Wheler.* Mire haec vertit *Murasorius Cujus tempestivum florem habuit in medio quiescentem thalamo.* ἡμιτελὴς θάλαμος passim occurrit, ubi de matrimonio immatura alterius conjugum morte soluto agitur, ad imitationem *Homeri* Ιλ. β. 701. ubi, omissis Grammaticorum argutiis, rem simpliciter expositi Ill. *Heynius* T. IV. p. 35. Cf. *Diodori Sard.* Ep. IX. — V. 5. εἰκοσίους τ. βίους'. *Smith.* Prius habet etiam *Wheler.* qui pro altero βίου habet. *Dorvillius* exhibuit τρεῖς γὰρ ἐπ' εἰκοσίους τ. βιοῦσ' ἐνιαυτούς. V. D. in Misc. Obss. l. c. τρεῖαν ἐπ' εἰκοσίους τ. βιοῦσ' ἐνιαυτοῖς. — V. 6. ἐθανεν. *Smith.* τους δε θανεν τουτου. *Wheler.*

DCXCII. Protulit *Chishull.* in Itiner. p. 168. *Tollius* in Fortuit. p. 307. sqq. Ex *Tollio* eandem edidit *Muratori* in Thes. p. 749. *Bonada* T. II. p. 516. emendatius *Dorvill.* in *Charit.* p. 523. et *Toup.* in Addend. ad Theocrit. p. 399. Hujus lectiones *Brunckius* exhibuit. Scriptum est in Theodotum, triginta annorum juvenem. V. 1. 2. iterum laudat *Dorvill.* ad *Charit.* p. 350. — ἀβόατος. βοᾶν. in luctu solemne. Vide not. ad Ep. DXLVI. — V. 2. οἶμον ὀφειλομένην. *calcanda semel via leti. Horat.* I. Od. XXVIII. 16. Cf. *Burmann.* ad *Propert.* p. 409. — V. 3. ἐπονδαισι et ἄστυ vitiose *Murat.* reliqui recte. πολὺ cum γεγαθότα licet conjungere et cum αἰάζει. Hoc alterum mihi quidem rectius videtur: Mater vehementer luget te sacrificiis Deorum gaudentem prytanin. Ex hoc disticho *Tollius* sibi perspexisse videbatur, Theodotum in prytaneo, die quodam festo, cum Diis libatum esset, hilarius semet invitasse, verum

eadem nocte vita cum morte commutata, multo cum luctu matris insigne mortalibus documentum dedisse, unde intelligerent, omnia humana incerta esse. At haec conjectura nullo idoneo fundamento nititur. Prytanes sacrificiis publicis intererant, quod eorum officium his versibus circumscribitur. Ut autem *gaudere, laetari* apud Latinos pro *uti*, sive *versari* in aliqua re usurpatur, sic γηθεῖν et χαίρειν apud Graecos pro χρῆσθαι. Vocabulum πρύτανις *Muratorium* movit, ut de cive Attico agi existimaret; at in plerisque Graeciae civitatibus prytanea fuisse satis constat post observata *Casaubon.* ad *Athen.* XV. c. 19. p. 993. Cf. *Spanhem.* de Vesta et Prytan. Graecor. p. 679. sqq. in *Graevii* Thes Antiqq. T. V. — V. 5. βούσεται. i. e. κηρύσσει. ut alibi dicitur. — ἀϊδάλως. *Toll.* et *Mur.* ἀΐδαλος τύχα. obscura et incerta. Pro *obscuro* est ap. *Soph.* Ajac. v. 611. τὸν ἀπόρσοπον ἀΐδηλον ᾄδαν. *Hesych.* ἀΐδηλον. ἄδηλον. ἀφανές. — V. 6. οὐδέν. *Toll. Dorv. Mur.* — V. 7. σὺμ π. *Marmor.* quo nihil in antiquis Inscriptt. frequentius. — „ὄφρ' ἂν ἐσάψω. marmor accurate intuenti facile apparebit ὀφρανεσαψω in eo scriptum, pro quo viri quidam alias doctissimi et oculatissimi οἴρανεσαιο legerant, atque *oerane tuo* in prosa et carmine verterant. Sed eundem et *Theudotum* et *Oeranum* appellatum fuisse, vix mihi quisquam persuaserit.“ Haec *Tollius. Dorvillius* ὄφρ' ἂν ἐφαψῶ scripsit, distinctione majore in versus fine posita: *Laetus cum patre agat, dum ad te perveniam, dum tecum conjungar.* Ejusmodi formulae passim in Sepulcralibus obviae. Ap. *Gruter.* p. DCCLXXXVI. 5. *ut ego possim dulcius et celerius ad eum pervenire.* et p. CCCLXXVI. 5. *mater rogat, quam primum se ducatit ad vos.* — *Brunckius* adhaesit lectioni a *Toupio* propositae: ὄφρ' ἂν ἐς αἰῶ Σ. i. e. ἐς αἰῶνα. Lexicon Sangerm. ineditum: αἰῶ. τὸν αἰῶνα κατ' ἐποχὴν Αἰσχύλος εἶπεν. Hoc satis speciosum; at me non satis intelligere fateor, quomodo haec enuntiatio cum

praecedentibus coëat: *Laetus cum patre degas, ut Sostratus* (hoc patris nomen fuisse videtur) *in perpetuum magna laude inter defunctos fruatur.*

DCXCIII. Vitiose edidit *Murator.* in Thesaur. T. III. p. 1321. Infeliciter hanc inscriptionem tractavit *Leichius* in Nov. Misc. Lipsi. T. I. p. 484. nondum hos versus esse intelligens. Postea rem melius administravit in Coris secundis ad calcem Sepulcr. p. 43. Eandem exhibuit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 39. cujus vestigia pressit cl. Editor. Id agit hujus carminis auctor, ut deliria esse et poëtarum portenta doceat illa de inferis, *tricipitem illum Cerberum, Cocyti fremitum, transvectionem Acherontis – inexorabiles judices, Minoem et Rhadamanthum,* quae sunt *Ciceronis* in Tusc. I. 5, 10. Similiter Pythagoras ap. *Ovidium* XV. Metam. 153.

O genus attonitum gelidae formidine mortis,
Quid Styga, quid tenebras, quid nomina vana timetis,
Materiem vatum falsique piacula mundi?
Corpora sive rogus flamma, seu tabe vetustas
Absturlerit, mala posse pati non ulla putetis.

Cf. inprimis *Callimachi* Ep. LIII. ibique notata T. I. P. II. p. 305. — V. 1. τὸ ἐπιγρ. *Mur.* — V. 2. ἀμφ᾽ σταθεὶς. *Mur.* vitio aperto, quo sexcentae ap. *Muratorium* inscriptiones inquinantur. — ἐπι. *Mur.* — V. 3. ἔστι ἐν. et Κάρων. *Mur.* — V. 4. οὐχὶ Κέρβερος πόων. in marmore, quod lapidarii oscitantiae tribuendum. Nihil his similius versibus *Lucretii* L. III. 1124.

Cerberus et Furiae jam vero et lucis egestas,
Tartarus, horrificos eructans faucibus aestus:
Quae neque sunt usquam, nec possunt esse profecto.

— V. 6. τέφρα σε γοναμεν. *Mur.* τέφρα γεγόναμεν. *Leich.* Omissum τε inseruit *Dorvillius*. Diogenes ap. *Lucianum* Dial. Mort. I. 3. p. 131. Pulchris et fortibus, ait, nuntia: πάντα μία ἡμῖν κόνις, φασί, κρανία γυμνὰ τοῦ κάλλους. si vera ibi lectio. Tragicus in Excerpt. *Grotii* p. 623. ὁ γὰρ θανὼν τὸ μηδὲν ἐστι καὶ σκιὰ κατὰ χθονός. *Horatius* IV. Od. VII. 15. *Nos, ubi decidimus, Quo pius Aeneas, quo dives Tullus et Ancus, Pulvis et umbra sumus.* ubi vide cl. *Mitscherl.* — V. 7. εἰμὴ καὶ οἱ ὀρθοστυπαγε ὀδοιγιορε μὴ καὶ τεθνακω γαδολεσχος σοιφανω. *Mur.* εἴη, καὶ οἱ ὀρθῶς; *Leichius*, hoc sensu: Quaeris, an idem et iis contingat, qui recte vixerint. Longe rectius *Dorvillii* acumen, quod *Br.* sequitur, nisi quod γ' post τεθνηκὼς a *Dorvillio* additum omittit. — V. 8. ἀδόλεσχος. Color in duobus his versibus, ut in Od. *Anacr.* IX. 35. ἔχεις ἅπαντ' ἄπελθε· λαλιστέραν μ' ἔθηκας, Ἄνθρωπε, τῆς κορώνης.

¶. 300.] *DCXCIV.* Ex *Muratori* Thes. p. 809. emendatum hoc Epigramma exhibuit *Dorvillius* ad *Charit.* p. 105. Scriptum in Crispinum, Ravennatem, ponticarum navium, dum viveret, praefectum. — V. 1. Ποντικῶν νεῶν, ejus procul dubio classis, quae Pontum Euxinum tuebatur, de qua vide *J. Lipsium* de Magnit. Urbis Rom. L. I. 5. — V. 2. Ὀξυρυτμοις πτερυξιν ηγαλμενος. *Mur.* quod varie tentavit *Dorvill.* pro ultima voce scribendum censens ἐξηγαλμένος, aut ἦν ἠγαλμένος, aut denique, quod *Brunckius* recepit, ἐξηγαλμένων. Naves sex remorum ordinibus instructae dici poterant ἐξηγαλμέναι ἐξηρέτμοις πτέρυξιν sive ἐξ ἐρετμῶν πτέρυξιν, quod eodem redit. *Remos* autem cum *alis* fuisse comparatos, *Dorvillius* monuit l. c. post *Th. Stanlejum* ad *Aeschyli* Agam. v. 52. Fons metaphorae *Homerus* Od. λ. 124. οὐδ' εὐήρες ἐρετμά, τά τε πτερὰ νηυσὶ τέτυκται. Fusius haec explicuit *Potterus* ad *Lycophr.* v. 25. p. 116. sq. — V. 3. Κρισπῖνος. Crispini nomen passim occurrit apud scriptores

ſeriorum temporum; nullum reperio, ad quem hoc Epigramma ſatis probabiliter referri poſſit. — V. 6, μή τιν' ἐνθάπτης τάφῳ. Cavebant veteres, ne alieni in eorum ſepulcra inferrentur. Cf. not. ad Inſcript. Triopeam T. II. P. II. p. 379. — V. 7. παρανόμου τυμβωρύχου. *Dorvill.* — V. 8 *Et fiſco ſolvas denarios MM, et urbi denarios M.* vertit *Dorvillius.* Ejusmodi poenae paſſim ſtatuuntur in eos, qui defunctos turbaverint eorumque juſſis non auſcultaverint. Cf. *Muratori* Theſ. T. II. p. 668. 1. p. 816. 4. T. III. p. 1287. 7. p. 1309. 6. p. 1396. 6. p. 1426. 5. p. 1468. 3. p. 1665. 10. T. IV. p. 2052. 1. p. 2078. 6. Adde de ſepulcris ſingularibus et communibus agentem *Sertorium Orſatum* in Marmi Eruditi (Padova. 1719.) p. 271. ibique notas p. 357.

DCXCV. Edidit *Murator.* in Theſ. p. 1693. Emendavit *Hagenbuchius* in Diatriba de Graecis Theſauri Muratoriani Marmoribus quibusdam metricis p. 37. Iterum attigit in Epiſt. Epigr. p. 79. Duo priora diſticha excitavit *Dorvillius* ad *Charit.* p. 29. tria ſequentia p. 250. *Bonada* T. I. p. 247. In Aquilinum, viginti annorum puerum. — V. 1. ἔτι χνοάοντος ἰούλου. Comparat *Hagenbuchius Apollon. Rhod.* L. II. 43. τοῖος ἔην Διὸς υἱὸς ἔτι χνοάοντας ἰούλους Ἀντέλλων. τοὺς ἰούλους ὡς χνοῦν ἀναφύοντας ἔχων. *Schol.* Idem L. II. 779. ἐμὲ δ' ἔτι νέον χνοάοντα ἰούλους. Inepte *Muratorius* ἰούλου de nomine proprio *Julii* accepit, ridicule vertens: *In prima pubertate adhuc juvenculum et vix lanugine adſperſum Julium invida fata ſuſtulere.* δευόμενον in γευόμενον mutatum voluit *Buherius*, quod intelligo ex *Hagenbuchii* Epiſt. Epigr. p. 79. qui vulgatam operoſe tuetur, male interpretatus *irrigatum*, i. e. impletum, replerum, copioſe, abundanter inſtructum, contra poëtae mentem. Cf. eundem p. 139. Vertendum: *lanugine adhuc carentem. Lucian.* Ep. XII. καὶ βωμὸν θυέων μήποτε δευόμενον. *Euripid.* Troad. v. 276. ἃ τρι-

τεθάμενος χερὶ δευομένη βάπτεον. *Homer.* Ιλ. χ. 492. δευόμενος δέ τ' ἄνεισι πάϊς ἐς πατρὸς ἑταίρους. *Heſych.* δευόμενος. δεόμενος. χερήζων. Cf. *Tollium* ad *Apollon. Sophiſt.* Lex. Homer. p. 220. Circumſcribitur igitur puer ὅτι ἄχνευς, qualis deploratur in Anth. Lat. L. IV. 97. T. II. p. 66.

Funere non aequo puer immaturus obivi,
Marmoreisque meis hic jaceo tumulis.
Non potui parvus puerilem implere juventam,
Nec veſtire meam flore novo faciem.

et in Inſcriptione ſequioris aevi, quam ediderunt *Paſſionei* in Inſcriptt. Cl. XIV. 17. et *Ignarra* Comment. de Palaeſtra Neapolit. p. 286.

Πατρίδος ἐκ Σμύρνης βροτεοὶ μ' Εὐθαλέα καλέεσκον,
Εἵνεκ' ἐμῆς ὥρης καὶ μεγέθευς ἑρατοῦ.
Ἀλλά με Μοῖρ' ὀλοὴ, πρὶν ἰούλοις πλῆσαι παρειάς,
Ἥρπασε πὰρ φιλίων, οὓς τοκέας ἐκάλευν.

Hic *Ruhnkenius* in Bibl. Crit. T. II. p. 86. v. 3. corrigit πλῆσα, quod neceſſarium non videtur, cum ſic tamen v. 1. vitium metricum in βροτοὶ relinquatur. Nec abſtinuerunt ſeriorum temporum verſificatores a licentia diphthongi ante conſonantem correptae. — V. 3. βάσκανε δαῖμον. Hoc multi de Plutone poſt *Erinnam* Ep. III. ubi vide not. T. I. P. I. p. 189. Addendum illis Epigramma a *Pocokio* editum in Inſcr. p. 30. quod ſic corrigendum videtur:

Ἄρτι γενειάζοντά μ' ὁ βάσκανος ἥρπασε δαίμων,
ἐκπαιδευτήτης ἔστιχον εἰς Ἀΐδην.
Μῆτερ ἐμή, θρήνων ἀποπαύεο, λῆξον ὀδυρμῶν
καὶ κωκυτῶν· Ἀΐδης οἶκος ἅπασι μένει.

Γάϊος καὶ Κλεοπάτρα Ἀντωνίῳ .... τῷ τεκνιδίῳ μνήμης χάριν.

— V. 4. ἐτέταμες. *Murat.* vitio paſſim obvio. — ἐλπίδας ἐξέταμες. *Liban.* in Monodia T. I. p. 518. αὐτὸς δὲ ὁ τὰς ἐλπίδας ἀνῃρημένος τέθνηκεν, καλὰς καὶ γενναίας ἐλπίδας τῆς αἰκυμένης ἐκταμών. Simili metaphora *Heliodor.* I. IV. 19. p. 263. Χαρίκλειαν μὲν παραψυχὴ καὶ ὡς εἰπεῖν, ἄγκυρα καὶ ταύτην ὑπετέμετο καὶ παρήνεγκεν ὅ τι ποτέ ἐστι τὸ ἐλληχές με κλυδώνιον. Ibid. VI. 7. p. 99. καὶ ταύτην ὑπετέμνη τὴν παραμυθίαν. — V. 5. Ἀκυλείνῳ. *Murat.* His ſimillimus locus *Perſii* Sat. I. 36.

nunc non cinis ille puellae
Felix? non levior nunc cippus inprimit oſſa?
Laudant convivae: nunc non e manibus illis,
Nunc non e tumulo fortunataque favilla
Naſcentur violae?

ubi *Caſaubonus*, comparato *Juvenale* Sat. VII. 208. *Di, majorum umbris tenuem et ſine pondere terram, Spirantesque crocos, et in urna perpetuum ver.* veteres monuit ver perpetuum ſuorum tumulis optaſſe, indeque enata eorum commenta, qui ex Sanctorum tumulis lilia aut violas exiiſſe aut manna erupiſſe narrarunt. Eadem fere *Dorvillius*, qui appoſite laudavit Inſcript. ap. *Fabrettum* Cl. IV. p. 248.

Hîc jacet Optatus, pietatis nobilis infans,
Cui, precor, ut cineres lilia ſintque roſae.

ubi vulgo habetur *ſint ea ſintque roſae.* Cf. *Burmann.* ad Anth. Lat. T. II. p. 185. ſq. et infra Ep. DCCV. — V. 6. καί τε mallet *Dorvill.* — V. 7. ὅσσα. omnia florum genera, quae terra gignit apud Arabas et Indos, i. e. fragrantiſſima. De Glauciae rogo *Statius* II. Sylv. I. 157. *Quid ego exequias et prodiga flammis Dona loquar, moeſtoque ardentia funera luxu? Quod tibi purpu-*

reo triſtis torus aggere crevit: Quod Cilicum flores, quod munera graminis Indi, Quodque Arabes Phariique, Palaeſtinique liquores Arſuram lavere comam. Cf. Eund. II. 6. 86. ſqq. L. V. 1. 210. ſqq. — V. 9. κεῖται. *Murat.* — V. 10. οὐχὶ γόων. *Plutarch.* T. II. p. 114. C. οὐδενὸς ἀγαθοῦ ἄξιος θρήνων; ἀλλ' ὕμνων καὶ ἐπαίνων, οὐδὲ πένθους, ἀλλὰ μνήμης εὐκλεοῦς, οὐδὲ δακρύων ἐπαδόντων, ἀλλ' ἀστείων ἐπῳχῶν. Plura hujus generis collegimus ad *Simonid.* Fragm. XV. T. I. P. I. p. 213. — V. 11. εἶπος νηΐ. *Murat.* — Θόη appellatur Parca propter immaturam pueri mortem. Sic *Statius* II. Sylv. I. 137. *Subitas inimica levavit Parca minas.* — *Non te forum movet? non te lacrymabilis area?* — V. 12. ἐν εὐσεβέων, χώρῳ ſcil. *in beatorum ſedibus.*

Lectt. p. 303. DCXCV.b] Edidit *Maffeus* in Muſeo Veronenſi p. 375. ſine lectionis diverſitate.

DCXCVI. Edidit *Murator.* in Theſaur. p. 1450. *Donius* p. 558. Tractavit *Hagenbuch.* in Diatriba de Inſcript. metr. p. 21. et in Epiſtolis Epigr. p. 441. *Leichius* in Miſc. Lipſ. Nov. T. I. p. 487. *Bonada* T. II. p. 118. Scriptum in Chelidonem ad aras Jovis miniſtram. — V. 1. Χελιδόνα. *Marmor.* — V. 2. ἀθάνατον. *Murat. Don.* et ΓΠΙΙ ΤΝ. unde *Leichius* fecit: σπένδειν ἀθανάτων γήρων ἐπιστατέων. *quae in aris Deorum libare vocem gnara erat:* quibus verbis ad Chelidonidis nomen, quo hirundo ſignificatur, alludi putabat. Perperam. Nihil certius, quam cum *Hagenbuchio* γεφῦν legendum eſſe, id quod confirmat ejusdem Marmoris titulus latinus: *Dis Manibus Chelidonis Sa. I.* (i. e. Sacerdotis Jovis) *Floria Chelidon vixit annis LXXV.* Appoſite *Hagenbuchius* comparavit Epigr. *Callimachi* XLV. Ἰεροῦ Δήμητρος ἐγὼ πότε, καὶ πάλιν Καβείρων, Ὅτε καὶ μετέπειτα Διὸς μύστις, Ἡ γεφῦς γενόμην. Huic emendationi, quae etiam *Weſſelingio* in mentem venerat, ipſe *Leichius* calculum adjecit in Cur. Secundis ad Graec. Murat. Inſcript. p. 44. ſq. ita ta-

men, ut γεῦν *lac* verti mallet cum *Weſſelingio*, quam *unum*; quae opinio parum abfuit quin ipſi *Hagenbuchio* fucum faceret in Epiſt. Epigr. p. 443. — V. 3. ἀστοναχτον. *Mur.* ἀστονάχητον. *Don. Leichius* ἀστοναχθον, *lugentibus omnibus*, ut ipſe vertit. Illa autem ἀστονάχητος, i. e. nullo gemitu edito, annis ſatiata ſcilicet et tranquilli animi mulier, ad inferos deſcendit. — In fine verſ. ευτεραμαχρος *Mur.* unde *Leichius* οὐδ' ἄρα μάκρες, pro μάχαρες. infeliciter. *Donius* ουγαρα μαυρως. i. e. οὐ γὰρ ἀμαυρῶς. quod praeclare vidit *Hagenbuchius*. — V. 4. δαιμονες. *Mur. Don.* Hoc in δαίμονες mutandum eſſe neminem fugere poterat. Senſus optimus: Dii non hebetibus oculis, ſed acribus, meam pietatem viderunt. i. e. Dii me ob pietatem meam et probe foecunda et longaeva ſenectute donaverunt. Sic loquutus eſt *Dioxippus* Ep. II. de viro pio et juſto: οὐ γὰρ ἀφανῶς Ἐκ Διὸς ἱδεῖης οὐδὲ θάλασσα δίκης. Idem eſt ἀμυδρὸν βλέπειν. *Aelian.* H. V. L. VI. 12. διαφθαρῆναι τὰς ὄψεις, ὡς ἀμυδρὸν βλέπειν. Apud *Themiſtium* Or. XIII. p. 177. C. hodie legitur: τοῦτο γοῦν τὸ πέλαγος σὺ μὲν ἄλλοθέν που καθήμενος λέγεις ἐν χώρῳ ἀπηκισμένῳ τῆς ἡμετέρας ἐνόψεως· ἐμοὶ δέ, ἅτε συμιχθὰ ἅντε τῷ ὀφθαλμῷ, τοῦ πελάγους τέως ἐκείνου οὐκ ἐφικνεῖσθον. Hic primum legendum ſuſpicor: ἄλλοθέν πευ μεμαθηκώς, *tu aliunde diſcens dicis*, *cum mihi ipſi videre contigerit.* deinde certa, ni fallor, emendatione: ἅτε ἀμυδρὰ ὄντε τῷ ὀφθαλμῷ.

¶. 301.] *DCXCVII.* Edidit *Murator.* in Theſaur. p. 1736. Illuſtravit *Hagenbuchius* in Diatriba p. 33. *Leichius* in Nov. Miſc. Lipſ. T. I. p. 498. et *Dorvill.* ad *Charit.* p. 446. *Bonada* T. II. p. 127. *Vitus M. de Amico* Catana Illuſtr. Vol. III. L. X. p. 259. et ex eo in nova Collectione Inſcript. Siciliae (Panorm. 1769.) p. 141. XL. Scriptum in Rhodogunen, Libanii conjugem, lapidis jactu interfectam. — V. 1. παροδεῖτα. *Marm.* deinde poſt lacunam . . . . ϛικλειτης. Hoc in πα-

ειχλειτης mutandum, eſſe vidit *Leichius*. *Theocrit.* Eid. XVII. 34. περιχλειτὰ Βερενίκα. — V. 2. οσιω λαεσι λινος. *Murat.* qui ridicule vertit: *quam occidit impie Linus maritus.* δεινὸς recte emendavit *Leichius*, lacuna relicta pro λάεσι, quod diſerte in Lapide ſcriptum. — V. 3. καὶ ταχυσεα βιανιος. *Murat.* ταχουσαβιανιος. *Coll. Inſcr. Sicil.* τάχυς' Ἀβιάνιος. *Leich.* τάχυσε Λιβάνιος. *Hagenb.* cui emendationi obviam it *Dorvillius* qui verſus modulum ei favere negat. Certe *Libanii* nomen antepenultimam corripit ſecundum etymologiam a λίβανος. Ep. *Leont.* X. in Libaniam pantomimam: Οὔνομ' ἔχεις Λιβάνου. Fatendum tamen, ſeriores poëtas in nominibus praeſertim polyſyllabis non tam religioſos fuiſſe. *Buberius* tuebatur nomen Ἀβιάνιος, quo ſervato τάχυς' legendum, deleto ς, quod prava lapidarii ſedulitas addidit fortaſſe. Cf. *Hagenb.* in Epiſt. Epigr. p. 72. ſqq. — τάχυσε Βιάνιος dedit *Dorvillius*. — V. 4. βαιην στηλη τηνδ. *Murat.* et alii, qui ipſum marmor viderunt. στήλη τήνδ' *Leich.* στήλης τῆσδ' *Dorvill.* — V. 5. 6. Horum ſenariorum verſionem tantum latinam adſcripſit *Leichius*, graeca omiſit. Dedit ille *Exagatbo*; perperam. Nomen mulieris fuit Ἐπαγαθώ, „quod nomen quia ob ſyllabas tres breves continuas heroicum elegiacumque carmen intrare nequaquam poteſt, horum verſuum auctori cauſſa fuerit mutandi genus carminis, elegiacum in jambicum.“ Verba ſunt *Hagenbuchii* in Diatr. p. 39. Adde *Buberium* ad Marmora Brettiana p. 167. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 258. et ad Ep. ἀδέσπ. DCCIX. At haec obſervatio non prohibuit Editorem Inſcriptionum Siciliae p. 14. quominus haec verba in hexametrum et pentametrum redigere conaretur; quod cum ſibi minus feliciter proceſſiſſe animadvertiſſet, addidit notam, *in quinto verſu auctorem non omnes metricas leges ſequutum eſſe*; at ille, ſi de hexametri numeris cogitabatur, nullam omnino legem ſecutus eſſe dicendus erat. Et quid de v. 6.

ſtatuendum? — V. 6. ῥοδογουνη η βασιλιδος. *Mur. Leichius* vertit: *Nunc vero Rhodogune, Baſilidis F. cognomen eſt.* quod merito improbat doctiſſimus Diatribae auctor, corrigendum videns: νῦν δὲ Ῥοδογούνην B. His interpretationem addidit hanc: „Quae prius uno tantum nomine dicebatur *Epagatho*, eadem poſtea, obliterato hinc priore ejus nomine, non amplius *Epagatho* vulgo eſt dicta, ſed *Rhodogune* quod ejus nomen poſterius ſolum legitur in fine verſus hexametri primi. At quum poſterius nomen acciperet *Rhodogune*, non hoc ſolo dehinc dicta eſt, ſed praeter id etiam cognomentum *Baſilidis* accepit, ut vocaretur *Rhodogune Baſilis.* Tunc vero eam vocarunt ὄνομα, i. e. κατ' ὄνομα vel κατὰ τὸ ὄνομα, Ῥοδογούνην ſeu, quod idem eſſet, Ῥοδογούνης. praeterea Βασιλίδος ἐπώνυμον, i. e. κατὰ τὸ ἐπώνυμον ὄνομα Βασιλίδος, ſeu, quod idem eſt, κατὰ τὸ ἐπώνυμον ὄνομα Βασιλίδα. eodem loquendi genere, quo vulgo praecipiunt diei: nomen vel cognomen ei eſt Syrus, Syri, Syro: Glycerium, Glycerii, Glycerio. Ammian. Marcellinus L. XIV. 5. *Paulus erat in compilcandis negotiis artifex dirus, unde ei Cazenae inditum eſt cognomentum.*" Haec ille. Caeteris ſubſcribens *Dorvillius* Βασιλίδος nomen adjectum putat, quia non una *Rhodogune*, et ita indicare voluerit, ſe cognomen non a quavis, ſed a *regina* ſumſiſſe. Novimus Demetrii Secundi Nicanoros uxorem Rhodogunen ap. *Appian.* Syriac. p. 213. item Xerxis filiam ap. *Cteſiam* in Perſ. c. 20. Artaxerxis filia memoratur *Plutarcho* in ejus Vita p. 307. Oroetae uxor; alia forte ap. *Philoſtrat.* Icon. II. 5. Hinc ergo Βασιλίς.

DCXCVIII. Ex *P Lucae* Itinerario Aſiatico nr 28. protulit et emendavit *Adr. Heringa* in Obſſ. crit. p. 146. meliore verborum diſtinctione adhibita. Claudia, cognomine Dechas, marito Athenioni, qui, nulla prole relicta, obierat, monimentum ſepulcrale exſtruxit. Legitur etiam, ſed vitioſius quam ap. *Lucam*, in *Pocockii*

Inſcr. Ant. p. 33. nr. 1. — V. 1. *βωμόν.* De aris ſepulcralibus vide notata ad Ep. DCXCI. — V. 2. *ἡ καὶ Δεχάς.* Alterum hoc nomen in mendo cubare ſuſpicatur *Heringa.* Cognomina proprio nomini ſolemni formulâ *ὁ hve ἡ καὶ* ſubjici obſervavit *Hagenbuchius* in Diatriba p. 41. poſt *Fabrettum* in Inſcr. p. 145. ubi plures hujus generis Inſcriptiones collectae. — V. 4. *ἀγόνῳ γενομένῳ συμβίῳ.* Vera eſſe poteſt haec lectio, quamvis me ſimile quid legere non memini. Certe ubi uxor amoris ſui erga conjugem affectum declarat, alienum videtur commemorari, eum liberos non procreaſſe. Quare vide, an pro ΑΓΟΝΩι in marmore ſcriptum fuerit

ΜΟΝΩι *γενομένῳ συμβίῳ* —

Ad caſtitatem ſuam tenerumque in maritos affectum demonſtrandum conjuges ſaepe monent, ſe nonniſi unum amaſſe. Supra Ep. DCXLIX. *ἦδ' ἐγὼ ἡ περίβωτος ὑπὸ πλακὶ τῇδε τέθαμμαι, Μούνῳ ἑνὶ ζώνην ἀνέρι λυσαμένη,* ubi vide not. Tales *Univirae* paſſim appellantur in Inſcriptionibus, ut ap. *Gruter.* p. DCCXLVIII. et MCXLI. *σύμβιος* de *marito* ap. chriſtianos ſcriptores frequens, illuſtravit *Jo. Pearſon.* ad Epiſt. ad Polycarpum p. 30. Ceterum ap. *Lucam* noſtra Inſcriptio ſic habetur:

ΤΑΦΟΝΤΟΝ ΕΝΤΑΠ ΑΗΣΙ
ΟΝΕΩ ΜΟΝΘΑΜΑΕ ΤΕΤΕΚΑ
ΤΑΓΗΣ ΚΑΑΤΔΙΑΗ ΚΑΙ ΔΕ
ΧΑΣ ΑΘΗΝΙΩ ΝΙΓΑΤΚΤ ΤΑ
ΤΩ ΚΑΙ ΦΙΔΤΤΑΤΩ ΑΓεΝΩ
ΓΕΝΟΜΕΝΩΣ ΤΜΙΩ ΜΝΗΣ
ΧΑΡΙΝ.

Ap. *Pocock.* v. 1. *τον ενθα* et *θαλα.* V. 2. *στεξε κλ. α γης.* V. 3. *Φιλτατω αγνω τενομενω συμβιω μνημης χ.* Nomen mu-

lieris Δεχὰς confirmatur. In poſtremo verſ. fortaſſe admittenda ſine ulla mutatione lectio ἁγνῷ, quod epitheton tribuitur in eadem pagina *Pocockiani* operis nr. 4. Flaviano cuidam: τὸν ἁγνότατον καὶ δικαιότατον.

DCXCIX. »Apud Smetium fol. CXXIX. et Gruterum p. DCLV. Acerbam Dorvillii hujus carminis parodiam in Jo. Corn. de Pauw vide crit. Vann. 186.« *Br.* Profertur etiam a *Boiſſardo* T. V. 102. *Fleetwood.* p. 219. *Bonada* T. II. p. 399. Scriptum in Menophilum juvenem, qui ex Aſia in Italiam venerat, ibique inter gaudia et voluptates, ſine ullius offenſa, vitam transegerat. — V. 1. *Smetius*, qui ſe ipſum Lapidem examinaſſe ait: Ε. συνεχος τελας πεξας τε τροφησας. V. 2. τρέψας. V. 3. οὐδεν αλυτης. Emendatior lectio eſt apud *Gruterum*. Similis coloris Epigramma eſt in Anthol. Lat. IV. 166. T. II. p. 120.

Hoc jacet in tumulo ſecura Glyconis honeſto,
Dulcis nomine erat, anima quoque dulcior usque,
Quae nunquam tetricos egit ſibi lucis honores,
Sed magis laſcivos ſuaves Bacchoque madere
Simplicitate ſequi cantus mollesque choreas
Luſibus ipſa ſuis generabat, ſaepe et amores,
Dulce ſibi natisque ſuis, quos pube reliquit
Caſtorea fratres ſub imagine quos generavit.
Digna quidem frui perpetua de luce benigna,
Sed celerat quo nos fata benigna vocant.

et aliud, ad quod *Burmannus* noſtrum comparavit, L. IV. CCLX. T. II. p. 198.

Roma mihi patria eſt, media de plebe parentes,
Vita fuit nullis tunc violata malis.
Gratus eram populo quondam, notusque favore,
Nunc ſum deſleti parva favilla rogi.

Quis bona non hilari vidit convivia voltu,
Adque meos mecum pervigilare jocos.
Quondam ego Pierio vatum monumenta canoro
Doctus cygneis enumerare modis.
Doctus Maeonio ſpirantia carmina verſu
Dicere Caeſareo carmina nota foro. etc.

DCC. In *Chishull.* Antiqq. Aſiat. T. II. p. 12. unde id repetivit *Bonada* T. II. p. 518. In neſcio quem hominem ex rupibus praecipitatum. — V. 1. σπιλάδες διέχναν. *Burmannus* comparavit haec ad *Propert.* L. III. El. V. 15. *Ah miſer Alcyonum ſcopulis adſigar acutis,* *In me coeruleo fuſcina ſumta Deo eſt.* quae verba ad Ajacis naufragium ſpectant. — V. 2. κεμνῶν ἅλμα. ſaltum de rupibus. — V. 3. ψυχή. Ex formula. Vide *Speuſippum* T. I. p. 176. et notata ad *Admeti* verſum T. II. P. II. p. 410. quibus adde *Barthium* in Adverſ. XII. 12. — ἀξυνέτων. Non ſatis apertum eſt, quo ſenſu haec accipienda ſint, cum hiſtoria nos lateat. ἀξυνέτους de improbis et ſceleſtis capiebat *Bonada.* Certe ἀσύνετοι dicuntur, qui perverſa conſilia ſequentes peccant. *Euripid.* Phoen. 572. ἀμαθεῖς Ἄδραστος χάριτας εἷς σ' ἀνήψατο· Ἀσύνετα δ' ἦλθες καὶ σὺ πορθήσων πόλιν.

¶. 302.] *DCCI.* Ex Muſeo Veronenſi p. 63. ubi ſine memorabili varietate extat. Hinc illud expreſſit *Bonada* T. I. p. 434. Scriptum eſt in Dionyſium, Eudaemonis libertum, hominem latine et graece doctum. — V. 2. καὶ Μούσαις. ut ſupra Ep. DCXCIX. ἀλλὰ φίλος Μουσῶν. *Theocrit.* Eid. I. 140. χ' ὡ Δάφνις ἔβα βόον, ἔκλυσε δίνα Τὸν Μούσαις φίλον ἄνδρα, τὸν οὐ Νύμφαισιν ἀπεχθῆ. — V. 3. πείρεται. in Muſeo Ver. cui lectioni fortaſſe ſpeciem concilies ex iis locis, ubi πεπαγμένος ſenſu figurato occurrit. *Archilochus* ap. *Stobae.* Flor. LXII. p. 399. Δύστηνος ἐγκειμαι πόθῳ ἄψυχος, χαλεπῇσι Θεῶν ὀδύνῃσιν ἔκατι πεπαγμένος εἰ' ἐστίν. quem locum expreſſit *Apollon.*

Rhod. L. IV. 1066. ἐν δέ οἱ ἦτορ ὀξείης εἰλεῖτο πεπαγμένον ἀμφ' ὀδύνῃσι. *Hymn.* Homer. in Apoll. 91. Λητὼ δ' ἐννῆμάρ τε καὶ ἐννέα νύκτας ἀέλπτοις ὠδῖνεσσι πέπαρτο. Nihilominus dubitari nequit, quin auctor hujus carminis τείρεται ſcripſerit. Color in his verſibus, ut in illuſtri *Catulli* loco LXV. 1. 2. *Etſi me aſſiduo confectum cura dolore Sevocat a doctis, Hortale, virginibus – Sed tamen in tantis moeroribus, Hortale, mitto Haec expreſſa tibi carmina Battiadae.* — V. 5. ὕστατα δῶρα. *munera* et *ultima dona* ſaepe pro inferiis. Anth. Lat. IV. 175. T. II. p. 127. *Conjugis officium teſtatur carmine parvo Extremumque tibi refero munus.* ubi vide *Burmann.* et ad Ep. CCLXXXVI. T. II. p. 221. — V. 6. καὶ πάρος. dum viveres. — V. 7. Libertate te donavit, nec antea, dum ſervus eras, ſervitutis moleſtias unquam expertus es. Domini ſui clementiam laudat puella in marmore, quod *Muratori* edidit peſſime corruptum in Theſauri T. III. p. 1744. 5. et poſt eum *Amaduzzius* in Monument. Matthaeiorum T. III. Adſcribam illud, ſicuti emendatum eſt ab *Ignatio Rapòno* in libello peculiari Veletris edito 1788.

Τίκτε Τύχη, σπεῖρεν δὲ Σεραπιακὸς ταχύποτμος,
ἄμφω θηλυτέρην παῖδα Σεραπιάδα.
κεῖμαι δ' ἐξαέτης· τύμβον δέ μοι, ὅς μ' ἀτίτηλεν,
τεῦξεν, νικήσας πάντας ἐπ' εὐσεβίῃ,
κλεινὸς ἐν ἀνθρώποισι, Δομέστικος, ὅς μ' ἔτι τυτθὴν
οὖσαν δουλοσύνης ἐξάγαγεν στυγερῆς.

— V. 9. ἐξέτι παίδων. De particula ἐξέτι genitivo junctа conf. *Erneſtum* ad *Callim.* H. in Apoll. 47. Vulgaris ratio ferret ἐκ παίδων. ἑταίρῳ ἐκ παίδων ὄντι καὶ συνεφήβῳ *Lucian.* in Toxari c. 27. T. VI. p. 88. — V. 11. σημήϊα. De graecis latinisque literis accipi poſſit, quas ille cito didicerat; *Bonada* de notis Tironianis interpretatur.

Certe apud eos, qui accurate loquuntur, σημεῖα sunt *notae praepetes*, quibus tachygraphi utebantur, qualem *Manilius* describit L. IV. 197.

> *Hic et scriptor erit velox, cui litera verbum est,*
> *Quique notis linguam superet, cursumque loquentis*
> *Excipiat longas nova per compendia voces.*

Plutarch. in Catone Min. T. I. p. 770. B. C. τοῦτον μόνον ὧν Κάτων εἶπεν διατύζεσθαι φασὶ τὸν λόγον, Κικέρωνος τοῦ ὑπάτου τοὺς διαφέροντας ὀξύτητι τῶν γραφέων σημεῖα προδιδάξαντος, ἐν μικροῖς καὶ βραχέσι τύποις πολλῶν γραμμάτων ἔχοντα δύναμιν. Plura vide ap. *Wowerium* de Polymathia c. VI. p. 40. sqq.

DCCII. Edidit *Maffeus* in Museo Veron. p. 63. sine lectionis varietate. *Murator.* in Thes. p. 1584. Descripsit etiam in Museo Petri Marcelli *Apost. Zeno*, idque communicavit cum *Muratorio* in Epistol. T. I. p. 104. nr. 4. ubi v. 1. δέξας, v. 2. Ἡρακλέδης legitur. Male versus secundus sic excusus est, quasi pentameter esset, cum hexameter sit.

DCCIII. Etiam hoc Epigramma legitur in Museo Veron. p. 317. et in *Gorii* Inscriptt. T. I. p. 463. *Bonada* T. II. p. 315. sq. In puellam immatura morte ante nuptias vitae ereptam. — V. 1. Mutilus in marmore versus: κλαυσατε παντες εμον . . . . εφο . . . . φον οι παριοντες. quod sic explevit *Maffeus*: ἐμὸν στυγερὸν μόρον οἱ παρ. — V. 2. idem scripsit στάντες ἐμῆς μικρὸν πρόσθε λ. cum in marmore habeatur: στ. ἐμης . . . . φον πρ. — V. 3. μεγα πεν . . . , εχουσιν. Marmor. ubi πένθος fuisse apparet; nec id *Maffeum* fugit. — V. 4. Pro τοκέες marmor τοκε . . . postrema syllaba evanida. δυστοκέες τοκέες dictum schemate crebro obvio apud poëtas aeque ac pedestris orationis scriptores, quod apparebit consulentibus *Rittershus.* ad *Oppian.* I. Cyneg. v. 260. p. 29.

ſqq. et *Abreſch.* ad *Aeſchyl.* T. II. p. 34. ſq. — V. 6. ὡς . . . οινοχαρης προσθεμενων. Marmor. unde *Maffeus* ὡς ἑταν Οινοχάρης προσθεμένων ϑ. vertens: *Cujus amici optatos haud videre hymenaeas Nec ſponte ablatas Oenocarae thalamos.* Aeque turpiter idem ſe dedit in alia Inſcriptione edita in Muſeo Veronenſi p. 61. ubi nobis *Glycerenam* propinavit et *Epeſebaziam*, quae nunquam exſtiterunt. Adſcribam initium carminis, quod etiam *Bonada* edidit cum omnibus *Maffei* peccatis T. II. p. 314. ut illud emendandum ſuſpicor:

Ξῆμα μὲν ἐν στήλῃ γλυπτῇ θέσαν, ὑμὶν ἐγὼ μὲν
Ἀελίου γλυκερὴν λεῖπον ἐπιλασίην·
νηλεὴς δέ με δέκτο μυχὸς καὶ ἀλάμπετον οὖδας
Ἄϊδεω μαρ . . . . . ὑπὸ σκοτίην.

In fine pentametri eſt ἐπεσχατίην, initio v. 3. ῥηνειης. — In noſtro Epigrammate verum ſenſum perſpexit *Anton. Mar. Salvinius*, qui poſtremum diſtichon ſic vertit: *Non videre jugale jugum nec concinuit quis Vir vinoſus hymen ante manens thalamos*, ubi vides eum προθθ μένων legiſſe, quod a ductibus marmoris, quales eos exhibet *Maffeus*, proxime abeſt. At verius id, quod *Brunckius* in textu poſuit

DCCIV. Edidit *Maffeus* in Muſeo Veron. p. 64. et *Gartius* in Inſcr. p. 464. *Bonada* T. II. p. 239. Scriptum eſt in Caecilium, Flori et Stactae filium, ex eo loco, ubi poſt mortem depoſitus fuerat, in aliud ſepulcrum translatum. — V. 2. Verba ἐξ ἄλλου τύμβου melius, ni fallor, junxeris cum praecedentibus, quam cum ſubſequentibus. — ¶. 303.] V. 3. ἀλλα τελεον. *Maff.* qui vertit: *exilia membra, ſed apta.* Emendavit *Salvinius.* — V. 4. ϑρεπτῆρσιν λειπων exhibuit *Maffeus*, quod, etſi oratio per participia paulo longius protracta non ſatis elegans eſſe videatur, non tamen temere ſpernendum

est. Bene jungitur θρεπτῆρσιν ἡλικίης, *iis, qui ejus pueritiam aluerant et curaverant.* Iidem sunt τροφεῖς v. 7. non parentes fortasse, quibus ille mature orbatus esse videtur, sed ii, qui in parentum locum successerant, pueritiae Caecilii tutores et nutritores. Apud *Gorium* exhibetur sic: ος . . . . . τηρσιν λειπων. quod *Salvinius* in hunc modum explevit: ὃς γενετῆρσι λιπὼν ἡ. Initio v. 5. iterum mutilatum marmor . . . . . δ' ουκαλλαντον. δεύτερα addidit *Maffeus* et *Salvinius.* Secunda haec sepultura dolorem refricuit, unde factum, ut novus hic tumulus lacrymis non minus irrigaretur ac prior. — V. 7. δειλαιο ΠΡΟφεων. *Salvin.* qui δειλαίων τροφέων emendandum censebat. *Maffeus* sic legit: δειλαιοι ΤΡΟφεων. „In lapide legitur κεῖναι χέρες, quod Salvinius vertit *vacuae manus*, parum commodo sensu. Hujus versus sententiam corrupit Quadratarius, quam non male restituisse mihi videor. Forte etiam sculpere debebat δειλαῖαι τροφέων κεῖναι χέρες. Hoc, licet altero, quod dedi, meo judicio non melius, probabilius est tamen, quod lapidis descriptionem inspicienti manifesto patebit." *Br.* — V. 8. ἐποδίην οὐκ ὀλίγης ὀδύνης. exiguum cinerem non exiguum illis dolorem excitantem.

DCCV. Hanc Inscriptionem prope Nemausum repertam anno MDCCX. exhibuit *Sallengre* in Praefat. Thes. Novi T. I. p. 3. *Maffeis* in Musco Veron. p. 414. et in Epist. Antiqq. Gall. p. 60. *Voyage litéraire de deux Réligieux Bénédictins* (à Paris 1717. 4.) T. I. p. 309. *Murator.* Thesaur. p. DXL. *Bonada* T. II. p. 246. Comparavit hanc inscriptionem *Burmannus* in Anth. Lat. T. II. p. 69. cum similibus, ubi notat, eandem esse editam a *Brevalio* in Itiner. Anglic. T. III. p. 204. sq. — V. 1. ἄνθεα. *Sit tibi terra levis, cineres quoque flore regantur.* Anth. Lat. T. II. p. 115. CLVI. *Ver tibi contribuat sua munera florea grata.* Ibid. p. 130. CLXXIX. Cf. notata ad Ep. κδεσπ. DCXCV. — V. 2. αιχμαχη *Sall.*

et σαμυουχα. utrumque recte emendavit. — V. 3. ἀλλ' ἵα. Anth. Lat. T. II. p. 185. Ep. CCXLVI.

Hic jacet Optatus pietatis nobilis infans,
Cui, precor, ut cineres lilia fintque roſae.

Similia collegit *Klotzius* ad *Tyrtaeum* p. 49. nec noſtri carminis oblitus. Cf. etiam *van Goens* de Cepotaph. p. 77. — ὑδατίνη νάρκισσος. vide not. ad *Meleagr.* Ep. XCII. T. I. P. I. p. 105.

DCCVI. Edidit *L. Holſtenius* ad *Stephan. Byz* p. 309. *Quirini* in Primord. Corcyrae p. 184. *Cyriac. Anconit.* Inſcript. p. XX. 135. *Maffeus* in Muſ. Veron. p. 65. *Monteſalcon.* in Diar. Ital. p. 428. unde id repetivit *Murator.* Theſ. T. III. p. 1079. qui id etiam ex ſuis ſchedis deſcriptum dedit, utrumque vitioſiſſime *Bonada* T. II. p. 238. ſq. Sed inprimis conſulendus eſt *Dorvillius* in Miſcell. Obſſ. Nov. T. I. P. III. p. 146. et 149. cujus recenſionem, paucis, quae ad orthographiam ſpectant, immutatis, cl. Editor ſequutus eſt. — V. 1. πυνθάνεαι τις ἔφυν (φυν *Murator.*) ξένε τις ἀγενήθην. Sic marmor hunc verſum exhibet uno pede breviorem. *Dorvillius* in Miſcell. Obſſ. Nov. T. IV. p. 319. ſaxum initio mutilum eſſe ſuſpicatur et excidiſſe voculas εἰ μὲν vel ſimiles. Peſſime *Quirinus*: πυνθάνεαι τίς καὶ ἐφύην, ξένε, τίς κ' ἐγενήθην. Aliam viam inſiſtebat *Kulenkampius* in notis mſt. ad Inſcriptiones quasdam hinc inde collectas: τίς ἔφυν γενεὴν ξ. Talia plura quivis ſine magno labore comminiſcatur. — V. 2. . . . παροδεῖτα *Maffei. Cyr.* qui ὦ ſupplevit. παροπαιδειτα. *Murat.* ἀπροδειτα. *Holſt.* — V. 4. οὐκ ουνετο. *Murat.* οὐκ ὄνασθαί τινος dicuntur, qui eo ante juſtum tempus orbantur. Admetus inſtans uxoris fatum deplorans ap. *Euripidem* v. 335. ἄλις δὲ παίδων τῶνδ' ὄνησιν εὔχεμαι θεοῖς γενέσθαι· σοῦ γὰρ οὐκ ὀνήμεθα. Medea ap. eundem liberos allocuta v. 1024.

Ἐγὼ δ' ἐς ἄλλην γαῖαν εἶμι δὴ φυγὰς, Πρὶν σφῶν ὄνασθαι, κἀπιδεῖν εὐδαίμονας. In eadem tragoedia Jaſon miſeram ſuam ſortem conqueſtus: Ἐμοὶ δὲ τὸν ἐμὲν δαίμον' ἀλάζειν πάρα· Ὃς εὖτε λέκτρων νεογάμων ἐνήσομαι, Οὐ παῖδας, οὓς ἔφυσα κἀξεθρεψάμην, Ἔξω προσείπεῖν. — V. 6. ναυτιλίη . . . . νηΐ τε μὴ πίσυνος. *Holſten.* *Murae.* ναυτιλιηλυγρὴ νητεμὴ. *Maff.* qui vertit: *Navicula temere fretus et arte mea.* Neſcio, utrum ſic in marmore ſcriptum invenerit, an lacunam impleverit ex ingenio. Ap. *Cyriacum* lacunae indicium initio verſus: . . . . . ναυτιλιη νηι τε μη π. *Quirini*; ν. κενεῇ νηΐ'. *Leichius* in Miſcell. Lipſ. Nov. T. I. p. 478. ναυτιλίῃ κενεῇ νηὶ δὲ μὴ πίσυνος. *animam amiſi horrido naufragio, et navi non confidens.* κενεᾷ etiam *Dorvillio* placuit, qui reliqua ſic emendavit, ut eſt apud *Brunckium.* *Perſes* Ep. V. T. II. p. 5.

Οὐ προϊδών, Θεότιμε, κακὴν δύσιν ὑετίοιο
Ἀρκτούρου, κενεῆς ἧψαο ναυτιλίης,
ἥ σε, δι' Αἰγαίοιο πολυκλήϊδι Θέοντα
νηΐ, σὺν οἷς ἑτάροις ἤγαγεν εἰς Ἀΐδην.

— V. 7. 8. excitat *Paciaudius* in Monum. Peloponn. T. II. p. 254. — Σχερία. antiquum Corcyrae nomen, Cf. not. ad *Crinag.* Ep. XXIV. T. II. P. I. p. 400.

DCCVII. Edidit hoc carmen *Reiskius* ex Apogr. Lipſ. (ubi ei adſcripta verba: *Haec tria ultima Epigrammata attulit e Graecia Michael Sophianus, qui obiit Ferrariae a.* 1565. *d.* 15. *Auguſti.*) in Anth. nr. 650. p. 110. Hiſtoriam illius Inſcriptionis a ſe repertae narrat *Maffeus* in Muſeo Veron. p. 375. et in Arte crit. Lapid. p. 71. ſq. Cf. eundem in Gallic. Antiq. Ep. XV. Repetivit *Muratori* in Theſ. p. 1068. cujus errores quosdam ſuſtulit *Leichius* in Novis Em. ad Gr. Murat. Inſcr. p. 63. *Bonada* T. II. p. 105. Scriptum eſt in Socrateam, Pariam, Nicandri filiam, Parmenionis conju-

gem. — V. 1. γονέως. *Reisk. Mur.* — πίσιν αὐτόν. *Maffei. Murat.* αὖθα. Ap. Lipſ. — V. 2. πόλεων. *Reisk.* — V. 4. Σωκράτεια. Idem. — V. 6. ἐνδοξω, ζ. *Reisk.* — ¶. 304.] V. 7. καὶ μὲ πικρὰν νεαροῖο β. ἀ. ἐρεινὺς αἱμοῤῥυτεῖο νόσου. *Maff. Murat.* unde *Reiskius* effici poſſe putabat καί μοι πικρὰ νεαροῖὸ βρέφους ἀφύλακτος Ἐ. αἱμόῤῥυτός τε νέος ſive αἱμερύτῳ νούσῳ. In Ap. Lipſ. ſic habetur: καί με μικρὰν νεαροῖο βρέφους ἀ. Ἐρινὺς Αἱμορύτοιο νόσῳ τ. Nihil horum ſatis placet. Primum καὶ verſus initio non habet quo referatur, non magis ac με; deinde alter horum genitivorum βρέφους aut νόσου pendet, nullo idoneo ſulcro ſubnixus. Haec omnia gravis corruptelae ſuſpicionem movent. Pars difficultatis evaneſceret, ſi legeretur: αἱμέρυτος νεῦσας, ut ſanguinis fluxus, quo Socratea periit, vocetur πικρὰ Ἐρινὺς βρέφους, infantis, quem utero geſtabat, pernicies; idem enim morbus et matrem et infantem occidit. At haec fortaſſe aliquando accuratiore hujus lapidis deſcriptione illuſtrabuntur. — V. 9. ἐς φάος ἦγον. Ep. ap. *Reineſium* p. 694. μητρὸς ἀπ' ὠδίνων ὡς εἰς φάος ἤγαγον ἄραι. *Heliod.* VII. 23. p. 192. τῇ γεννησάσῃ καὶ εἰς φῶς παραγαγούσῃ. Orationem cum embryone in lucis auras prodire geſtiente comparans *Themiſtius* Orat. II. p. 33. B. ἐάσατε οὖν καὶ ἐπιτρέψατε ἐξενεγκεῖν εἰς φῶς παρὰ τὸν κηρόν, μᾶλλον ἢ ἐξεμβλῶσαι, ubi quatuor verſibus interjectis legendum: εἰ γὰρ ἐγὼ ἐρεσχελοίην πρὸς ὑμᾶς καὶ ἀκκιζοίμην, non ἀγροικιζοίμην, ut vulgo habetur. Sic paulo poſt p. 28. B. οὔκουν ἔστι μοι θρύπτεσθαι καὶ ἐκκλίζεσθαι. Ἐς φῶς ἔρχεσθαι dicitur puer in Fragmento *Euphorionis* ap. *Stobae.* in Flor. LXXVI. p. 453. 18. φοβερὰς δ' ἀΐδας ἀνέτλην Εἰς φάος ἐρχομένου· λαχὼν δ' ἐπὶ χείλεσι πρώτῃ Μαστὸν ἐπισχομένη, λευκῷ σ' ἔπλησα (vulgo δέ σ' ἔλοισα) γάλακτι. — V. 10. ὑπὸ γαστρὶ κεύθετω. Conf. *Agathiam* Ep. LXXVIII. — V. 11. δεκάδας. *Murat.* — V. 12. ἐρεσνόπαιδας ἔνας *Murat.* Noſtrum eſt in Ap. Lipſ. unde *Leichius Muratorii* errorem emendavit,

et ap. *Maffeum*; quem *Bonada* expreſſit. — V. 14. *αὐτά*. tertius infans effecit, ut hunc tumulum ſubirem. — V. 15. Hanc tu, Proſerpina, manu in beatorum choros ducas. Sic paſſim Dii defunctos excipere dicuntur. Epigr. ap. *Reinſium* p. 854. *Gorium* T. II. p. 140.

καί με θεῶν μακάρων κατέχει δόμος ἄσσον ἰόντα,
οὐρανίοις τε δόμοισι βλέπω φάος ἠριγενείης,
τιμὴ δ' ἐκ Διός ἐστι σὺν ἀθανάτοισι θεοῖσι,
Ἑρμείαο λόγοις, ὅς μ' οὐρανὸν ἤγαγε χειρῶν
αὐτίκα τιμήσας καί μοι κλέος ἐσθλὸν ἔδωκεν,
οἰκεῖν ἐν μακάρεσσι καὶ (fort. κατ') οὐρανὸν ἀστερόεντα.

Cf. *Gorium* in Inſcr. Antiq. T. III. p. LXXXV. et p. CXXXVIII. Anthol. Lat. T. II. p. 230. Ep. CCCX.

Ibis in optatas ſedes; nam Jupiter aethram
Pandit, Feſte, tibi, candidus ut venias.
Jamque venis, tendit dextras chorus inde Deorum,
Et toto tibi jam panditur ecce polo.

Statius in Epicedio in Patrem manes rogat, ut defuncto obviam veniant, L. V. 3. 284.

Ite, pii Manes, Grajumque examina vatum,
Illuſtremque animam Lethaeis ſpargite ſertis,
Et monſtrate nemus, quo nulla irrupit Erinnys,
In quo falſa dies coeloque ſimillimus aër.

Conf. eundem V. Sylv. 1. 253. — V. 15. *παμβασιλήα. Mur.* — V. 16. *ἔχουσα. Maff.* *τηνδε αγε επ ε. χ. ἔχουσα χ. Mur.* *ἑλοῦσα* praebet Ap. Lipſ. — V. 17. *θεός τ' εὐχήν τινα δοίη. Ἐν πᾶσιν χ.* ſine ſenſu *Maff.* et *Mur.* No-

ſtrum exhibet Ap. Lipſ. Praetereuntibus, qui Socrateam apud inferos ſalvere jubent, Deus laetitiam praebeat.

DCCVIII. Memorabilem hunc lapidem propter accentus notas in eo conſpicuas edidit *Fabretti* p. 288. *Muratori* p. MCCCCLXIX. nr. 1. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 210. *Bonada* T. II. p. 126. Tractavit quoque *Leichius* in Nov. Miſc. Lipſ. T. I. p. 488. et in Curis Sec. p. 45. Scriptum in Hippomedontem patrem et filium, in eodem ſepulcro ab Hippodamia, eorum nepte, collocatos. — V. 2. γενέτην. *Murat.* — V. 3. ἐς αἶαν. *Mur.* χηιρα. *Fabr.* — V. 4. δεξια δ' ανδεταφη. *Fabr. Mur.* δεξιάδαν δ' ἐτάφη. quod *Paciaudius*, cujus notas mſt. *Bonada* exhibet, pro δεξιάδην ex dialecto poſitum monuit; at forma δεξιάδην pro ἐκ δεξιᾶς unice nititur prava interpretatione loci Homerici ΙΛ. VII. 15. ubi vide ill. *Heynium*. Aut igitur Epigrammatis noſtri auctor ab erronea Grammaticorum explicatione pependiſſe dicendus eſt, aut probanda *Dorvillii* emendatio: δεξιὰ δ' ἀντετάφη, in dextra parte e regione ſepultus eſt ſenex Hippomedon. γηραὸς pro γηραιός. — V. 5. χυτὰν κόνιν. *Homer.* Od. γ. 258. τῷ κέ οἱ οὐδὲ θανόντι χυτὴν ἐπὶ γαῖαν ἔχευαν. *Apollon. Rhod.* IV. 1535. τρὶς δ' ἀμφὶ σὺν ἔντεσι δινηθέντες Εὖ κτερέων ἴσχοντα, χυτὴν ἐπὶ γαῖαν ἔθεντο. — V. 6. ἐκγονω. *Fabr. Mur.* quod latiore ſignificatione hoc loco ſumendum eſſe monuit *Dorvillius*. At *Brunckius* ἐγγόνω corrigere maluit. De horum verborum, quae ſaepenumero confuſa eſſe conſtat, discrimine verbo monuit *Caſaubon.* ad *Ariſtoph.* Eqq. v. 783. „ἔγγονος eſt proprie is, qui genus cum aliquo communicat, ſeu rectâ ſeu transverſâ lineâ. ἔκγονος vero is eſt, qui in recta linea deſcendit ab alio et veluti propago illius eſt.“ Veteres ipſos hoc discrimen non ſemper diligenter obſervaſſe, plurima loca, ubi unum pro altero poſitum eſt, veriſimile reddunt. — V. 7. τάφως ἐνεώσατο. *Fabr.* ἐνεόσατο. *Mur.* quod in ἀνέσατο temere mutabat *Leichius*, meliora poſtea edoctus.

„De ἐνεώσατο vide *Schol. Soph.* Trach. 460. πρὶν ἡμᾶς καὶ νεώσασθαι λόγους. ἀνακαινίζεσθαι. proprie de inſtauratis ſepulcris. unde καινίσματα ap. *Manethon.* IV. 191. σορέσεγα τέχνης καινίσματ' ἔχοντας νεκροτάφους. nam vix auſim νεώσασθαι τάφον explicare *novum ſepulcrum facere et ſub aſcia dedicare.* " Haec *Dorvillius*, cujus interpretationi malim accedere, quam ἐπεχώσατο legere, contra marmoris fidem, cum *Eldikio* in Suſp. p. 17. qui provocat ad *H. Stephani* Diſſ. de Sophoclea Imitatione Homeri poſt ejus annotationes p. 48. *Parthen.* Erot. 26. πολλὰ κατοδυρόμενος ἐπὶ τῆς ἠϊόνος μέγα χῶμα ἔχωσε. *Antipater Sidon.* Ep. LXVI. ἐχθρῶν χερσὶν ἐχωννύμεθα. *Gregor. Naz.* Ep. 169. p. 156. πολλάκι ναυηγοῖο δέμας κατέχωσεν ὀδίτης. et: γείτων χωσθέντ' ἀλλοτρίαις χερσὶν ἔπεφε τάφον. — τείχισε δ' Ἀιδαν. ſepulcrum maceria munimentoque circumdedit. ᾅδης in talibus *ſepulcrum* denotat, quem loquendi uſum *Huſchkius* adſtruxit in Anal. crit. p. 124. ſq. Cf. *Fabrettum* L. II. p. 98. et *Burmann.* in Anth. Lat. T. II. p. 112. — *Leichius* τεύξε δ' ἄϊδαν initio corrigebat. — V. 8. λοίσθια τάς. *Murator.*

DCCIX. Edidit *Reineſius* p. 856. ex *Aringhi* Roma Subterr. IV. 20. *Fabrett.* p. 192. unde id repetivit *Hagenbuch.* in Epiſt. Epigraph. p. 404. et *Dorvill.* ad *Charit.* p. 258. *Bonada* T. II. p. 307. ſq. *Fleetwood.* p. 236. *Burmann.* ad Anth. Lat. T. II. p. 223. comparavit Inſcriptionem ap. *Murator.* T. II. p. 1231. 3. in puerum:

ANIMA BONA SUPERIS REDDITA RAPTUS A NYMPHIS.

Scriptum in Phileſiam, puellam bimulam, quae in fonte perierat. — V. 1. κρυναῖαι. *Bonad.* Nymphae Κρηναῖαι ſunt, quae Κρανιάδες appellantur ap. *Theocritum* Eid. α. 22. *Moſchus* Eid. III. 29. Reſpicitur ad Hylae fatum,

ut mox Ep. DCCXI. unde apparet, quam inepte mox *Fleetwoodius* v. 2. τιμῆ: εἵνεκα verterit: *pro poena.* Similia comparavit *Dorvillius*, inter quae hoc Epigramma apud *Gruterum* p. DCCXVII. *Fundi hujus dominus infans hic jacet ſimilis Deo. Hunc ab ante oculis parentis rapuerunt Nymphae in gurgite.* Cf. *Callimachi* Ep. XLVI. — V. 4. Sic hunc verſum marmor exhibet. *Reineſius* pentametrum requiri exiſtimans, tamen tentabat: Φήλιξ. τὴν κλῄσιν Λϐσονιάς τε γένος. Sed nominis Φιλησίη ſyllabas contumaces auctorem Epigrammatis moviſſe, ut hexametro jambicum verſum ſubjiceret, *Dorvillius* monuit. Cf. not. ad Ep. DCXCVII. — αυσονι δε γενος. *Fabrett.*

¶. 305.] *DCCX.* Edidit *Maffei* in Muſeo Veronenſi p. 61. quem ſequitur cl. editor. *Muratori* p. MDCCXXVII. *Hagenbuch.* Epiſt. Epigr. p. 436. *Leichius* in Not. ad Carm. Sepulcralia p. 25. *Bonada* T. II. p. 122. *Burmann.* ad Anthol. Lat. T. II. p. 223. In marmore ſuperſcripta verba:

Πόλλα Περιγένου χαῖρε
Λικιννία χαῖρε, Λικιννία Ἑλένη χαῖρε.

Mulieris nomen fuit igitur *Licinnia Polla*, fortaſſe etiam Helena, niſi hoc, ut *Bonada* ſuſpicatur, ad venuſtatem mulieris ſignificandam fuit additum. — V. 1. ἐκ δέ με παστῶν καὶ θαλάμων. Cf. not. ad *Antip. Sidon.* XCVIII. T. II. P. I. p. 94. Ap. *Heliodor.* L. IV. 19. p. 264. Charicles de filia ſibi erepta conqueritur, ἀπ' αὐτῶν μικροῦ τῶν παστάδων, ἄρτι τῶν γάμων ἅπασιν ὑμῖν προκεκηρυγμένων. Ap. *Eundem* in loco male affecto L. VI. 8. T. II. p. 104. ed. Bip. οἵας γὰρ δὴ καὶ ἐφ' ἡμῖν τὰς παστάδας ἐπήξατο· οἷον τὸν θάλαμον ἀνέδειξε; μόνην μὲν ἔχει με καὶ ἀνύμφευτον ἄλλων ὁ εἰλληχώς με τοῦ δὲ μέχρις ἐνόμισας νυμφίου· οἴμοι, χερεύει Κνήμων, γαμεῖ· Θεαγένης δὲ ἀλητεύει,

καὶ ταῦτα αἰχμάλωτος ἢ τάχα καὶ δέσμιος. — Ναυσίκλεια νυμφεύσατο, κἀμοῦ διέζευκται, ἡ μέχρι τῆς παρελθούσης· Χαρίκλεια δὲ καὶ μόνη καὶ ἔρημος. Plura ſunt in hoc loco, quae medicam manum deſiderant. Primum, quod jam alii monuerunt, delenda ſunt verba a gloſſatore profecta, δαίμων ὁ εἰλικχώς με, deinde legendum, ni vehementer fallor: ἀνόμφευτον τοῦ μέχρις ἐνόματος νυμφίου· ὁ οἶκος χορεύει, Κνήμων γαμεῖ. Hoc *Commelini* emendationi et ob lenitatem mutationis et ob majorem concinnitatem, cujus nemo *Heliodoro* ſtudioſior, praelatum iri ſpero. Jungenda ſunt procul dubio verba ἀνόμφευτος τοῦ νυμφίου, ex Atticorum conſuetudine poſita, quam paucis illuſtravit *Valckenar.* ad Phoeniſſ. p. 115. Deſude ὁ οἶκος χορεύει dictum, ut illud *Aeſchyli* ap. *Longinum* c. XV. p. 65. ἐνθουσιᾷ δὴ δῶμα, βακχεύει στέγη. quod imitatus eſt *Euripides* Bacch. v. 725. πᾶν ξυνεβάκχευε' ὄρος. et v. 114. αὐτίκα γᾶ πᾶσα χορεύσει. Mox in *Heliodori* loco me offendit καὶ μόνη καὶ ἔρημος, licet non ignorem, hunc ſcriptorem duplicatam copulam καὶ vehementer amare. Fuit fortaſſe: Χαρίκλεια δὲ κεῖται μόνη καὶ ἔρημος. *Alciphron* I. Ep. XXXVIII. εἶτ' οἴχεται ἡμᾶς ἀπολιποῦσα, καὶ κείσεται λοιπὸν μόνη ἡ Βακχίς. *Heliodor.* V. 2. p. 10. ἐγὼ δὲ μόνη καὶ ἔρημος — τύχης βουλήμασι ἐκκειμένη. — Ad Epigramma noſtrum ut redeam, eorundem verborum conjunctio iterum obvia ap. *Heliodor.* L. X. 16. T. II. p. 369. καὶ ἅπου τῷ γεννήσαντι, νυμφοστολῆσαι μὲν οὐ δυνηθέντι, οὐδὲ ἐπὶ παστάδας καὶ θαλάμους ἀγαγόντι. — V. 2. νόνφην κἄκ θ. ηρπασα φνω γ Αιδας. *Murat.* In his ἄφως latere ſuſpicabatur *Leichius*, *tacitum Orcum* interpretatus. Satis inepte. Utrum ſcribendum ſit ἄφνω γ', an ἄφνως, diligentior marmoris inſpectio docebit. Utrumque perinde graece dicitur. Vide *Brunckium* in *Apollon. Rhod.* p. 239. — V. 3. Πόλλαν. *Maff.* et hoc loco et in epigraphe marmoris. Πώλλαν. *Murat.* De hoc nomine nonnulla monuit *Hagenbuch.* l. c.

Lectt. p. 303.] *DCCX.* [b] Edidit *Gruter.* p. MCXCVI. III. 9. *Fleetwood.* p. 301. 5. Ut *Brunckius* haec exhibuit ad mentem *Reineſii*, ſcripta ſunt in puellam, ante nuptias exſtinctam. *Gruterus* nos de puero cogitare jubet, cum γευσάμενον exhibeat v. 3. quod *Fleetwoodius* ſequitur. — V. 2. νυμφείων θάλαμον. *Fleetw.*

Lectt. p. 303.] *DCCX.* [c] Edidit *Fabrettus* p. 144. — V. 2. ἧς ἐγὼ ἰγιείων. *Marmor.* quod in ἐπιγείων mutandum eſſe monuit *Maffeus* in Arte Crit. Lapid. p. 102.

DCCXI. Edidit *Muratorius* in Theſ. p. 1502. cujus errores corrigere conatus eſt *Hagenbuchius* in Epiſt. Epigr. p. 402. ſqq. Eandem inſcriptionem tractavit *Dorvillius* ad *Charit.* p. 260. et *Toupius* in Epiſt. de Syracuſ. p. 329. Partem ejus cum latina verſione *Dorvillii* integra protulit *Burmann.* ad Anth. Lat. T. II. p. 223. *Bonada* T. II. p. 309. — V. 1. ἥρπαξες ὑπὸ κοίρανε Πλ. *Murat.* omiſſo χθόνα, quod ſupplevit *Dorvillius*: *At ſaevus Pluto rapuit me ad infera templa.* Inſcr. ap. *Murator.* p. MDCXLV. 6. Eandem vocem inferebat *Weſſelingius* ap. *Leich.* in Cur. ſec. p. 46. Minus feliciter *Hagenbuchius* tentabat: οὐχ ὁσίως ἥρπαξες ὑπ' ὄχθην, κοίρανε Πλουτεῦ. Ut noſtri Epigrammatis auctor Plutoni exprobrat, quod quinque annorum puellam ceu florem tenellum decerpſerit, ſic alius Mercurium ψυχοπομπὸν et Orcum in ſimili re accuſat in Epigrammate minus noto, quod illuſtravit cl. *Mitſcherl.* in Bibl. Art. et Liter. T. II. p. 4.

Ἄγγελε Περσεφόνης, Ἑρμῆ, τίνα τόνδε προπέμπεις
Εἰς τὸν ἀμείδητον τάρταρον Ἀΐδεω;
Μοῖρά τις ἀεικέλιος τὸν Ἀρίστων' ἥρπασ' ἀπ' αὐγᾶς;
Ἑπταέτη' (μέσσος δ' ἐστὶν ὁ παῖς γενετῶν).
Δακρυχαρὴς Πλούτων, οὐ πνεύματα πάντα βρότεια
Σοὶ γέμεται; τί τρυγᾷς ὄμφακας ἡλικίης;

— V. 2. νύμφην pro *puella* accipiendum esse monuit *Dorvillius*; saepissime sic juniores appellantur feminae. — ἀγαλλομένην omnes, praeter *Toupium*, ap. quem, operarum vitio ruto, ἀταλλομένην habetur. — V. 3. ἀρχομένου debetur *Toupio*. Vulgo ἀρχόμενον. — V. 4. ἐξέτεμες βελίζης *Mur.* Comparationem illustravit *Triſtan.* Comm. hist. T. I. p. 350. *Statius* in Sylv. III. 3. 124. *media cecidere abrupta juventa Gaudia, florentesque manu ſcidit Atropos annos Qualia pallentes declinant lilia culmos, Pallentesque roſae primos moriuntur ad auſtros; Aut ubi verna novis exſpirat purpura pratis.* — ἐκτελέσῃ. Omnes. — V. 5. φίλατο. quod in φίλατε mutavit *Hagenbuchius*. Puellae, cujus obitus hoc Epigrammate deploratur, pater *Philtatus*, mater *Alexandra* appellabantur. Hoc probavit *Toupius*. *Dorvillius* autem legit: ἀλλ' ἄγ' Ἀλέξανδρα κἦν φίλατο, puellae defunctae fuisse nomen Alexandram existimans: *Sed age, licet Alexandra amata fuerit, ne amplius lamenta deſiderabili puellae libare querentes.* Hoc quamvis a doctissimo auctore variis argumentis adstructum, minime praeferri debuit emendationi *Hagenbuchianae.* — δδυρμοῖς *Marmor*, ut videtur. Sed tam pusillum est discrimen inter ι et τ, ut describentium oculos facile fallere posset. Licet enim dicatur ποιεῖν γέλαντι, οἴνῳ, et alia his similia, ut *vino, laete ſacra facere*, σπένδειν tamen sensu figurato semper adsciscit accusativum. *Meleager* Ep. CIX. πολυκλαύτῳ δ' ἐπὶ τύμβῳ Σπένδω νᾶμα πόθων. ubi vide not. T. I. P. I. p. 118. — V. 6. αἰμεγέτᾳ. *Marm.* — V. 7. ἔφη εὐχεσοις. *Mur.* ἔφη εὐχεσῦσι. *Hagenb.* qui vertit: *Nam geminat, Placuit, Placuit, pulcerrima Nymphis. Sedibus aeternis digna locata manet.* Hoc merito displicuit *Dorvillio*, qui ἐπ' ηὐχεδοισι, et *Toupio*, qui ἐπὶ χευσοῖσι πε. emendabat. Passim confusa, ob soni similitudinem, ἐπὶ et ἔφη, quorum posterius restituendum *Heliodoro* L. X. 31. καὶ ὁ Τεθάσπης, τί μὲν βούλεταί σοι, ἔφη, τὸ παραπλέκειν ὄνομα Χαριπλείᾳ, αὐτὸς ἂν

γυνώσκοις. ubi vulgo ἐπὶ habetur. Eadem vocula male legitur ap. *Lucian.* de Sacrif. 15. T. III. p. 79. ed. Bip. τίς οὕτω περὶ πολλοῦ ποιεῖται τὴν κόμην, ὅστις οὐκ ἀπεξύρησε, καὶ ψιλὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τὸ πένθος ἐπεδείξατο. Scribendum: καὶ ψιλότητι τῆς κεφαλῆς. — At in noſtro Epigrammate procul dubio ſcribendum:

ἐφ' ἡδυχρόοισι προσώποις.

Sic enim, non ἠϋχρόοισι, in Marmore ſcriptum eſſe, docet teſtis oculatus, *Viſconti in Lettera ſu due Monumenti, ne' quali e' Memoria d' Antonia Auguſta. In Roma. Anno VII republ.* p. 25. *not.* 55. — V. 8. Dubitabat *Dorvillius*, utrum αἰθέρος jungendum ſit cum δόμοις, an poëta χάριν αἰθέρος, *coeleſtem gratiam*, intellexerit. Mihi prius unice verum videtur. — V. 9. πισεύσατε. *Mur.* et v. 10. idem: ης πασαν στερπλης ναδες ου 9. Tentabat *Leichius* in Miſc. Lipſ. T. I. p. 489. ἥρπασαν, ὡς τερπνὴ ἦν, Ἅδες, οὐ θάνατος. *Antiquis igitur fabulis credite: bonam enim puellam, Cum forma praeſtantiſſima eſſet, non mors, ſed Pluto rapuit. Weſſeling.* in literis ad Eundem datis, in Cur. Secund. p. 46. ἥρπασαν, ὡς τερώην, Ναιάδες. ex quibus, cum Leichianis comparatis, ſponte apparet, quid homo homini praeſtiterit. *Hagenbuchius* ſimiliter: ἥρπασαν, ὡς τερπνήν, Ναΐδες, οὐ Θ. Noſtra lectio, elegantiſſima ſane, debetur acumini *Toupii*; nec aliter emendavit *H. van Eldik*, teſte *Burmanno* ad *Propertium* p. 188. *Dorvillius* denique:

ἥρπαξαν τερπναὶ Κηνίδες, οὐ θάνατος.

At hic quidem, aeque ac *Toupius*, poëtam potius quam deſcribentium errores emendaſſe videtur. In Marmore enim, teſte *Viſcontio* l. c. diſerte habetur:

ἥρπασαν ΩΣ ΤΕΡΠΝΗΝ Ναΐδες —

quam lectionem ille *delicias* interpretatur: *Rapuerunt tanquam delicatam ſuam Naiades, non mors.* Sic liberi, quibus parentes oblectantur, paſſim appellantur ἀθύρματα, παίγνια. *Crinagor.* Ep. XLII.

Τιμνίδα τὴν Εὐάνδρου, ἰφάσμιον αἰὲν ἄθυρμα
οἰκογενές, κεύθειν αἰμύλον εἰναέτιν,
ἥρπασας, ὦ ἄλλιστ' Ἀΐδη.

Puellam laſcivam et elegantem τερπνὸν ἄθυρμα μέθης appellat *Antipater Theſſ.* Ep. XXXII. aliam tenellam virginem, immatura morte exſtinctam, inter Proſerpinae oblectamenta et delicias fore, dixit Auctor Ep. ἀδεσπ. DCLIX. ἔστω μὲν ὅ γε παῖς ἐν δώμασι Περσεφονείοις Παίγνιον. Ceterum ad hujus diſtichi ſententiam comparandum Ep. ἀδεσπ. DCCIX.

DCCXII. „Hoc et ſequens diſtichon conjuncta exhibet lapis antiquus ap. Hagenbuchium Epiſt. Epigr. p. 393. at diverſa ſunt, et antiquiorum Epigrammatariorum poëtarum, quae ſaepius in puerorum monumentis adhibita. Poſterius ſeparatim habet alius lapis ap. Gruterum p. 676. et Donium p. 363. Ex utroque partim concinnatum peſſimi commatis Epigramma, quod habet Fabrettus p. 193. in quo e priori noſtrorum diſtichorum deſumtus hic verſus: κοὐκ οἶδ', εἴτε καλῶς, εἴτε κακῶς ἔθανον. Inde hîc ſcripſi αἴτιος, quod ad δαίμων refertur. Apud Hagenbuchium αἴτιον legitur.“ *Br.* Plus ſemel haec Epigrammata attigit *Hagenbuchius* in Epiſt. Epigr. p. 390. et p. 393. et iterum p. 434. *Bonada* T. II. 235. — V. 1. γενόμενον ζωᾶς. Similiter Ep. ἀδεσπ. DCCXLI. μήπω γευσάμενος ἥβης ἄλιστον ἐς Ἀιδου. i. e. ἄγευστος ἥβης. Hoc vocabulum haud ſcio an reddendum ſit *Aeſchini Socratico* §. 17. γαληνὸς δέ τις καὶ κακῶν ἄγευστος βίος, ἀσαλεύτῳ ἡσυχίᾳ εὐδιαζόμενος. Vulgo ἄγονος. κακῶν ἄγευστος αἰὼν eſt ap. *Sophoclem* Antig. v. 583. — V. 2.

ευκοιδετε αγαθων αιτιον. *Marm.* quod emendavit *Hagenbuchius*, comparans Homerica in Od. τ. 309. ἤδη γὰρ νοέω καὶ οἶδα ἕκαστα Ἑσθλά τε καὶ τὰ χέρεια· πάρος δέ τε νήπιος ἦα.

DCCXIII. Vide ad praecedens Epigramma. Noſtrum diſtichon ſeparatim exhibuit *Fleetwood* p. 232. Epigramma hinc ductum, quod innuit cl. editor, hoc eſt:

ἄνθος ἐγὼ γενόμην υἱὸς Ἐργομένους τε καὶ Φύγμης,
ὁ ἀνθήσας τε κακῶς ἔτεσιν δυσὶν οὐχ ὁλοκλήρως
φωτὸς ἀφαρπασθεὶς περίμοιρον βρέφος ἐνθάδε κεῖμαι,
καὶ οὐκ οἶδα καλῶς, εἴτε κακῶς ἔθανον.
ἐκπλήρωτ' Ἄϊδα, τί με νήπιον ἥρπασες οὕτως,
σπεύσας τοῦ ζῆν με στερέσαι.

quae habentur ap. *Reineſium* cl. XII. nr. 104. p. 683. *Fabrettum* c. III. nr. 453. p. 193. *Hagenbuch.* Epiſt. Epigr. p. 396. — V. 1. ἐκπληρῶται λατι et in fine ἥρπασας ΕΚΘΡΟΙΣ. *Marm.* Noviſſimam vocem varie tentat *Hagenb.* ἐχθρῶς, ἐχθρός, ἔκφρον. ἄφνω legitur ap. *Gruterum.* Veram lectionem adhuc latere exiſtimo. — V. 2. τί σπεύδεις; *Crinagoras* Ep. XLII. puellam teneram

ἥρπασας, ὦ ἄλλιστ' Ἀΐδη, τί πρόωρον ἔφυσας
μοῖραν τῇ πάντως σεῖό ποτ' ἐσσομένῃ.

καὶ πάντες ὀφειλόμεθα. Comparavit *Hagenb. Claudianum* L. I. de Raptu Proſerp. v. 61. de Plutonis potentia: *Nam quicquid ubique Gignit materies, hoc te donante creatur, Debeturque tibi, certisque ambagibus aevi Rurſus corporeos animae mittuntur in artus. Horatius* Ars Poët. v. 63. *Debemus morti nos noſtraque.*

DCCXIV. Edidit *Muratorius* in Theſ. p. 1041, unde id iterum protulit *Dorvillius* ad *Charit.* p. 251. graviſſimos editoris in interpretando hoc carmine errores exagitans. *Dorvillium* compilavit *Klotz.* ad *Tyrtae.* p. 51. Repetivit Epigramma *Bonada* T. II. p. 532. et ex ipſo lapide, in Nanii Muſeo ſervato, deſcriptum *Paciaudius* in Monim. Peloponn. T. II. p. 192. Scriptum eſt in Alexandrum Corcyraeum, Satyri et Calliopae filium. — V. 1. μύρι' α. μύρατο. *Homer.* Ιλ. υ. 282. κὰδ δ' ἄχος οἱ χύτο μυρίον ὀφθαλμοῖσι. πένθος μυρίον eſt Ιλ. ε. 88. Similia contulit, noſtri loci non immemor, *Valcken.* ad Phoen. v. 1484. p. 498. Cf. not. ad *Marci Argentarii* Ep. XXXI. T. II. P. II. p. 297. Proꝛſus inepte *Muratorius* μῦρα ἀποφ. – χυθεῖσα tentabat, de *unguentis* in tumulo *effuſis* cogitans. — περὶ τῷδε χυθεῖσα. *Homer.* Ιλ. τ. 283. ἀμφ' αὐτῷ χυμένη λίγ' ἐκώκυε. — V. 3. ταδιπιγαια. *Mur.* τῇδ' ἐπὶ γαίᾳ. *Dorvill.* — ¶. 306.] V. 5. ἴστορα. et artium liberalium ſcientia imbutum, et ſagittandi peritum. Hujus artis ſpecimen dederat in Strophadibus, ubi latrones ſagittis peremerat.

DCCXV. Editum in *Sponii* Miſcell. Erud. Antiq. p. 369. ap. *Reineſium* p. 1030. ex *Jac. Manilli* Deſcr. Villae Borgheſ. p. 147. *Fabrettum* p. 64. *Fleetwood.* p. 320. *Bonadam* T. II. p. 110. Popilia, Oceani conjux, gratum erga conjugem animum hoc Epigrammate declarat. — V. 3. ουφητοι in Marmore eſſe videtur prima litera evanida, quam reſtituit *Sponius* et *Fabrett.* Recte etiam vidit *Bonada* κούφη latere, dum vertit: *Sum levis ipſa cinis*, licet ſenſum poëtae non recte cepiſſe videatur et in his ipſis verbis et in ſequentibus, quae ſic latine expreſſit: *tamen hîc Acherontis ad undas Laudabo inſignem te pietate virum.* Hoc potius voluit Epigrammatis auctor: Quum me a marito poſt fata honoratam videam, levem experior pulverem, id adepta mihi eſſe videor, quod defuncti ſibi exoptare ſolent, ut

terra ipſis ſit levis. Cf. Ep. DCCXVII. *κούφη σοὶ κόνις ὄφθε πέλοι.* — V. 5. *καὶ πολλάκι.* Comparavit *Reineſius* Ep. Anth. Lat. T. II. p. 49. *Ex quicunque tuis humor labetur ocellis, Protinus inde meos defluat in cineres.* Opportunior eſt *Horatii* locus in Od. II. VI. 22. *ibi tu calentem Debita ſparges lacrima favillam Vatis amici.* — V. 6. *σπεῖσον.* Cf. Ep. DCCXI. 6. *Heliodor.* VI. 8. T. II. p. 105. *τὸ πεδὸν δέ σοι τέρθ' ὑπιφέρω χοάς· καὶ ἅμα ἔτιλλε τὰς τρίχας, καὶ ἐπὶ κλίνῃ ἐπέβαλλε· καὶ τάρθ' ὑπιχέω τὰς σπονδὰς ἐκ τῶν σοι φίλων ὀφθαλμῶν· καὶ αὐτίκα διάβροχος ἦν ἡ στρωμνὴ τοῖς δάκρυσιν.* — V. 7. *εὕδειν.* Haec derivata ex Epigr. *Callimachi* XLIX. *Gregor. Theol.* Ep. LXXXIX. in *Murat.* Anecd. p. 89.

Νόννα δ' ἐν πάντεσσιν ἀοίδιμος· εἰ δὲ τελευτὴν
τοῦτο θέμις καλέειν, κάτθανεν εὐχομένη.

Plinius L. II. Epiſt. I. 10. de morte Verginii Rufi: *Si tamen fas eſt aut flere aut omnino mortem vocare, qua tanti viri mortalibus magis finita quam vita eſt. Vivit enim vivetque ſemper, atque etiam latius in memoria hominum et ſermone verſabitur, poſtquam ab oculis receſſit.*

DCCXVI. Ex *Muratori* Theſaur. p. 1349. *Bonada* T. II. p. 140. In Teleſillam Euxenidae conjugem. — V. 1. *σῆμα τοιο γλυκερῆ* T. *Murat.* Glyceram Teleſillam in his celebrari exiſtimabat *Bonada.* *Kulenkampius* in not. mſt. tentabat:

σῆμά τοι, ὦ γλυκερὴ Τελεσίλλα, ἐνθάδ' ἔθηκεν —

quae emendatio elegans et fortaſſe vera. Hiatum enim in hujusmodi carminibus non moror. — V. 2. *ἄλοχῳ λέχος ἢ οἱ πάντοτε πλήσης. Mur.* quod confirmat *Kulenkampii* emendationem: *σῆμά τοι, ὦ Τελεσίλλα, ἔθηκεν ἀλόχῳ.* Quid verbo *λάχος* faciendum ſit, ignoro equidem; at

ſequentia ἢ οἱ πάντοτε πλήρης iterum videntur ſcripta. — V. 3. τε μένοιτο et v. 4. ἐσσομένοισι τέον κλ. *Murat.* Fuitne: μένοι τοι. Reliqua non tangenda. τεὸν κλέος veriſſimum, quum poëta defunctam mulierem alloquatur. Fortaſſe etiam ſcribendum:

γένοιτο
ὄφρα καὶ ἐσσομένοισι τεὸν κλέος ἄφθιτον αἰεί.

Theocrit. Id. XII. 11. ἐπεσσομένοις δὲ γενοίμεθα πᾶσιν ἀοιδή.

Lect. p. 304.] *DCCXVI.*[b] „E Muratori Theſauro p. 969. ubi, ut fere omnia, admodum corrupte legitur v. 3. μνήμην ἀτινεων. quod nihili eſt. v. 4. πανυστάτην . . . τὸ μαρτυ . . . ceterae literae, quas ſupplevi, eraſae.“ *Br.* Poſtremi verſus lacunas optime explevit cl. Editor; in tertio verſu reſtituendo autem veram et genuinam poëtae manum attigiſſe non videtur. In verbis MNHMHN ATINΣΩN latere videtur AΓIAΣΩN, quae ſibi ſimillima eſſe, ſponte apparet. Andronicus, conjugis *memoriam conſecraturus*, ejus ſtatuam, tenerrimi amoris documentum, poſuit.

DCCXVII. Editum in *Sponii* Miſcell. Erud. Antiqu. p. 46. ap. *Fabrettum* p. 287. *Gruterum* p. 1118. Explicat *Gorius* in Inſcriptt. T. I. p. 270. *Burmann.* ad Anth. Lat. T. II. p. 98. *Bonada* T. I. p. 442. *Fleetwood.* p. 201. Superſcriptum: PETRONIAE MUSAE. Inter hoc et ſequens Epigramma in ara eſt caput muliebre affabre ſculptum. — V. 2. λοιτὸς. *Marm.* ἄναυδον. Ad nomen puellae ſpectatur et ad canendi facultatem, qua polluiſſe videtur. Similia paſſim reperias. De Calliope, citharoeda, *Julian.* Ep. XLI. ἡ γλυκερὸν μέλψασα — Κεῖται σιγαλέη· τόσον ἔσθενε νήματα Μοίρης, Ὡς λιγυρὰ κλαῖσαι χείλεα Καλλιόπης. — V. 3. κεῖται, λίθος ὥς. *Alciphron* I. Ep. XXXIII. p. 228. κεῖται δὲ ἡ πάσαις μέλουσα χάρισι κωφὴ λίθος καὶ σποδιά. *Theognis*

567. δηρὸν γὰρ ἐνερθεν γῆς, ἁλέσας ψυχήν, κείσομαι ὥστε λίθος Ἄφθεγγος.

DCCXVIII. Vide ad praecedens Epigramma. — V. 1. Σειρηνακακον. *Fabrett.* qui *innocuam* vertit. Hoc tuetur *Rubnken.* ad *Timae.* p. 16. Muſam appellari Sirenem, quae *neminem laedat*, ἄκακον. Sic quoque viſum eſt *Antonio Mariae Salvinio*, cujus verſionem metricam exhibet *Gorius* in Inſcriptt. T. I. p. 270. *Daemone quo a nocuo rapta eſt innoxia Siren.* quod antithelin efficit elegantia non deſtitutam. At ap. *Gruterum* habetur Σειρηνακακῶς κακός. idque *Fleetwoodus* ſequitur. In marmore autem Σειρηνακακος κακος, quod oculato teſti credimus *Viſconti*o, qui in libello pereleganti *Iſcrizioni Triopee* p. 80. aut repetitionem illam ſervandam, aut legendum eſſe monet: τὴν Σειρῆνα κακῶς κακὸς ἥρπασε δαίμων. Certe Sirenum nomen iis, qui dicendi et canendi facultate pollebant, ſaepenumero in laudem tribuitur, ſine ullo ad noxiam earum naturam reſpectu. Ep. ἀδεσπ. DXIX. καὶ λάλε Σειρὴν Βακχυλίδη. It. DLXII. σειρῆνα θεάτρων τόνδε Μένανδρον. Ep. DCCXXXII. ἡ πολὺ Σειρήνων λιγυρωτέρη. De oratorum operibus, quae eorum liberos vocat, *Themiſtius* Orat. XXVIII. p. 341. C. αὐτοὶ λόγει αἱμύλοι εἰσὶ — κυδαίνοντες καὶ ἐπαίροντες καὶ ἐκπαζόμενοι τοὺς θεωμένους καὶ πάσας ἱέντες φωνὰς καὶ ᾄσματα ᾄδοντες τὰ ἡδονῆς, ὥςπερ Σειρῆνες. Scribendum μεστὰ ἡδονῆς. Item ap. eundem, quod obiter moneam, Or. XXII. p. 282. A. legendum: μεστὰ δὲ ἅπαντα δακετῶν θανασίμων καὶ ἰοβόλων, pro μετά. — V. 2. κακὸς δαίμων appellatur Pluto etiam in Epigrammate apud *Gruterum* p. DCCI. nr. 10. ubi primus verſus peſſime diſtinguitur. Legendum enim:

Εἰς θρήνους ἐφύλαξας Ἀτιτίαν, ὦ κακὲ δαῖμον,

Poſtremum illius carminis diſtichon,

πάππος μὲν γενεῆς προπάτωρ πέλεν, ἡ'Θεος δὲ
ὤχετ' ἔχων οὐδὲν πλὴν δάκρυον πρὸ τάφου.

male apud illum vertitur. Senſus eſt: *Avus quidem familiae parens fuit, juvenis autem nihil niſi lacrymas ex vita abſtulit.* Sed haec, quod nunc video, occupavit *Grotius* T. III. p. 407. — V. 2. μοι. *Fleetw.* μουτην pro nomine proprio habens *Fabrettus* vertit: *Quis Musen dulcem rapuit Lusciniolam.* quem errorem ſuſtulit *Gorius* et *Weſſeling.* in Probab. c. IX. p. 82. — ¶. 307.] V. 3. ψυχρᾶϊσι σταγόνεσσι. Muſa *frigidis guttis* aut *in frigidas guttas* reſoluta; neutrum ſatis intelligo. Certe mortis vis, corpus frigore perfundens, ſic ſatis inſolenter diceretur. *Fabrettus* vertit: *Nocte una frigidis ſtatim ſtillicidiis ſoluta Periiſti Muſa.* — λυθεῖσαν. *Grut. Fleetw.* — V. 4. Μοῦσα ἔτακή δ' ὄμματα ἐκεῖνα τάδε. *Grut. Fleetw.* — V. 5. στόμα πέφραικτο. *Plutarch.* T. II. p. 88. ἐμφράττει τὸ στόμα, ἄγχει, σιωπᾶν ποιεῖ. *Statius* V. Sylv. I. 200. *nunc ore ligato Incubat amiſſae.* Multa hujus locutionis exempla congeſſit *Weſtenius* in Nov. Teſt. Epiſt. ad Rom. III. 19. p. 39. Male verbum φράττειν legitur ap. *Heliodorum* L. IX. 19. μικροῖς μὲν τοῖς βέλεσιν, ἰῷ δὲ δρακόντων πεφραγμένοις εἰστοξεύοντες. Scribendum procul dubio: ἰῷ δὲ δρακόντων πεφαρμαγμένοις. Et ſic *Dorvillium* quoque ex Cod. emendaſſe nunc video ad *Chariton.* p. 693. quod noviſſimi *Heliodori* editoris diligentiam fugit. — τὸ χρύσεον nonnulli. — V. 6. οὐκ εἶδους. *Fabrett.* et ſic *Gudius*, qui ſe lapidem ipſum in villa Borgheſia vidiſſe ait, emendavit ad marg. *Gruteri*, apud quem ουκαλου σου σοφίης habetur. At ecce alius oculatus teſtis, *Viſcontius* l. c. ſic, ut *Gruterus* edidit, in marmore legi affirmat, indeque emendandum pronunciat:

λείψανον οὐ κάλλους, σὺ σοφίης πέλεται.

Nihil verius. In eandem emendationem inciderat *Kulenkampius* in not. mſt. — V. 7. ἐρρετεμεμεμεμαι. *Grut. Fleetw.* Poſterior tentabat ἔρρετ' εἰμαμένναι. inepte. μεμ-

μουραι. *Gor.* Noſtrum habet *Fabrett.* *Grotius* vertit: *Ite procul curae, mortalia corda vorantes.* *Heſych.* μέριμναι. φροντίδες. βουλαὶ. μέριμναι. *Theogn.* v. 55. λησμοσύνην τε κακῶν, ἄμπαυμά τε μεριμνέων. Ejusdem originis vocabulum μεριμέριος reſtituendum ſuſpicor Epigrammati in *Pocockii* Inſcr. p. 30. nr. 18. quod an alii ediderint, nunc inquirere non vacat. Mihi ſic ſcribendum videtur:

Οὐρανίων πάντων βασιλεῦ, χαῖρ', ἄφθιτ' Ἄνουβι,
σός τε πατὴρ χρυσοστέφανος πολύσεμνος Ὄσιρις,
αὐτὸς Ζεὺς Κρονίδης, αὐτὸς μέγας ὄβριμος Ἄμμων,
κοίρανες ἀθανάτων προγενὴς μητρυιὸς Σάραπις,
σή τε μάκαιρα θεὰ μήτηρ πολυώνυμος Ἶσις,
ἣν τέκεν οὐρανὸς εὐφρονίδης ἐπὶ κύμασι πόντου,
μεριμερίοις δ' ἐρέψεν Ἔρεβος φῶς πᾶσι βροτοῖσι,
πρεσβίστην μακάρων ἐν Ὀλύμπῳ σκῆπτρον ἔχουσαν
καὶ γαίης πάσης καὶ πόντου δῖαν ἄνασσαν.

Ap. *Pocockium* eſt v. 1. παμπτων. et Ανουσι. v. 2. πολυσεμνος Οσειρι. v. 3. Κρονδης; et Αμμν. v. 4. προτεκμηταισι. v. 5. μολυωνυμος. v. 7. μαριμαριοις. v. 8. εχουσ. v. 9. ανασσι.

DCCXIX. Editum in *Sponii* Miſcell. Erud. Ant. p. 347. *Gruter.* p. 1147. *Fleetwood.* p. 245. Epigraphe in marmore: Εὐτυχίδης Ζωίλου Μιλήσιος. — V. 1. laudat *Salmaſ.* ad *Solin.* p. 851. F. — V. 3. ψευδώνυμον. Falſo ſe *Eutychiden* i. e. *Felicem* appellatum eſſe ait, cum tam mature infelici fato ad inferos abreptus ſit. — V. 2. ἐς δέ τε ων. *Spon.*

DCCXX. Habetur ap. *Smetium* fol. CXXX. ubi verba male diſtincta. *Gruter.* p. CCCXXVIII. *Fleetwood.* p. 131. *Murator.* p. 650. quem ſequitur *Bonada* T. II. p. 390. Ad *Salmaſii* et *Grotii* mentem emendatum protulit *Dorvillius* ad *Charizon.* p. 150. — V. 1. κήρυξ. Cippus, in quo defuncti nomen ſcriptum, illud κηρύσσειν dicitur vel βοᾶν. Hinc lapis, Eutychis tumulo impo-

situs, ejus κήρυξ. — ἀεχεχόρσιο. χορστάτην interpretatur *Dorvillius*, τὸν προηγούμενον τοῦ χοροῦ καὶ τῆς ᾠδῆς. Idem χοροδέκτης appellatur secundum *Suidam*. — V. 2. μιννιάδιον. *Smet. Dorv.* — V. 3. „ὡς, *ut*: mallem ἥ, *quae*, relatum ad κῆρα. Adumbratum est hoc distichon e Simonidis Epigr. CI.“ *Br.* Ad Parcam retulit haec verba etiam *Dorvillius*, (cui ὡς debetur et πείσασ' pro ὃς et πείσας) secutus interpretationem summi *Grotii*:

Eutychis hic ego sum tumulus praecoque choragi:
Non levis est de te, Parca, querela mihi.
Auctor namque Animae cum sis, in corpus ut intret,
Crudelis, cur non auctor es, ut maneat?

Longe diverso sensu haec accepit *Benedictus Egius Spoletinus*, cujus versionem exhibuit *Muratorius*:

Sum praeco excelsi Felicis et urna choragi,
Cui vitam exiguam fata dedisse queror.
Qui potuit revocare animas in corpora cantu
Mellifluo, tenuit non tamen ipse suam.

quae sane arguta sententia et vulgatae lectioni accommodata: ὃς πείσας θνητοῖς ψυχὴν ἐπὶ σώμασιν ἐλθεῖν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν οὐκ ἀνέπεισε μένειν. Musicus voce et arte valens dici poterat animas hominum jam aufugientes retinere et in corpore quasi defigere. Alibi musica animas e corporibus evocare dicitur. Utrumque bene. Ita enim fert natura poëseos, ut eandem rem diversissimis rationibus recte enuntiare possit. — V. 4. „Lapis exhibet THN ATTOY MEAEOΣ. unde Dorvillius τήνδ' αὐτοῦ μελέεσσ' — at omnino scribendum αὐτῶν, *illorum membris*. Nam αὐτεῦ adverbialiter *illic* friget sequente μελέεσσι.

Multo mihi probabilius videtur lapidi incidi debuisse αὐτὴν τοῖς μελέοις. — Hoc ad θνητοῖς refertur, *miseris mortalibus.* " *Br.* Tantum nobis in marmoribus corrigendis licere, nemo facile concedet. Nihil omnino mutandum esse contendo, sed restituta lapidis scriptura legendum:

ὃς θνητοῖς ψυχὴν πείσας ἐπὶ σώμασιν ἐλθεῖν,
τὴν αὑτοῦ μέλεος οὐκ ἀνέπεισε μένειν.

Ultima syllaba in μέλεος producta post tot ejusdem licentiae in his Epigrammatis exempla neminem, puto, offendet. Cf. Ep. ἀδεσπ. CCCLXXXVII. 2., CCCXCIV. 2.

DCCXXI. Inscriptionem hanc accuratiorem dedit *Rich. Chandler* II. 61. p. 67. quam in *Sponii* Miscell. p. 318. et ap. *Fabrettum* p. 322. legitur. Emendavit eam secundum exemplar *Sponii* in Itiner. II. p. 349. *Heringa* in Obss. crit. p. 287. sq. Eandem ex schedis *Anton. Askew* accuratissime descriptam dedit *Taylor.* ad *Demosthen.* de falsa Legat. p. 461. ed. *Reisk.* Legitur etiam ap. *Fleetwood.* p. 319. 2. — V. 1. Versus est vitiosus aut poëtae aut lapidarii culpa. *Heringa* ἐπὶ omittendum esse censebat, quo versus exstitit longe deterrimus. Numeri in exitu hexametri

ξανθαῖς ἐπὶ κρατὶς ἐθείραις

longe sunt perfectissimi; errorem igitur haerere appareret aut in κνδιόωσα aut, quod etiam probabilius, in ξανθαῖς. — V. 2. χαριτοβλεφάροις. Idem epitheton puellae tribuitur in Inscr. ap. *Donium* p. 15. nr. 57. Ἐλευθερίας χαριστήρια τῇ Νεμέσει Ῥαμνούντοθεν Νεαίρα Ἀθηναῖα χαριτοβλέφαρος ἀνέθηκεν. ubi *Gorius* noster versum comparavit. — V. 3. χειονείοισι συνεσπευσα. *Spon. Fleetw.* χιονέοισι πε. emendavit *Heringa.* *Chandler* dedit, ut est

ap. *Brunckium*; nec aliter *Taylor.* χιονέοις significatione generaliori pro κάλοῖς, λαμπροῖς, ut *niveus* ap. Latinos, quod illuſtravit *Markland.* ad *Statii* Sylv. p. 15. — V. 4. κἀκ γλ. *Hering.* quod non neceſſe. In tali enim verborum ſtructura praepoſitio omitti poterat; cujus ellipſios exempla dedit *Fiſcher.* ad *Weller.* T. III. P. II. p. 128. — λιριόεσσαν. *Chandl. Spon. Taylor. Homer.* Il. γ. 150. τέττιγες — οἵτε κατ' ὕλην Δενδρέῳ ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἰεῖσι. *Apollon. Rhod.* L. IV. 902. ἀπηλεγέως δ' ἄρα καὶ τοῖς Ἴεσαν ἐκ στομάτων ὄπα λείριον. — V. 5. χιλεσι. *Chandler. Tayl.* — „Non placet ἐλεφαντινέων, quod tamen mutare contra lapidis fidem non ſuſtinui; at mallem ἐλεφαντοχρόων." *Br.* ἐλεφαντινεον. *Taylor.* — V. 6. δὲ ἀρετ. τὴν π. σῶμα τιθεῖσα. *Spon. Fleetw.* τε ἀρ. *Chandl.* — V. 7. Κιλικια *Tayl.* Mire hunc verſum vertit *Chandler*: *quam peperit Eutychis Sthenaro Ciliſſa Charitopis.* Talia innumera graecarum Inſcriptionum editores admiſerunt. — V. 8. εἰκοσιπενταετής. *Tayl. Chandl.* et alii. — V. 9. „Sic in lapide inciſus: ΕΡΜΕΡΟΣ ΔΕ ΑΡΙΣΤΟΜΑΧΟΙΟ ΠΑΤΡΟΣ ΚΑΙ ΜΗΤΕΡ . . . . Quum illius metrum reſtituere et defectum in fine ſupplere vellem, imprudens non animadverti verſum ἑπτάμετρον mihi excidiſſe. Ἑρμείος nomen eſt graecum, quod occurrit in lapide apud Gruterum p. 419. 2. Ἑρμειος Ἀσκληπιοδώρου Ἀντιοχεύς. In fine nihil veriſimilius ſuccurrit, quam μητέρος ἀθλῆς, niſi forte ipſum matris nomen expreſſum fuerit. Sic ſupra in Epigr. DCLXXIII.

οὔνομα Ῥουφῖνος γενόμην, πάϊς Αἰθερίοιο,
μητρὸς δ' ἐξ ἀγαθῆς.

At auctori hujus carminis, quem, niſi ſummae imperitiae damnetur, talem verſum procudiſſe nemo credet, ſuppetias eundum eſt, ut a quadratarii et mea etiam vexatione liberetur. Scribendum itaque cenſeo:

Ἑρμος Ἀριστομάχοιο πατρὸς καὶ μητέρος ἀθλῆς.

Nomen Ἑρμος in alia inscriptione apud Chandlerum occurrit; et hîc reponendum esse eo verisimilius mihi videtur, quod alterum illud Ἑρμερος, seu, ut potius scribi debet, Ἑρμέρως, nomen sit servile, quod ubi in Romanis monumentis visitur, semper, ni fallor, libertinorum est." *Br.* Ἑρμερως et in fine μητερο . . . *Tayl.* In lacuna matris nomen latere recte suspicabatur *Heringa*. Ceterum talibus emendandis operam frustra insumi, mihi persuasum hábeo. In his enim sequioris aevi carminibus haud pauca occurrunt, quae numerorum tantum speciem habeant, praesertim ubi nomina propria versificatori negotium fecerant. Hic cum nomen Ἑρμέρως in hexametrum non intraret, auctor Inscriptionis verba sic composuit, ut tetrametri trochaici species quaedam efficeretur. Et fortasse ne hoc quidem voluit. Nam nec earum Inscriptionum exempla desunt, in quibus prosa versibus miscetur. — V. 10. ἀλόχῳ κουριδίῃ. Hoc et πόσις κουρίδιος, *conjux virgineus* et *conjux virginea*, plus semel obvium in marmoribus. Vide *Reinesium* p. 722.

Lect. p. 302.] *DCCXXI.*[b] „Apud Smetium fol. CX. verso, Gruter. p. DCCLXIX. nr. 4. et Murator. p. 1323. Χρηστὴ et Φρασᾶς nomina sunt propria, quorum hoc corruptelae suspicione non vacat." *Br. Fleetwood.* p. 281. *Bonada* T. II. p. 138. — V. 1. Ineptissimum esse hunc versum, nec ullam efficere sententiam, pronuntiat *Fleetwoodius*, haud scio an vere. φιλου ουνομα. *Smet. Grut.* φιλουνομα. *Murat.* μνῆμ' ἀρετῆς passim occurrit in Epigrammatis de monimentis eorum, qui, dum viverent, virtute floruerunt. Cf. not. ad Ep. DCLXXX. μοίρης τὸ τέλος. Num haec quoque verba ad monimentum sepulcrale referri debent? at quo sensu? num *Fati terminus*, quandoquidem cippus eum, cujus nomen designat, finem attigisse indicat? an *stipendium* sive *munus Fato et Parcis tributum*? *Pii muneris* sensu τέλος oc-

currit ap. *Aeſchylum* Suppl. v. 123. Cf. *Abreſch.* ad *Aeſchylum* T. I. p. 182. Tum auctorem Inſcriptionis noſtrae hunc fere ſenſum efficere voluiſſe dixeris: Sum virtutis monimentum, munus Parcae tributum, carum nomen in fronte gero. Dura tamen interpretatio. Nunc video, eandem fere ſummo *Grotio* placuiſſe, qui vertit in *Mantiſſa Tertia* Anthologiae T. III. p. 409.

Aſpice vectigal fati, virtutis honorem,
Chreſta pudicitiae jacet hîc celeberrima laude.

Ad ipſam mulierem verba μνῆμα ἀρετῆς, μοίρης τὸ τέλος retulit *Benedictus Hegius*, qui vertit:

Hoc decus, haec fati virtus, et amabile nomen,
Dote pudicitiae celebrata, laboribus actis
Vitae Chreſta jacet condita nunc tumulo.

quaſi ipſa *Chreſta* dicatur μνῆμα ἀρετῆς, quod ferri poſſit; at quomodo eadem μοίρης τέλος ſive, ut ille, *fati virtus* (τέλος nonnunquam eſt *perfectio*) appellari potuit? — V. 3. σῶμά γ' ἔπαυσε. *Smet. Grut. Fleetw.* σωμανεπαυσατο. *Murat.* — V. 5. „ϑνητὴν lapis mendoſe, ut e ſequenti μέτοχος patet.“ *Br.* ϑνητὴ habet *Mur.* et *Bonada.* ϑνήτ' ἦν ſuſpicabatur *Fleetwood.* Quod librariis, idem et lapidariis paſſim accidit, ut literas perperam duplicarent. Ad ſenſum comparandus *Ariſtides* Orat. T. I. p. 79. ed. *Jebb.* beatum praedicat juvenem, vitae ereptum: ἔχει καλῶς γε δὴ τὰ ἀνθρώπεια· οὐ γὰρ Κωκυτὸς οὔτε Ἀχέρων τοῦτόν γε εἰλήφασιν, οὐδὲ ϑήκη κρύψη περιλαβοῦσα, ἀλλ' εὐκλεὴς καὶ ἀγήρως ἤδη τὸν λοιπὸν ἅπαντα χρόνον περίεισιν ἥρως, Κυζίκου πάρεδρος, τιμηθεὶς ὑπὸ Ἀπόλλωνος πατρῴου. — V. 6. „A. I. ΜΝΗΣΤΟΣ omiſſis duabus literis.“ *Br.* αἰμνεστωσα πασα. *Murat.* unde ap. *Bonadam* αἰ μνησθεῖσα πᾶσι. Reliquos genuina non fugit lectio. αἰείμνηστος. *Sophocl.*

Ajax 1166. ἐνθα βροτοῖς τὸν ἀείμνηστον τάφον εὑρόντα κάθεξει. — V. 7. „Male in Lapide ΚΤΑΤΗ. Mallem σοὶ δὲ τάφον σοφίης ἔνεκεν, κυδρὴ παρέκοιτις, τεῦξα.“ *Br.* κυδνή. *Mur. Fleetwood.* κυδίη vel κυδέη tentabat; κυδνῇ *Ruhnken.* in Epiſt. crit. p. 83. κυδρῇ *Kulenkampius* in not. mſt. In reliquis cur quid mutetur, cauſam idoneam non video. — V. 8. τεύξε φρασας συνομενος. *Smet. Grut. Fleetw.* φρασσευ νομευνος. *Muratori*, qui de meliore aliorum lectione ſecurus (recte enim *Hegius* ap. *Smetium* vertit: *conjux moeſtiſſimus*) *Nomeunum* hominem nobis hinc elicuit. In nomine Φρασας ante *Brunckium* haeſit *Hultmann.* in Miſcell. Epigr. p. 440. qui τεῦξ' Ἐπαφρᾶς συνόμευνος. Nomen *Epaphras*, quod *Epaphra* eſt ap. Latinos, ex Inſcriptionibus collegerunt Indic. Theſ. *Gruteriani*, et *Bentlej.* in Epiſt. ad *Millium* p. 82. *Leichius* in Cur. Secund. p. 66. legebat τεῦξ' Ἐφρᾶς συνόμευνος. — In fine Ἀλεξανδροπολείτης *Mur.* πολείτης etiam reliqui. — V. 9. „Seu quadratarii, ſive illius, qui lapidem deſcripſit, errore legitur ΑΓΕΝΤΙ ΕΤΨΥΧΙ. Unde feci ἀλλ' ἄγ' εὐψύχει. *ſed age, bono animo ſis.*“ *Br.* Leniori mutatione *Scaliger* in Not. ad *Gruterum* emendabat:

ΑΓΝΕΤΙ ΕΤΨΥΧΕΙ.

Mulier illa appellata fuit Ἀγνετις Χρηστη. *Leichius* ſcribebat: ἀεὶν δ' εὐψύχει. εὐψύχει, καμὲ μένει τὸ θανεῖν, reſpondet formulae, quam paſſim exhibent Inſcriptiones:

εὐψύχει· οὐδεὶς ἀθάνατος.

cujus exempla quaedam collegit *Leichius* in Cur. Sec. p. 67. Ceterum *Grotius* poſteriores tres verſus paulo aliter, ac reliqui, conſtituit, ſic:

τόνδε τάφον σοφίης ἕνεκεν κεδνῇ παραλοίτι
τεύξε φρέασας Συνόμηρος, Ἀλεξάνδρειο πολίτης.
Ἁγνὴ εὐψύχει· κἀμὲ μένει τὸ θανεῖν.

Haec Synomerus ei ſapientis praemia vitae
Civis Alexandri ſtruxit monumenta maritus.
Tu ne, ſancta, dole; me quoque fata manent.

Ubi vides, eum vocem φρέασας penitus praeteriiſſe, quod non magis probandum ac reliqua ſummi viri in hoc loco tentamina, ſi ab uno κεδνῇ παραλοίτι diceſſeris. Si in ultimi verſus initio epitheton quaeris, quale ἁγνὴ eſt, in Chreſtae laudem, nihil propius ad marmoris veſtigia accedit, quam

ΑΙΝΕΤΗ εὐψύχει.

ι pro η ſaepiſſime in ſerioris aevi monimentis reperitur, cum jam utriusque literae pronuntiatio confunderetur. Caeterum formulam εὐψύχει ſive ευψυχι paſſim in marmoribus obviam illuſtravit *Reineſius* p. 731. 826.

Lect. p. 303.] *DCCXXI.*^a *Muratorius* in Theſ. p. 1376. et iterum p. 2075. 1. Primum editum in Deſcriptione Aedium Barberinarum. *Brunckius* ſequitur *Dorvillii* recenſionem ad *Chariton.* p. 100. Scriptum in Meſſiam, mulierem et elegantiſſimam, quam conjux defunctam in aedibus ſuis ſepelivit. — V. 2. πρόψασα κατ' ἄφρων. *Murat.* loco pr. unde *Klotzius* ad *Tyrtaeum* p. 50. fecit πρόψασα κατ' ἄφρων, quo ſenſu, non dixit. Junxiſſe videtur κατάλιπες ἄφρων φῶς ἠδύς. *ſtolida reliquiſti lucis oras.* quod a multis probatum iri dubito. Altero loco *Muratorius* πρόπουσα καταφρονι. Fac, in marmore ſcriptum exſtare ΚΑΤ. ΧΘ. ΟΝΑ et facile intelliges, quomodo factum ſit, ut deſcriptores parum diligentes καταφρονα exhiberent. — V. 3. ἐςαθρήσασ' ουσα. *Mur.*

quod *Dominicus Bricberius* vertit: *neque te inſpicientibus adſtas.* — V. 4. φίλοις σταδίοισιν *Murat.* utroque loco. „Majoris momenti mutationem inſtitui. Legitur enim ubique φίλοις σταδίοισιν pro σταθμοῖσιν, quod quidem ſatis lepide *Dom. Bricberius Columbus* vertit:

Fors ego dilectis tumulum fabricatus amicis.

quaſi στάδιοι φίλοι *ſtabiles amici* celebrarentur. Aliis verſum *in omicis ſtadiis.* Credo, ipſos intellexiſſe *ſtadia, in quibus decurritur.* Sed prius diſcant, φίλος hîc et centies non *amicus*, ſed *meus, tuus, ſuus* ſignificare apud poëtas: deinde me viciſſim doceant, *ſtadia* talia fuiſſe adjecta *aedibus privatis*, et quî cadaver, ut mox ſequitur, *in talibus ſtadiis ſepultum*, poſſit tamen in aedibus ipſis eſſe et conſpici. Quare credo, levi literarum duarum mutatione recte repoſitum σταθμοῖσι *poſtibus*, et loca buſto recipiendo apta eſſe σταθμούς, non dubitaveris, ſi inſpicias Homer. Od. Z. 19. et ſic hanc feminam domi a marito ſervatam ſepultamque conſtabit.“ Haec *Dorvillius*, qui moris defunctorum corpora intra aedium limina ſepeliendi multa exempla profert. — V. 5. νεκρῶν et μελαφροισιν. *Murat.* loco ſec. — V. 6. Μισσια αιμνηστη. utroque loco.

Lectt. p. 303.] *DCCXXI.* d. In *Gruter.* Theſ. p. 1146. *Fleetwood* p. 253. 2. — περικαλλεα *Gruter.* quod in περικαλλεῖ emendavit etiam *Kulenkampius* in not. mſt. — In v. 2. haud ſcio, an legendum ſit:

μνήμης ΣΩΦΡΟΣΥΝΗΣ Θ' ΕΝΕΚΕΝ.

ac ob memoriam ejus conſervandam et in caſtimoniae mulieris honorem. Θ inter Σ et Ε, ſimillimas literas, facile excidere potuit.

¶. 308.] *DCCXXII.* Hoc Epigramma in Dialogum philoſophum edidit *Sponius* in Miſc. Ant. Erud. p. 320. *Fleetwood.* p. 249. *Bonada* T. II. p. 529. — V. 1. *καθαρῷ πυρί.* rogo crematus. Igne autem abſumi putabatur, quidquid mortale eſſet, quo facto animus purgatus ad Deos transit. Sic Hercules *ἐκ πυρὸς εἰς Οὔλυμπον ἀναβαίνει* in Ep. *ἀδεσπ.* CCLXXXVIII. Thetis Achilli immortalitatem donatura, *βροτέας αἰεὶ περὶ σάρκας ἔδαιε — ὄφρα πέλοιτο ἀθάνατος, καὶ οἱ στυγερὸν χροὶ γῆρας ἀλάλκοι.* *Apollon. Rhod.* L. IV. 869. De Triptolemo *Ovidius* IV. Faſt. 553. *Inque foco pueri corpus viventе favilla Obruit, humanum purget ut ignis onus.* quae *Ruhnkenius* comparavit ad Hymn. in Cerer. 236. et 239. — V. 4. „Notanda vox *γυμνάς*, quae hîc, ut in ſequ. Epigr. v. 3. *γυμνάσιον* ſignificat, quod non intellexit Sponius.“ *Br.* ΓΥΜΝΑΣ vitioſe *Spon. γυμνὰς Fleetwood.* et *Bonada* cum *ἔπλετο* conjunxerunt; ille vertit *exercitationi deditus*; hic: *Virtutis totus qui fuit et ſophiae.* — V. 6. *ψυχὴν — οὐρανὸς ἔχει.* Similiter Inſcriptio ap. *Sponium* in Miſcell. p. 374. cujus finem ſic reſtituendum eſſe ſuſpicor:

δοκαὶ, τῶν ἑτέρη μὲν ὑπιχθονίη πεφόρηται,
ἡ δ' ἑτέρη τελέσασιν ὑπ' αἰθερίοισι χαρεῖσα,
ἧς στρατιῆς εἰς εἰμί, λαχὼν θεὸν ἡγεμονῆα.

quae ad nobilem illum Platonis mythum de Deorum per aſtra curſu referenda ſunt. Vulgo legitur ΑΘΙΗ . ΕΠΑΧΘΟΝΙΗ. ΕΙΣΕΙΔΑ (pro *εἷς εἰμί*) et ΗΤΕ ΜΟΝΗΑ. — *ἐκ μελέων.* poſtquam anima ex corporeis evolavit vinculis. *Theocrit.* Eid. XVII. 24. *ὅττι σφῶν κεφαλὰς μελέων ἐξείλετο γῆρας.* Epigramma ap. *Murator.* T. II. p. 696. 5. *Bonad.* T. I. p. 430. in Aſclepiadem medicum: *ἐκ βροτέων δ' ἅμα στείχων σεμνὸν ἔβη Διὸς εἶκον.* Sed totum carmen adſcribam, ut emendandum videtur:

Ἀνέρες, οἱ πάρος Αἰσονίων πέδον ἵκετε, ξεῖνοι,
βαιὸν ἐπὶ τραφερῇ χθονὶ δερκόμενοι τόδε δῶμα
ἀνδρὸς ὀπιζομένου Ζηνὸς νόον Αἰγιόχοιο,
ὅς ποτ' ἐδείξε βροτῶν πολυπλάγκτοισιν πραπίδεσσιν
ψυχὴν ἀθανάτην καθαρεύουσαν ἐκ Διὸς αἴσης,
μάρτυρα Φοῖβον ἀμυμόνεσιν σελίδεσσι χαράξας·
οὐδ' ἄρα θνητὸς ἔην, ὑπ' ἀνάγκης δ' Ὑψιμέδοντος
τύμβῳ ἐν ἀργαλέῳ πεπεδημένος ὕπνωσεν εἶμον,
ἐκ βεθέων δ' ἀναστείχων σημὸν ἔβη Διὸς οἶκον,
Λητοΐδῃ καὶ Μούσαις βαιμὸν ὑπ' ἠέρι τεύξας·
ἰητὴρ δ' Ἀσκληπιάδης μακάρεσσι τρίβων ἦεν,
χρημοσύνην δ' ἔλιπεν πολυκήριον ἐν νεκύεσσιν.

V. 6. *Muratorius* legit AMTMNI ΣIN EN σελίδεσσι. V. 8. τύμβῳ EIN AAEΩ omissa syllaba, quam mihi certa emendatione restituisse videor. V. 9. δ' AMA στείχων. V. 11. δ' ἅμ' Ἀσκ. Delevi syllabam abundantem. Asclepiades, qui hoc Epigrammate laudatur, et medicus fuit et philosophus. Hoc in celeberrimum hujus nominis medicum, Asclepiadem Bithynum, quadrare dixeris; at nostra Inscriptio quin longe seriori aevo scripta fuerit, dubitari non potest.

DCCXXIII Ex *Sponii* Miscell. p. 350. Habetur etiam ap. *Donium* p. 150. unde id repetivit *Burmannus* in Anth. Lat. T. II. p. 222 *Murator.* p. 656. *Fleetw.* p. 294. 4. *Bonada* T. II. p. 229. In cippo, cui hi versus insculpti, figura stabat cum serpente circa columnam, in cujus symboli sensum inquirit *Bonada*, qui serpentem salutis et beatitatis, columnam aeternitatis symbolum esse existimat. — V. 1. Ἡρακλείδης. *Spon.* Ἡρακλείδην. *Don.* ομβρυς A. *Spon. Fleetw.* ὀμβριμος. *Don. Mur* ex conjectura procul dubio, sed ea parum felici. Verum est ON BAPTΣ, quod in OMBPTΣ latere nemo negabit, qui meminerit, quam saepe in marmoribus M

pro N legatur ante Φ. M. B. M. quod monuit *Dorvillius* ad *Charit.* p. 523. et 733. — V. 2. εἰρυσιαυξέων. *Don. Mur.* εἰρυσεναυξέων. *Spon. Fleetwoodus* recte distinxit καυξέων. — ἕλικος. *Murat.* — V. 3. γυμνασιας. *Mur.* γυμνασιας. *Spon. Fleetw.* εὔμοχθος γυμνὰς gymnasium, ubi corpus exercetur. Eodem sensu Ep. praeced. v. 4. et in Inscriptione, quam *Tollius* dedit in Epist. Itiner. I. p. 5. *Henninius* in notis ad illum p. 20. *Leichius* in Sepulcr. p. 12. et 32. *Reisk.* in Anth. p. 108. nr. 648. Hujus Inscriptionis initium nostrum locum egregie illustrat:

Ἄρτι σε τὸν θάλλοντα νέοις ἐπὶ γυμνάδος ἔργοις,
ἄβας καλλίστοις ἄνθεσι τερπόμενον
ἠίθεον, Περάταρχε, πατὴρ ἐκαλύψατο τύμβῳ,
ἐστέφε δ' ὀγκωθεὶς αὖτος ἑὸν κτέρας.

Jam mirare *Fleetwoodium*, qui ad nostrum Epigramma lepidam confinxit historiam de *Eumochtho*, nescio quo, qui *Ephebum* quendam, puerum pulcherrimum, occiderit. Paulo post v. 5. verba τερπνὸς ἐμίβων (sic *Marmor* pro ἐμείβων, vulgari vitio) in *venustum Amibonem* mira arte convertit, haec addens: *Video aliter posse verti haec verba. Sed conjecturis cujuscunque cum locus sit, cur non et nostris?* Taliane sanae mentis homini excidere! — Pro τερπνὸς *Donius* habet τερπος. *Muratori* τερος. — V. 6. ζμιερομαρα. *Spon. Don. Mur.*

DCCXXIV. E *Muratori* Thesauro p. 1397. illustravit *Hagenbuchius* in Epist. ad *Blaurer.* p. 36. sqq. *Bouada* T. II. p. 135. Scriptum est in *Rufinum*, cognomine Asterium, Romanum, qui in Aegyptum profectus, diem supremum ibi obierat. Inde Damostrateia, Rufini conjux, mariti reliquias Romam deportavit, ubi nostrum Epigramma inventum est. — V. 1. ρουφινου et ποτε κληζον *Murat.* De κλῆζον et ἔκλεζον in Inscriptionibus vide *Hagenbuch.* in Epist. Epigr. p. 417. — *Aste-*

rii nomen ſeriori aevo frequentatum. Notus *Turtius Rufius Aſterius*, qui emendavit Codicem *Virgilii* Mediceum; ex hujus familia noſtrum fuiſſe, dubitari nequit. Occurrit Rufina quaedam, Sanctis Martyribus adſcripta, Aſterii filia, de qua dixit *Tillemont.* Hiſtoir. des Emper. T. III. p. 172. Multos *Aſterios* recenſet *Fabric.* in Bibl. Gr. T. VIII. p. 613. ſqq. De familia Aſteriorum diſputavit *Henr. Noris* in Cenot. Piſan. Opp. omn. T. III. p. 676. ſqq. — V. 2. Νείλου πόλιν, urbem Aegypti, Nilopolin, quae modo ſic junctim, modo diviſim, ut in noſtro Epigrammate, ſcribitur. Vide *L. Holſten.* in *Stephan Byz.* p. 221. — V. 3. προκοπαῖς λάμψας. *progreſſibus, quos fecerat, clarus.* Non dicitur, qua in re; ex proximis ſuſpiceris, Rufinum honorum et divitiarum viam feliciter inſtitiſſe. — πολλοις *Mur.* πολλοῖσι emendavit *Hagenb.* Ductum hemiſtichium ex *Theocrit.* Eid. XIV. 63. πολλοῖς πολλὰ διδούς. — Verbum προκοπὴ ſimiliter adhibetur in Epigr. ap. *Muratorium* T. III. p. 1687. 2. quod adſcribam, ſicut legendum puto, nam ap. Editorem peſſime diſtinctum:

Οἳ σνύγιον χεῖρον ὑποναίετε, δαίμονες ἐσθλοί,
δέξασθ' εἰς Ἀΐδην κἀμὲ τὸν εἰκοτόκατον,
οὐ κρίσει ἐκ Μοιρῶν ἡρπασμένον, ἀλλὰ βιαίῳ
αἰφνιδίῳ θανάτῳ μήνιος ἐξ ἀδίκου,
ἄρτι μὲν ἐν προκοπῆς τάξει παρὰ δεσπότῃ ὄντα,
ἄρτι δὲ καὶ γενετῶν· οὐδ' εἴκοσι τέρμ' ἐνιαυτῶν
ἐκτελέσας, γεραὸς οὐκ ἐσορῶ τὸ φάος.
νοῦνομά μοι ὕπατος· λίτομαι δ' ἔνι τὸν συνόμαιμον,
τοὺς δὲ γονεῖς μηκέτι τοὺς τάλανας.

V. 5. habetur Αρτιμου ευ et in fine ονττ. V. 6. γονων. Haec vide quomodo verterit *Muratorius*: *propter iram injuſti Arsimi, in dignitatis loco apud ſuum dominum conſtituti, nuper in ergaſtulo, parentum ſpe*

fraudata, neque heredibus ſcriptis. quae omnia aegri ſomnia potius quam verſionem dicas. Recte mihi ſcripſiſſe videor ἄρτι δὲ καὶ γενειῶντ', *primam nuper lanuginem proferentem.* Diphthongus etiam in media voce corripi poteſt; certe hoc probabilius, ſi veſtigia marmoris comparaveris APTI AE KAI ΓONEΩNT', quam quod *Dorvillius* ad *Charit.* p. 30. ſenſu tamen nihil diverſo, ſcripſit: ἀρτιγενειάζων. V. 7. nihil intereſt utrum γοερὸς legas, ut *Muratorius* habet, an γοερῶς, ut *Dorvillius.* Cf. ad Ep. DCCXX. 4. — Redeo ad Rufini elogium. V. 4. μηδένα λυπήσας. Sic Ep. DCXCIX. οὐδένα λυπήσας, οὐ λοίδορα ῥήματα πέμψας. In corruptiſſima Inſcr. ap. *Fabrettum* p. 741. οὐδένα λοιγήσασα (fort. λυπήσασα) οὐ μικροῦ ψυχήν, οὐ μεγάλου. — V. 5. ἔφυγεν. *Mur.* — V. 6. ἐς ἀέρα, σῶμα δὲ πρὸς γῆν. *Euripid.* ap *Plutarch.* T. II. p. 416. E. ὁ δ' ἄρτι θάλλων σαρκί, διοιστὴς ὅπως Ἀστὴς ἀπέβη, πνεῦμ' ἀφεὶς ἐς αἰθέρα. — V. 7. εὐσεβείας ἔσχεν. *Mur.* Etiam apud inferos ipſius pietas cognita eſt et probata. — V. 8. εἶδε τὸ φῶς. oſſibus ex loco, ubi ſepoſita, denuo prolatis. — V. 9. Poſt patrem duo ejus liberi morte abſumti, qui in idem ſepulcrum atque pater illati ſunt. — V. 11. σειμνη δε. *Mur.* et *Bon.* — V. 12. διέπλεισε. *Mur Bon* — V. 13. 14. Notandae alliterationes, rhythmis ſequiorum temporum praeludentes, in verbis ὑπέμεινε, διέμεινε, κατέθηκε, παρέδωκε. — ¶. 309.] V. 14. αἰῶσιν. aeternitati tradidit. Sic in ſepulcralibus paſſim defuncti *aeternae ſecuritati*, *perpetuae quieti* commendantur, et in *aeternas ſedes domosve* illati eſſe dicuntur. Vide inprimis *Burmann.* ad Anth. Lat. T. II. p. 107. — V. 15. His Damoſtratea ſuum erga maritum amorem demonſtravit.

DCCXXV. Edidit *Fabrettus* p. 731. ſed emendatius quam hic in ipſius *Fabretti* muſeo illud deſcripſit *Montefalconius*, repetivitque in Diario Ital. p. 273. Diſputavit de hoc marmore *Hagenbuch.* in Epiſt. ad *Blau-*

ror. p. 41. sq. *Murator.* T. III. p. 1711. 1. *Bonada* T. II. p. 546. — V. 2. πανεπιφασστον et πρισσων. *Fabr.* Posterius hoc *Zaccagnius* in κρεῖττον mutandum censebat, satis inepte. — V. 3. αἰνοτοκων των. *Marmor. Montefalconius* vertit: *Infelicibus parentibus fors invida rapuit*; nihil praeterea de sensus et metri lacuna monens αἰνοτόκων γονέων hîc legendum esse pronuntiat *Jac. Gronovius* ad *Herodot.* L. I. 38, 5. quod *Hagenbuchium*, idem reponentem, latuit. Hanc lectionem probavit etiam *Dorvillius* ap. *Burmannum* ad Anth. Lat. T. II. p. 83. qui multa de *Invidia Sortis* et *Fatorum*, quae in juvenum immatura morte accusari solet, disputavit. — ὃν καθορᾶτε. Ad Menophili imaginem refertur, quam cippus exhibebat. — V. 4. ὀκτὼ μόνοις ἔτεσιν. *Marmor.* ὀκτὼ posteriorem syllabam correptam habet, more Latinorum; quos nisi imitari poëta voluisset, scribere potuisset

ὀκτὼ μοῦνα ἔτη βεβιωκότα μησί τε πέντε.

Nil frequentius in saxis antiquis, quam ad quaestionem *quamdiu* accusativos et ablativos in unam conferri orationem. *Vixit annos* tot, *mensibus* tot, vel *vixit annis* tot, *mense* tot.“ Verba sunt *Hagenbuchii.* Satius fortasse fuisset, hoc patellarii versificatoris Epigramma penitus omittere, quam vitia, ab ipso auctore admissa, pro lubitu corrigere. Longas vocales et diphthongos crebro corripiebat serior aetas, quam legitimus verborum graecorum sonus latebat. Cf. tamen *Brunckium* ad Ep. DCCXLI 4.

DCCXXVI. Edidit *Montfaucon* in Diar. Ital. p. 201. *Murator.* p. 154. Illustravit *Hagenbuchius* in Epist. Epigr. p. 86. sqq. — V. 1. λιαν κλυτου. *Montf.* διανκλυτου *Murat.* ΑΓΑΝΚΑΥΤΟΥ emendavit *Boubierius*, de cujus emendationis necessitate temere dubitabat *Hagen-*

buchius p. 90. marmoris auctoritatem praetexens, quae hic nulla est; nam in plurimis lapidibus Λ positum reperias pro Α; quantillum autem interfit inter Γ et Ι, omnes norunt. Ἄσιος pro hominis nomine habebat *Muratorius*, cum agatur de Mithra Asiarcha. Ἀσιάρχαι, qui iidem ἀρχιερεῖς Ἀσίας, saepenumero occurrunt in antiquitatis monimentis, et in Actis Apost. XIX. 31. Cf. *Spanhem.* de Usu et Pr. Numism. T. II. p. 417. — V. 2. Lucius, Mithrae filius, ἀγλοθετὴς Σμύρνης, in patria Smyrna publicis certaminibus praefuisse putandus est, a patre fortasse datis. Solebant enim Asiarchae, Syriarchae ac ceteri annui provinciarum pontifices ludos publicos dare; quod accurate docuit *H. Valesius* ad *Eusebium* Hist. Eccl. IV. 15. De iisdem et eorum muneribus vide *Selden.* in Marm. Arund. p. 163. sq. et *Godofredum* ad Cod. Theodos. T. II. p. 27. ed. *Ritt.* — ἑρατινης. *Marm.* — V. 3. ευγενιαν σοφιαισι. *Marm.* Εὐγένιον tentabat *Boubertus*, nomen juvenis *Lucium Eugenium* fuisse existimans. Vulgatam sic accipi posse censebat *Hagenbuchius* p. 97. παρὰ vel ὑπὲρ εὐγένειαν, *praeter nobilitatem generis, praeter id, quod nobili genere natus erat*, σοφίαισι κεκαλλυσμένον, *sapientiae studiis exornatum.* Hoc nemo praetulerit elegantissimae cl. editoris emendationi, in quam etiam *Kulenkampius* incidit in not. mst. — V. 4. ῥωμὴς. Vide ad Ep. DCXCI.

DCCXXVII. Legitur ap. *Smetium* CXXIX. fol. verso. *Gruter.* p. 700. *Boissard.* T. V. p. 122. *Fleetwood.* p. 250. — In Paulinum, cum sorore Hygea in eodem tumulo sepultum. — V. 1. ενιαυτους. *Smet.* — V. 3. Τγειν. *Smet.* — V. 4. ἐπαιτης. *Smet.* et *Grut.* — ἡν ουκ. *Smet.* ἣν οὐκ. *Fleetw.* γλυκειότερον. comparativus formatus a γλυκεῖα, ut a τέρεινα τερεινότερος. Illud in Lexicis omissum. "*Br.* Hanc formam poëtae pro usitatiore in ων et εων passim adhibuerunt. De χερειότερον, λωίτερον et ἡμίτερον *Eustathius* monuit ad Ιλ. β. p. 215. 6. ἀρειότερος

dixit *Theognis* v. 548. πλειότερος *Homer.* Od. λ. 358. Plura congeſſit diligentiſſimus *Fiſcherus* in Anim. ad *Welleri* Gramm. T. II. p. 90. ſq.

DCCXXVIII. Editum in *D. Bernardi de Montfaucon* Diar. Ital. p. 423. *Murator.* p. 1433. E *Ruhnkenii* emendatione ſcriptum exhibet *G. Koenius* ad *Gregor.* p. 287. quem in omnibus expreſſit cl. Editor. Scriptum eſt in juvenem Amphilochia oriundum, qui, cum in pugna contra Illyrios periiſſet, ab amicis hoſtium manibus ereptus eſt. — V. 1. λυγρὸμ κοτμον. *Marmor.* de qua orthographia monuimus ad Ep. DCCXXIII. 1. — V. 2. ἄλκη Αμφιλοχωγγαια. *Monteſ.* et *Murat.* Facile intelligitur, quomodo in vocibus ΑΑΚΙΜΗ ΑΜ — aut deſcriptor aut lapidarius ipſe ſyllabam ΜΗ tranſilire potuerit. — Ἀμφιλοχων genuina videtur marmoris lectio. Quum enim Grammatici jubeant Ν ante Γ in mediis vocibus in Γ mutari, quadratarii idem nonnunquam in fine verborum fecerunt; iidem contra aliis in locis Ν ſervarunt, ubi Γ ſcribendum erat. — V. 4. ναυσι γαδειταισι εκτεμεσαν. *Monteſ.* et paulo vitioſius *Murat.* Veram lectionem primus hic vidit *Valckenarius* ad *Herodot.* L. VIII. p. 648. 42. — νᾶσος eſt Corcyra, ubi hoc monimentum repertum. — V. 6. ΣΙΝΝΑ φυλοπιδος Δ' ἰξ. *Monteſ. Mur. Sinnam* juvenis illius nomen fuiſſe exiſtimantes. Proprium hîc nomen et ipſe legi mallem quam σᾶμα, praeſertim cum particula adverſativa poſt φυλοπιδος legatur. Caeterum *Bonada* malè vertit hoc diſtichon ſic: *Mors nec enim fidos potuit latuiſſe ſodales, Quorum ope, Sinna, truci tutus ab hoſte jaces.* Hunc ſenſum ſi efficere voluiſſet poeta, ſcripſiſſet procul dubio: ἀποφθίμενος πιστοὺς φίλους οὐκ ἔλαθες.

¶. 310] *DCCXXIX.* Editum a *Sponio* in Miſc. Ant. erud. p. 357 *Fabretti* p. 733. *Murator.* p. 1707. *Fleetwood.* p. 258. 3. *Bonada* T. II. p. 128. Corru-

ptum Epigramma, quod nimis pro lubitu emendatum videtur, ſic adſcribam, ut apud *Sponium* habetur:

ΜΑΡΚΕΛΛΗΣ ΤΑΦΟΣ ΕΙΜΙ ΤΙΣ ΑΤΤΗ ΓΡΑΜΜΑΤΑ ΛΕΞΕΙ
ΑΡΧΙΓΑΜΟΣ ΚΟΤΡΗΣ ΕΙΚΟΣΙΝ ΟΥΣΑ ΕΤΕΩΝ
ΑΤΤΗΝ ΓΕΝΝΗΣΑΣΑ ΚΑΙ ΚΗΔΕΥΣΑΣΑ ΕΠΕΓΡΑΨΑ
ΑΧΘΟΣ ΕΧΟΥΣΑ ΚΡΑΔΙΗΣ ΠΕΝΘΕΟΣ ΟΥΚΟΝΙΟΥ.

— V. 1. Marcellae ſum tumulus. *Haec quaenam fuerit, ipſa indicabit inſcriptio.* Hic ſenſus. Perperam *Muratorius*: *quicunque hunc titulum inſpecturus es.* Pejus etiam *Fleetwoodius*: *Quis ei aliquid inſcribet?* — λέξις. *Mur.* — V. 2. ἀρτίγαμος κούρη. *Fabrett.* οὖσα ἐτέων. Paſſim in marmoribus apoſtrophe negligitur. οικετων. *Mur.* — V. 3. αυτη γεννησασα. *Fabr.* qui in reliquis cum *Sponio* conſpirat. αὐτὴ ἡ γεννήσασα καὶ γεννήσασα ἐπιγραψα. *Mur.* Haec ſic fortaſſe emendanda eſſe cenſebat *Leichius* in Miſc. Lipſ. T. I. p. 497.

αὐτῇ ἡ γεννήσασα καὶ κηδεύσασα ἐπέγραψα.
ἄχθος ἔχουσα κραδίᾳ πένθεος οὐκ ὀνοτοῦ.

Quae an ipſe pro verſibus habuerit, ignoro equidem. Vertit autem: *Ipſi genitrix, quae et curam ſepulcri habui, inſcripſi, onus non vituperandae triſtitiae corde gerens.* Mihi perſuaſum eſt, ea verba, quae 3. verſum hujus Inſcriptionis conſtituunt, ab ipſo auctore numeris concepta non fuiſſe. Fuit procul dubio: αὐτὴ ἡ γεννήσασα καὶ κηδεύσασα ἐπέγραψα. in quibus nullum numerorum veſtigium. In v. ſequ. membra poëtae agnoſcas in verbis ἄχθος ἔχουσα et πένθεος οὐκ ὀλίγου. Sed talia in proſaicis quoque Inſcriptionibus reperiuntur bene multa. Cf. Ep. ap. *Fabrett.* p. 741, 506. cujus partem mox laudamus ad Ep. DCCXXXI. — οὐκ ὀλίγου. *Fabrett.*

Lecte p. 304.] *DCCXXIX.* [b] Legitur ap. *Muratorium* p. 1732. Jejuni verſus, vix digni, qui typis repeterentur — V. 1. Εννεακαιδεκαμηνος. *Mur.* — V. 2. ποσει πατηρ. *Id.* — V. 3. δε τετι πρ. γαια *Id.*

DCCXXX. Editum a *Vineto* ad *Auſonium*; in *Auctario Smetii* fin. ap. *Gruterum* p. 802. *Fleetwood.* p. 285. *Bonad.* T. II. p. 129. Hiſtoria hujus diſtichi narratur in Vita *Joann. Guijonii*, quam fratrum Guijoniorum Operibus praefixit *Phil. de la Mare*, ibidemque repetitur, ut *Jo. Guijonius* illud reſtituit. Servatur Burdigalae in Aede S. Andreae, pedibus praetereuntium jam medio ſec. XVII. ita extritum, ut vix literarum apices deprehendi poſſent. Cf. *Zinzerling.* Append. Itiner. Gall. 3. Latina, ſed recentioris poëtae, verſio legitur ap. *Ferretium* L. V. p. 330. eademque relata eſt in Anth. Lat. T. II. p. 51. LXXIV.

Oſſa gemelliparae Lucillae hîc ſunt ſita, cujus
Secta fuit proles vivens patri et altera matri.

— V. 1. κειτε. *Marm.* frequenti errore, ex prava ſeriorum temporum pronuntiatione orto. — V. 2. μιμέρισται malebat *Fleetwoodius* ſine cauſa. *Antipat. Sidon* Ep. CIV. διπλόον ὠδίνασα φίλον τέκος, ἄλλο μὲν ἀνδρὶ Εὔφρονι καλλιπέσθαι, ἄλλο δ' ἄγω φθιμένοις. *Heraclidis* Ep. I. T. II. p. 237. δισσὰ δ' ἐμοῦ τίκτουσα, τὸ μὲν λίπον ἀνδρὶ ποδηγὸν γήρως, τὸν δ' ἀπάγω μνημόσυνον πόσιος.

DCCXXXI. „In Muſeo Veronenſi p. 318. Saepe adhibita in monumentis haec formula δοίη σοὶ ψυχρὸν ὕδωρ Ὄσιρις, qui Graecorum eſt Pluto. Vide Fabrettum p. 465. XIX. et p. 741. ubi ψυχῇ διψώσῃ ψυχρὸν ὕδωρ μετάδος.“ *Br.* Epigramma poſterius, quod laudat cl. Editor, peſſime depravatum, ſic fortaſſe refingi debet; verſuum ſunt membra diſcerpta:

Θ. Κ.

Ἐνθάδ' ἐγὼ κεῖμαι Ὀλυμπία ἔτη κβ.
Ἕλλην μὲν τὸ γένος, πατρὶς δέ μοι ἦν πόλις Ἀπάμεα,
οὐδένα λυπήσασα,
οὐ μικροῦ ψυχήν, οὐ μεγάλου κραδίην·
στήλην δ' ἣν ἐποίησα κατὰ χθόνα δάκρυσι θερμοῖς . . . . .
παρθένιον ἣν ἔλαβον Σωτᾶς Ὀλυμπιάδι
πεποίηκα·
στοργὴ γὰρ μεγάλη τῶν ἀμφοτέρων διέμεινεν,
ὡς ὅτε φῶς τὸ γλυκὺ παρέμεινεν ἀκτῖσ' ἐπιλαμπεν·
ἡδὺν ἀπὸ στόματος καὶ γλυκὺν ὡς μέλι τιν . . . . . .
ταύτην στήλην ἐποίησα Σωτᾶς σε φιλήσας.
Ψυχῇ διψώσῃ ψυχρὸν ὕδωρ μετάδος.

Noſtrum diſtichon ex *Maffeo* repetivit *Bonada* T. II. p. 228. et *Burmann.* ad Anth. Lat. T. II. p. 146. quem conſule. Cf. et *Reineſium* in Syntagm. Inſcr. p. 731.

DCCXXXII. Edidit *Apianus*, qui id Romae in S. Michaëlis aede reperit. *Boiſſard.* T. III. 53. *Georg. Fabricius* L. II. Antiqq. et ex eo *G. Barthius* in Adverſ. IV. 6. p. 166. duo priora tantum diſticha exhibens. *Pitboeus* L. III. Epigr. vett. p. 118. *Aldus* in Orthogr. p. 489. *Fabrett.* p. 236. *Maccbius* p. 164. *Smetius* fol. CXXIV. *Gruterus* DCVI. *Donius* p. CCCXXXVI *Bonada* T. I. p. 443. *Burmann.* Anth. Lat. T. II. p. 197. CXLVI. Praefiguntur his Epigrammata Latina, lectu digniſſima, haec:

ATIMETUS PAMPHILI TI. CAESARIS
A. L. L. ANTHEROTIANUS
SIBI ET
CL. HOMONOEAE CONLIBERTAE
ET CONTUBERNALI.

Tu, qui ſecura procedis mente, parumper
Siſte gradum, quaeſo, verbaque pauca lege.

Illa ego, quae claris fueram praelata puellis,
Hoc Homonoea brevi condita sum tumulo.
Cui formam Paphie, Charites tribuere decorem,
Quam Pallas cunctis artibus erudiit.
Nondum bis denos aetas mea viderat annos,
Injecere manus invida fata mihi.
Nec pro me queror hoc: morte est mihi tristior ipsa
Moeror Atimeti conjugis ille mei.

ATIMETUS.

Si pensare animas sinerent crudelia fata,
Et posset redimi morte aliena salus;
Quantulacunque meae debentur tempora vitae,
Pensassem pro te, cara Homonoea, libens.
At nunc quod possum, fugiam, lucemque Deosque,
Ut te matura per Styga morte sequar.

HOMONOEA.

Parce tuam, conjux, fletu quassare juventam,
Fataque moerendo sollicitare mea.
Nil prosunt lacrimae, nec possunt fata moveri:
Viximus, hic omnes exitus unus habet.
Parce, ita non unquam similem experiare dolorem,
Et faveant votis numina cuncta tuis.
Quodque meae eripuit mors immatura juventae,
Id tibi victuro proroget ulterius.

ATIMETUS.

Sit tibi terra levis, mulier, dignissima vita,
Quaeque tuis olim perfruerere bonis.

— V. 1. Σειρήνων. Cf. not. ad Ep. DCCXVIII. 1. — V. 2. Θείνατε. In conviviis et comporationibus aureâ Ve-

nere magis erat aurea i. e. jucunda et dulcis. καὶ θιάσοις αὐτῆς emendandum ſuſpicabatur *Barthius* ad Zachar. Mitylen. p. 266. cui recte obloquitur *Burmannus*. — V. 3. ΦΑΙΔΡΗ nonnulli pro ΦΑΙΔΡΗ. et χελειδονος. *Heinſius* ex veteri *Moroni* codice notaverat: ἡ λαλιὴ φαδροτέρη χελειδονίς. Poſterius hoc plures dederunt. χελειδὼν emendabat *Barthius* pro χελειδονος. De voce hirundinea, in laudem commemorata, paſſim monuimus. Adde cl. *Huſchke*, qui et noſtrum Epigramma excitavit, in Anal. crit. p. 6. — V. 4. λειπομένη δάκρυα. Marmor. In Sched. *Moroni* λειπουσα δάκρεια. — V. 5. τὸ πέλεν ἀσπασίη ῥέης. *Moron.* ασπασιν nonnulli. — V. 4. δαίμων ἐσκέδασεν ἀκροϊδής. *Pithoeus* vitioſe. Alii δαίμονα κροϊδής. de quo errore monuit *Leichius* in Nov. Miſc. Lipſ. I. p. 490. *Archias* Ep. XXXI. ἀκροϊδὴς Κηρῶν λάτρις Μόρος. — ἐσκέδασεν. *Sophocl.* Oed. Colon. 646. ἐν αἷς τὰ νῦν ξύμφωνα δεξιώματα Δίρκη διασκεδῶσιν ἐκ σμικροῦ λόγου. — Ex hoc Epigrammate conflata ficticia Inſcriptio, quae Calderii in agro Veronenſi extitiſſe dicitur, et legitur ap. *Urſinum* in Inſcr. Veron. p. 229. *Sponium* in Miſc. p. 203. *Reineſium* p. 696. et alios:

QUAE MULTUM SIRENARUM CANTU DULCIOR
ET QUOAD BACCHUM IN SODALITIIS MAGIS
AUREA VENERE QUAE ELOQUIO CLARIOR
HIRUNDINE ET QUAE AD IUNONIS FONTES
CAELESTIA SOLATIA CAPIEBAT
HIC TURPILIA IACET BISIO LINQUENS LACRIMAS
CUI FUERAT SOLATIUM A PUERITIA
ILLAM (ſic *Burm.*)

AUTEM TANTAM DAEMON (*Burm.* Vulgo *Demum*) INOPINATE.
DISIUNXIT AMICITIAM.

DCCXXXIII. „E Lapide, quem Roma huc attulit Vir celeberrimus Jo. Daniel Schöpflinus, in cujus Muſeo viſitur. Epigramma primus edidit et illuſtravit *Hagenbuch.* in Epiſt. Epigr. p. 257." *Br.* Ex *Hagenbuchio* in Anthologiam ſuam hanc Inſcriptionem transtulit *Bonada* T. II. p. 319. Alterum diſtichon conflatum ex Epigr. *Platonis* XXI.

ἀντὶρ πρὶν μὲν ἔλαμπες ἐνὶ ζωοῖσιν ἐοῦος,
νῦν δὲ θανὼν λάμπεις ἔσπερος ἐν φθιμένοις.

¶. 311.] *DCCXXXIV.* Legitur apud *Gruterum* p. 1036. Latinis verſibus reddidit *Scipio Maffei* de Graecorum Siglis p. 110. et in Arte crit. Lapid. p. 115. Idem Epigr. cum *Grotii* interpretatione repetivit *Burmannus* in Anth. Lat. T. II. p. 221. — V. 2. πρὸς θαλάμους Φερσεφόνας. ut ejus παίγνιον ſcilicet et ἄθυρμα. Cf. not. ad Ep. DCLIX. — Proſerpinae θάλαμοι ſunt ap. *Sappho.* Ep. III. *Simonides* Ep. CIII. Ep. ap. *Fabrettum* p. 189.

Annus erat vitae primus, mox deinde ſecuti
Liminibus rapuit me ſibi Perſephone.

— V. 3. αμπαλα γαρ. *Grut.* manifeſto errore. λαμπάδα. *Maffei.* Reſpicitur ad λαμπαδηδρομίαν in Panathenaeis, ubi pueri brevibus intervallis diſpoſiti, accenſam facem ſibi invicem tradebant. Ex veterum locis, quae hoc certamen commemorant, apparet, plura ejus inſtituendi fuiſſe genera, quae nunc diſertius explicare nihil attinet. Veterum loca dedit *Potterus* ad *Lycophronem*

v. 734. p. 158. Ad noſtrum locum recte intelligendum ſuffecerit monuiſſe, brevius fuiſſe curriculum, quod λαμπαδηδρόμοις percurrendum erat, unde h. l. ad brevem pueri, anno decimo ſeptimo exſtincti, aetatem ſignificandam facit. Cf. inprimis *Alcaeum Meſſen.* Ep. I. et quae ibi notavimus T. I. P. II. p. 345. Ad brevitatem ſimul vitae et ad hominum ſibi celeriter quaſi ſuccedentium vices ſignificandas eadem imagine utitur *Lucretius* L. II. 74. *ſic rerum ſumma novatur Semper, et inter ſe mortales mutua vivunt: Augeſcunt aliae gentes, aliae minuuntur; Inque brevi ſpatio mutantur ſecla animantum, Et quaſi curſores vitai lampada tradunt.* — V. 4. τὸν δὲ μακρόν. Longum illum curſum, quem ii conficiunt, qui ad ſenectutis perveniunt metam, non propoſuit. — V. 5. ἐφήβει θαλλῶν. *Grut.* ſyllaba omiſſa, quam reſtituit *Dorvillius* in Vanno Crit. p. 174. et *Maſſeus. Suidas*: ἐφήβεια. νεότης. ἡ ἀκμὴ τῆς ἡλικίας. — V. 6. σελίειν Μουσῶν. literis elegantioribus imbutus erat. σελίδες pro *carminibus* dixit *Poſidipp.* Ep. XX. *Antip. Theſſal.* Ep. XXIII. XXV. — V. 7. ἀλλὰ πάτερ. Similis color in Inſcr. ap. *Chandlerum* p LII. nr. 18.

ὦ γονέες, τί μάτην κενεῷ ΠΡΟΣΨΥΧΕΤΕ τύμβῳ;
Μοιρῶν γὰρ κλωστῆρι τέλος βιότοιο τέτυκται.

In his ſi verum eſt προσψύχετε, ſic accipiendum eſt, quaſi poeta dixiſſet, τί μάτην ἐντετήκατε τούτῳ τῷ κενῷ καὶ ψυχρῷ τύμβῳ; Sed vide, an fuerit κενεὸν περιψύχετε τύμβον. *Alciphron* L. I. Ep. XXXIX. σὺ δὲ ἡμῖν μόνη τὸν Ἄδωνιν περιέψυχες. et in fine: τὸν σὸν Ἄδωνιν, ὃν νῦν περιψύχεις. — V. 8. ἐπέκραν dorice pro ἐπέκρηνε. Melius, meo judicio, eſſet ἐπέκλωσε, verbo de Parcis adhiberi ſolito. « *Br.* Neſcio, quid in hoc verbo tantopere offenderit cl. editorem. ἐπικραίνειν, ſicut ἐπικρίνειν, non ſolum eſt *perficere, ad finem perducere*, verum etiam *deſtinare*: Parcarum

juſſa hunc mihi vitae deſtinaverunt exitum. Hoc ſenſu *Euripid.* Suppl. v. 139. τί δ' εἶπ' Ἀπόλλων, παρθένοις κραίνων γάμον; *Pindar.* Pyth. IX. 117. ὡς ἄρ' εἰπὼν ἔντυεν Τερπνὰν γάμου κραίνειν τελευτάν· i. e. *finem conjugii ſibi parare.* Idem Ol. VI. 137. κεῖνος σὺν βαρυγδούπῳ πατρὶ Κραίνει σίθεν εὐτυχίαν. *Aeſchyl.* Suppl. v. 624. Ζεὺς δ' ἐπέκρανεν τέλος. — εἴς με i. e. ἐμοί.

DCCXXXV. Habetur in *Pauli Lucae* Itiner. T. I. p. 152. *Pocock* Inſcr. Antiqu. p. 24. in Append. Praefationis *Heſſelii* nr. 73. *Murator.* p. 608. Repetivit *Toup.* in Cur. nov. p. 243. In Democlem quendam, Democlis filium, ſenem integerrimum, cui filius cum conjuge monimentum ſepulcrale poſuit. — V. 2. τέρματ' ἔχοντα. qui ad vitae finem pervenit. οἱ τέλος ἔχοντες ſunt defuncti ap. *Plutarchum* T. II. p. 382. E. ὅπου τὰ σώματα κρύπτεται τῶν τέλος ἔχειν δοκούντων. Hoc non minus aptum, quam ἔρχεσθαι, ἰκέσθαι ἐπὶ τὸ τέρμα, quod hic deſiderabat *G. Wakefield* in Sylva crit. T. III. p. 67. τέρμαθ' ἱκόντα corrigens. Plane ut noſter *Archeſtratus* de praeſtantiſſimo thynnorum genere ap. *Athenaeum* L. VII. p. 302. A. πολὺ δὴ πολὺ πάντων Ἐνταῦθ' εἰσὶν ἄριστοι, ἔχουσι δὲ τέρματα νίκης. — V. 3. μυχίαιο. *Pocock.* νυχίοιο. *Heſſel. Lucas*, ap. quem totum vitiis ſcatet ex chalcographi imperitia ortis, ΑΙΔΕΩΝΤΧΙΟΙΟ. *Euripid.* Heracl. 219. Ἀιδου δ' ἀρεμνῶν ἐξανήγαγεν μυχῶν Πατέρα σόν. Hercul. Fur. 607. ἀνελθὼν ἐξ ἀνηλίων μυχῶν Ἀιδου κόρης ἔνερθεν. Cf. *Markland.* ad Suppl. p. 153. — Ἀΐδην noſtro loco, ut et in aliis, de ſepulcro interpretatur cl. *Huſchke*, qui inprimis conſulendus, Anal. crit. p. 126. ſq. — V. 4. εὐσεβέων σφιν συνασυνασεν. vitioſe *Pocock.* εὐσεβειαῖσθσιν *Luc.* — κλισίη et εὐνὴ aeterni ſomni locus per euphemismum. — V. 5. τρηχηαν *Heſſ. Luc.* τρηχηναια ταυτεν. *Poc.* — V. 6. εὐνιτιδι. *Poc.* τευεευνιευνετιλι. *Luc.* — V. 7. »In lapide eſt ἀείσας, quod optimum et verum eſt. χαίρειν ἐᾷν ſpernentis eſt. ἀεῖδειν χαίρειν eſt ſupremum illud VA-

LE mortuis inclamari ſolitum alta voce ciere. «*Br.* Formulam χαίρειν ἐᾶν, pro quo verbo etiam λέγειν adhibebant et κελεύειν, illuſtravit *Valckenar.* ad Hippol. p. 178. B. et ad *Herodotum* p. 712. Quamvis Toupiana lectio non probanda, fatendum tamen, ἐείσας in hac re paulo inſolentius dictum eſſe. Hoc nomine ſe commendat conjectura *Gilberti Wakefield.* l. c. ξεῖνε, σὺ δ' ἔᾳ' εἶπας — χαίρειν. *Meleager* Ep. CXXVII. ἀλλά με τὸν λάλιον καὶ πρεσβύτην σὺ πρόσειπὼν χαίρειν. *Leonidas Alex.* Ep. XXXIX. μήτ' ἐμὲ χαίρειν εἰπών. *Hegeſippus* Ep. VIII. ἀλλὰ πάρελθε, ὀλιγώζειν εἶπας πελλά. *Callimach.* Ep. XXXIX. μὴ χαίρειν εἴπῃς με — V. 8. Δημοκλέα. *Luc.* ἀβλαβές. Paſſim defuncti iis, qui praetereundo ipſos ſalutent, precantur, ut viam ſine offenſa perficiant.

DCCXXXVI. Apud Gruterum p. 1035. nr. 12. Scriptum in juvenem, artis oratoriae ſtudioſum, qui, eum in Lesbo inſula morbo periiſſet, a fratre Epheſum transvectus ibique ſepultus eſt. — V. 4. κευκέτι ἐς, *Gruter.* — V. 5. Si vera eſſet vulgata lectio, frater putandus eſſet fratris reliquias parentibus domum avehendas tradidiſſe. At verba καμὼν μάλα πολλὰ ſatis docent, illum, quidquid hujus eſſet laboris, ipſum ſuscepiſſe. Quare recte *Brunckius* in Lectt. emendavit φέρων. — V. 7. οὐκ Αχ. *Grut.* Senſus ut in Ep. Anthol. Lat. T. II. p. 36. XLVIII.

Nunc etenim vivis: nunc et felicius aevum
Ducis, ab humana conditione procul.
Nunc et in excelſa coeli regione locatus
Cum Superis nectar paſcis et ambroſiam.

Parcae Bacchum de Ampeli morte conſolantes ap. *Nonnum* Dionyſ. XII. p. 334. Ζώει τοι, Διόνυσε, τεὸς νέος· εὖδε περήσει Πικρὸν ὕδωρ Ἀχέροντος· ἀκαμπέα δ', ἐῦρε τελέσσαι Σὸς γόος ἀτρέπτου παλινάγρετα νήματα Μοίρης.

¶. 312.] *DCCXXXVII.* „Apud Gruterum p. 703. Gorium T. II. p. 119. Epitaphium eſt puellae octennis, quod vir cl. Anton. Maria Salvini latinis verſibus eleganter expreſſit, quos hìc, ſublata, quae in penultimum typothetae incuria irrepſit, menda ſubjungam:

Mortua non es, PRIMA, loca in meliora migraſti:
Teque beatorum dapibus tenet inſula feſtis.
Elyſia exultans paſſim per plana vagaris
Mollibus in pratis: cura et procul exulat omnis.
Non te laedit hyems, aeſtus, non denique morbus;
Non ſitis atque fames cepit, vitaeque prioris
Te deſiderium tenet. Inculpabile namque
Aevum agitas felix, nitidaque in luce refulges,
Proxima qua ſedes clarum contingis Olympum.“

Br. Vita editionis *Gruteri* ſuſtulit *Joſ. Scaliger* in Corrigend. p. CCCXII. Legitur ap. *Murator.* p. 1126. *Fleetwood.* p. 251. 3. *Bonad.* T. II. p. 321. Commentario eam inſtruxit Baro *de la Baſtie dans les Mémoires des Inſcr.* T. XXIII. (ed. *Pancouck.*) p. 272. ſqq. — V. 1. οὐκ ἔθανες. Anthol. Lat. T. II. p. 116. CLIX. *Functa jaces hic, ſed vivis, vivesque Secundo, Laelia, tuo, debent nec benefacta mori.* Cf. not. ad Ep. 715. — ἀμέμονα. *Grut. Gor.* — V. 2. θαλίῃ ἐνὶ πολλῇ. *Homer.* ιλ. ι. 143. — V. 3. κατ' Ἠλυσίων πεδίων. Magnilla in Anth. Lat. T. II. p. 78. *Sedes inſontem Magnillam ducite veſtras, Per nemora et campos protinus Elyſios. Ibid.* p. 87. *mens aeterna profecto Pro meritis potitur ſedibus Elyſiis.* Comparari meretur cum hac Elyſiorum camporum deſcriptione locus *Plutarchi* ap. *Stobae.* Tit. CXIX. p. 602. 40. ἐκ δὲ τούτου φῶς τι θαυμάσιον ἀκτίνησιν ἡ τόποι καθαροὶ καὶ λειμῶνες ἐδέξαντο, φωνὰς καὶ χορείας καὶ συμπο-

τητας ἀκουσμάτων ἱερῶν καὶ φαντασμάτων ἁγίων ἔχοντας. — V. 4. κακῶν. *Heſiodus* in aurea aetatis deſcriptione, E. καὶ H. v. 115. τέρπονθ' ἁλίῃσι, κακῶν ἔκτοσθεν ἁπάντων. — V. 5. ΑΥΚΕΙΣΟΥΚΑΥΜΑΟΥ ΝΟΤΕΟΣ ΕΝΟΧΑΕΙ. *Grut. Gor.* — V. 6. ουκινησουχεις αλλουδο. *Grut.* οὐ πινης ου δἰψος εχεις ζωεις γαρ αμεμπτως αυγαις καθαρσιοιν ολ. πλ. ἔντος. *Murat.* mediis omiſſis. οὐ δίψος ſupplevit etiam *Gorius.* ΟΥ ΠΙΝΗΣ ΟΥ ΔΙΨΟΣ eſt in *Marmore*, teſte *de la Baſtie*, qui πινης pro verbo habens, vertit, *non eſuris.* πεινῇς etiam *Fleetw.* — *Aeſchines* in Axiocho 20. p. 114. ed. Cler. τὸν τῶν εὐσεβῶν χῶρον depingens: ἔνθα ἄφθονοι μὲν ὧραι παγκάρπου γῆς βρύουσι, πηγαὶ δὲ ὑδάτων καθαρῶν ῥέουσι, παντοῖοι δὲ λειμῶνες ἄνθεσι ποικίλοις ἐαρίζόμενοι — συμπόσιά τε εὐμελῆ, καὶ εἰλαπίναι αὐτοχορήγητοι, καὶ ἀκήρατος ἀλυπία, καὶ ἡδεῖα εἰαινὰ· οὔτε γὰρ χεῖμα σφοδρὸν, οὔτε θάλπος ἐγγίνεται, ἀλλ' εὔκρατος ἀὴρ χεῖται (an διαχεῖται?), ἁπαλαῖς ἡλίου ἀκτῖσιν ἀνακιρνάμενος. — V. 8. καθαρᾶις ἐν. *Grut.*

DCCXXXVIII. Deſcripſit *D. Bernard. de Montfaucon* in Jeſuitarum villa haud procul ab Eccleſ. S. Sabinae, quae Romae eſt, in Itiner. Diar. p. 164. *Muratur.* p. 628. *Bonada* T. II. p. 132. Illuſtravit *Hagenbuch.* in Epiſt. Epigr. p. 562. ſq. Scriptum in Eutonium, foecundae ſobolis auctorem. — V. 1. σοφίης. *Mont. Mur.* quod vitium ne *Hagenbuchium* quidem advertit. Vir *ſapientia praeſtans* eſt πρόσχυν σοφίῃ ἀνήρ. — εὐτεκνίης ἐρετμῆα. ductum fortaſſe ex *Euripidis* Troad. 135. ubi Priamus πεντήκοντ' ἐρετμὰ τέκνων vocatur. Imaginem ab honeſtiſſimo agriculturae ſtudio ad connubium traductam variis modis adhibuerunt veteres. Cf. *Barneſium* ad *Euripid.* Iphig. Taur. v. 3. *Gataker.* de ſtylo N. T. p. 70. *T. Hemſterh.* ad *Lucian.* T. I. p. 372. ed. Bip. — V. 2. ΠΟΜΟΙΣΙ. *Monteſ.* in contextu; in marg. ΠΡΟΜΟΙΣΙ, quod *Muratorius* arripuit. πολλοῖσι recte emendavit *Hagenb.* De προτέροισι cogitaverat *Kulenkamp.* in not. mſt. — V. 3. ὃν τὸν τρὶς ἀριστεύσαντα. Muratorius verſione

Montfauconiana, quam retinuit, ablatus ad Claſſ. IX. retulit, ac ſi τὸν τρὶς νικήσαντα *ter victorem* ludorum gymnicorum legeremus: quum tamen filii inſcripſerint, ſe, et amicos paternos ἐντίμους, laudibus celebraturos eſſe patrem τὸν τρὶς ἀριστεύσαντα i. e. τὸν μέλα vel πολλὸν vel ἔχ' ἄριστον, ut Homerus efferre ſolet. " Verba ſunt *Hagenbuchii.* — ἐντιμοισι. *Mur. Montf.* — V. 4. Εὐτυχίου corrigendum cenſebat *Kulenkamp.* in not. mſt. Nihil opus; filii nomen patris gerebant. — V. 5. ἀνακτήλαισι. *Mont. Mur.* Duplicem emendationem propoſuit *Hagenb.* πολλάκις ὑμνήσωμεν ταῖς στήλαισι γε. et eam, quam *Brunckius* recepit.

DCCXXXIX. Apud *Smetium* fol. CXXXI. verſo, *Gruterum* p. 665. *Fleetwood.* p. 226. 3. Inſcriptum fuit urnae depoſitoriae, quae cineres Sabinae cujusdam et ejus filiae, quae matrem brevi intervallo ſecuta fuerat, continebat. — V. 1. εἰκοσινξ. *Smet. Gr.* — V. 2. ἐννενδέκατον omnes, adſpiratione neglecta. — V. 4. δίκαμεν. Omnes. — Addita eſt huic Inſcriptioni alia latina in eodem monimento, quam *Burmannus* exhibet in Anthol. Lat. T. II. p. 50. Ep. LXX.

Hic jacet examinis tumulis Aelia Sabina,
Cum ſua nata ſimul, foetu quam procreat ipſa.
O fortuna, fidem quantam mutaſti maligne!
Quam genuit genetrix, ſecum tenet in lare Ditis.

DCCXL Apud *Gruterum* p. 1118. 8. *Muratorium* p. 1076. *Fleetwood.* p. 202. *Bonada* T. II. p. 542. In Atimetum, Agapomeni et Quintae filium, qui cum puer duodecim annorum Rhegio, ubi natus, Romam veniſſet, ibi mortuus eſt. — V. 1. *Muratorius*, corruptas ſchedas ſecutus, dedit: ΑΓΑΠΩΛΛΕΝΟΥ ΩΜΕΛΛΙΓ· ΕΙΣΑ. vertitque: *Filius ego fui Agapollinii: Omelligiſa Quinta* etc. in quem errorem ſecum abripuit *Bonadam.*

Veram tamen lectionem ap. *Gruterum* reperire haud difficile erat. — V. 2. τέκεν *Gr.* Etiam h. v. *Murator.* inquinatiſſimum dedit. δειρῳ. *Gruter.* — V. 3. ατειμητον. *Gr. Mur.* — V. 4. αγαπων. *Grut.* — V. 6. λιπον ταχεα. Omnes. Errorem correxit *Fleetwood.* et *Weſſelingius* ap. *Leichium* in Cur. Sec. p. 42. ubi ſimilia comparantur. Poſterior etiam γῆς με καλύπτει ἥδε βῶλος tentabat, citra neceſſitatem.

¶. 313.] *DCCXLI.* Apud *Fabrettum* p. 425. *Bonadam* T. II. p. 260. In Herophilum puerum, qui mature initiatus Bacchicis myſteriis, vix ſeptem annis peractis, obiit. — V. 1. ὤλισθεν εἰς Ἀιδου. ſenſim ad inferos delapſus. Similiter *Apollonid.* Ep. XII. νοῦσον ὅτ' ἐς ὑπάτην ὠλίσθανε. *Heliodor.* L. II. 15. p. 113. καὶ πρὸς ἡδὺ κῶμα διὰ τὸ ὑπερβάλλον τῆς λύπης ὠλίσθησαν. Idem verbum eidem ſcriptori reſtituendum eſſe ſuſpicor L. IV. 4. p. 217. ubi de Theagene, victoria reportata, ad Charicleam pergente: προσδραμὼν οὖν τῇ Χαρικλείᾳ, πολύς τε ἐξεπίτηδες, εἰς τὸ στέρνον ἐμπίπτει, τοῦ δρόμου δῆθεν τὴν ῥύμην οὐκ ἐνεγκών. Vitium orationis monſtrat copula τε poſt πολὺς penitus abundans, et ſenſus ipſe, cum abſurdum ſit, Theagenem, timidum amantem, ſe *toto impetu* in Charicleae pectus conjeciſſe. Lege, ſyllaba finali, quae hîc ut in innumeris locis periit, reſtituta: προσδραμὼν οὖν τῇ Χαρικλείᾳ, ὑπολισθών τε, εἰς τὸ στέρνον ἐμπίπτει. — V. 4. „*Fabrettus* ΕΠΤΑ ΜΟΝΟΥΣ ΛΥΚΑΒΑΝΔΑΣ ΔΙΩ ΚΑΙ ΜΗΝΑΣ ΕΖΗΣΑ. reclamante metro. Vera eſt doctiſſimi et rei antiquariae peritiſſimi Hagenbuchii obſervatio, Epiſt. ad Blaurer. p. 43. nil frequentius in ſaxis antiquis, quam ad quaeſtionem *Quamdiu* diverſos caſus in unam conferri orationem. Sic ſupra DCCXXV. ὀκτὼ μοῦνον ἔτη βεβιωκότα, μησὶ τε πέντε. ubi carminis auctori pronum fuiſſet ſcribere: πέντε τε μῆνας.“ *Br.* Vide notata ad Ep. DCCXV. — V. 5. ὧν τρεῖς ad μῆνας referendum videtur. Tribus menſibus ante mortem initiatus

puer. Notandus hic locus, ex quo intelligitur, pueros tenerrima aetate Bacchi myſteriis initiatos fuiſſe. In marmore, unde hoc Epigramma deſcriptum, conſpicitur, tradente *Fabretto* p. 428. K. L. pueri incompoſitis crinibus bacchantis et furore correpti effigies; tintinnabulum, quod *Fabrettus* etiam ad Bacchi cultum referebat; gramen, ſeptem internodiis diſtinctum; (niſi potius ſit ficuum ὄρμαθος, quem initiatos geſtaſſe conſtat ex *Ariſtoph.* Lyſ. 647. Cf. *Plutarch.* T. II. p. 527. D. et *Winkelm. Verſuch über die Allegorie.* p. 119.) hederacea denique corona eaque diſſoluta. — βάζων ἔργια. Accipi poteſt de formulis ſolemnibus, quas initiati repetebant; niſi forte pueris partes erant peculiares in initiis, ut *Iacchi* in Myſteriis Cereris, qui ſi forte hymnos canebant precesque recitabant, verba ἔργια βάζων ad hoc officium referri poterit. — V. 7. „οὐκ ἐγενήθην. cum interpretationem non abſurdam admittat, ſervavi; mallem tamen ὧν τ' ἐγενήθην.“ *Br.* οὔ τ' ἐγενήθην ſuſpicabatur *Kulenkamp.* in not. mſt. Verbis οὐκ ἐγενήθην myſticum quendam fuiſſe ſenſum, profanis non apertum, vehementer ſuſpicor. Similis eſt Inſcriptio in Epitaphio Nicomedis ap. *Muratorium* T. II. p. 967. nr. 1. et *Gorium* T. III. p. 127. ἔστις οὐκ ἤμην, οὐκ ἐγενόμην, οὐκ εἰμὶ καὶ οὐ λυποῦμαι. Cf. not. ad *Nicomed.* Ep. X. T. II. P. III. p. 133. *Auſonius* in Epitaph. Heroum XXXVIII.

Non nomen, non quo genitus, non unde, quid egi.
Mutus in aeternum ſum, cinis, oſſa, nihil
Non ſum, nec fueram: genitus tamen e nihilo ſum.
Mitte, nec exprobres ſingula, talis eris.

DCCXLII. Apud *Gruterum* p. 683. *Fleetwood.* p. 240. Vide *Scaligerum* in Catal. Virgilii p. 242. In Flavianum, Dori filium, Myrina oriundum. — V. 1. ἥρωϊ. Sic defuncti non ſemel. *Alciphron* L. III. 37. T. II. p.

114. ed. *Wagn.* ἐπεὶ γὰρ τὸν μακαρίτην ἀπέβαλον Φαιδρίαν, οὐκ ἐπαύσατό μοι πράγματα παρέχων καὶ γαμησείων· ἐγὼ δὲ ἀνηνάμην, ἅμα μὲν τὰ νεογνὰ παιδία κατοικτείρουσα, ἅμα δὲ τὸν ἔρωτα Φαιδρίαν ἐν ὀφθαλμοῖς τιθεμένη. Vide inprimis *Burmann.* in Anth. Lat. T. II. p. 14. et quae nuperrime collegit cl. *Villoiſon* in *Magazin Enc.* an. VII. 2. 8. p. 477. ſqq. — V. 2. Ἀργολίδος. *Gruter.* quod expreſſit *Grotius* T. III. p. 407. *Quem fatum Argolica patria procul urbe Myrina Virtuti eripuit.* — „Μυρίνης. Sic in lapide, meo judicio, recte. Hinc confirmatur Codicum ſcriptura, in quibus nomen Aeolicae hujus urbis, et alterius cognominis in Lemno inſula unico ſemper ν ſcriptum. In Apollonii Argonaut. I. 604. tres regii codices Μυρίνης, ut editum eſt; minus bene ap. Homerum Ιλ. β. 814. Μυρίννης." *Br.* Aeolidis urbes recenſens *Strabo* XIII. p. 923. B. Μυρίνα ἐν ἑξήκοντα σταδίοις Αἰολὶς πόλις ἔχουσα λιμένα. Cf. *Mannert. Geographie der Griechen u. Römer.* T. VI. 3. p. 394. ſq. — V. 4. οὖνιν. Flaviano exſtincto ejus patria praeſtantiſſimo Muſarum antiſtite orbata eſt; Muſae apud illos conticuerunt.

DCCXLIII. Edidit *Jul. Caeſ. Capacius* L. I. Hiſt. Neap. c. VII. unde id repetivit *Reineſius* p. 824. *Gorius* in Inſcr. T. II. p. 43. *Fleetwood.* p. 238. *Bonada* T. II. p. 394. „Duo ſunt in lapide Epigrammata, quae diſtinxi. Diu poſt excuſum hoc folium incidi forte in locum doctiſſimae Euripideae Diatribes, qui mihi e memoria exciderat, ubi vir praeſtantiſſimus carmina haec protulit p. 236. aliter de his ſentiens, diſtichon nimirum abeſſe, licet qui primi lapidem deſcripſerunt, fracturae mentionem non fecerint." *Br.* — V. 1. „male inciſum ταὶδ pro ταιδ." *Br.* τάνδε Κλεοπάτρας non offendit *Reineſius* et *Valckenarius*; nec corrigendi neceſſitatem video, cum veriſimile ſit, Cleopatrae imaginem cippo fuiſſe impoſitam: Siſte gradum, viator, et hanc, quam vides, Cleopatrae imaginem contemplare! — Vulgo

vitiose ΕΠΙΣΤΑΜΑΙ, quod correxit *Reinesius* et *Salvin.* — V. 2. φθόνος. Fati invidia, non longaevitate abreptam. Cf. Ep. DCCXXV. — V. 3. Α ΠΡ. *Marm.* Male *Salvin.* ἂν ſuſpicabatur. μορφᾶς. Cf. *Meleagri* Ep. LXXXIX. Simillima ſunt haec in Epitaphio *Homonoeae*:

Cui formam Paphie, Charites tribuere decorem,
Quam Pallas cunctis artibus erudiit.

— V. 5. Μοῦσα δὲ καὶ σοφίαν. *Quum tibi praecipue Phoebus ſua carmina donet, Aoniamve libens Calliopea lyram. Propert.* L. I. El. II. 27. quem locum cum ſimilibus ad noſtrum Epigr. comparavit *Burmann.* Anth. Lat. T. II. p. 112. et *Mitſcherl.* ad *Horat.* I. Odar. I. 33. p. 19. — V. 6. συμφωνίαν ε. μιξαμένα. *Rein.* qui vertit: *et tibiam valde optatam Symphoniae optatis miſcens cantibus.* „ΜΕΙΞΑΜΕΝΑ, quod ſervavit cl. Valckenaer, audacius, ſed optimo ſenſu, mutavi in μιγέμεναι. Scribendum μιξαμένα, quod refertur ad ᾄ 3. verſus.“ *Br.* συμφώνως *Valcken.* — V. 7. „In Lapide ΚΑΙ ΓΝΟΥΣ ΩΣ ΘΑΝΑΤΟΙΟ ΟΥΔΕΝ ΓΑΤΚΕΡΩΤΕΡΟΝ ΑΤΤΑΣ. Reineſio et Gorio viſum eſt pro θανάτοιο ſcribendum eſſe βιότοιο, quos ſecutus ſum transpoſitione duarum vocum rotundiore reddito verſu] [in Anal. editum: καὶ γνοὺς ὡς οὐδὲν βιότου γλυκερώτερον αὐγᾶς]. Imperitus quadratarius, cui, dum ſepulcrale carmen incidebat, mortis obverſabatur cogitatio, facile potuit has voces permutare. At probabilior eſt cl. *Valckenarii* emendatio: καὶ γνοὺς ὡς θνατοῖς οὐδέν. . . . . “ *Br. Eurip.* Iph. in Aul. v. 1218. ἡδὺ γὰρ τὸ φῶς βλέπειν. et v. 1250. τὸ φῶς γὰρ ἀνθρώποισιν ἥδιστον βλέπειν. Similia collegit Vir Summus in Diatr. p. 140. — V. 8. „in Lapide κάλον τείνας οὖρον εὐφροσύνας. Nihil manifeſtius, quam ſcribendum eſſe οὔρῳ εὐφροσύνᾳ.“ *Br.* κάλων τείνας emendabat *Reineſius*; *Valckenarius* p. 233. κάλων τείνας οὖρον εὐφροσύνᾳ. *Atque, ubi cognoveris, nihil*

hac luce dulcius esse mortalibus, vive, cursu secundo plenisque velis veram animi voluptatem persecutus. Qui vento secundo velisque adeo plenissimis navigabant, πάντα κάλων τείναντες, *omni funa contento* navigabant. Monuit praeterea *Valckenarius*, doctum Epigrammatis scriptorem contractam adhibuisse locutionem: κάλων τείναις οὖρίαν εὐφροσύνᾳ idem significare, ac si dixisset: κάλων τείναις, οὐρίᾳ ἑφεὶς εὐφροσύνᾳ. sive potius: κάλων τείναις, οὐρίῳ δρόμῳ, ἑφεὶς ἑαυτὸν εὐφροσύνᾳ, *ut fune contento cursuque usus intelligatur secundo, qui totum se dat honestae voluptati.* Idem suspicabatur, Epigrammatis auctorem in animo habuisse verba *Platonis* in Protagora T. I. p. 338. A. ubi verba facturis auctor est Hippias, Socrati quidem, ἐφεῖναι καὶ χαλάσαι τὰς ἡνίας τοῖς λόγοις, contra Protagorae, μὴ πάντα κάλων ἐντείναντα, οὐρίᾳ ἑφέντα, φεύγειν εἰς τὸ πέλαγος τῶν λόγων. Caeterum hoc distichon comparavit *Heynius* ad *Tibullum* L. I. El. V. 75. *utere, quaeso, Dum licet; in liquida nat tibi linter aqua.* — V. 11. ζωοῖσι μέτεστι. *Virgil.* XII. Aen. 234. *Ille quidem ad superos, quorum se devovet arte, Succedet fama vivusque per ora feretur.* Ep. *Palladii* in Ciceronem, Anthol. Lat. L. II. CLXI. p. 344. *Ac ne quid Fortuna viro nocuisse putetur, Vivus in aeternum docta per ora volat.*

¶. 314.] *DCCXLIV.* Ap. *Muratorium* p. 658. *Gorium* T. II. p. 174. *Bonadam* T. II. p. 401. Scriptum in pantomimum, artis peritissimum. — V. 1. ἱστορίας δείξας. fabulas in scena exhibens. *Lucillius* Ep. LXXXII. in pantomimum ineptum: πάντα καθ' ἱστορίην ἐρχούμενος. et in fine: τοῦτο παρ' ἱστορίην. — χειρῶν. *Gor. Mur.* χειρὶ λαλεῖν dicuntur pantomimi. Vide not. ad *Antip. Thess.* Ep. XXVII. T. II. P. I. p. 309. — V. 2. ευπειρος. *Mur.* — V. 3. συνπασχων κεινοισιν κεινειτο πρ. *Mur.* „In Lapide ΚΕΙΝΟΙΣ ΠΕΡ . . . . ΚΕΙΝΕΙΤΟ — aliquot erasis literis. Salvinius κεινοις interpretatur κενοῖς, *vanis*, *inanibus personis*, et hiatum explet, περὶ μὲν κενεῖτο. Sed

in verſu ſic ſcripto συμπάσχων κεινοῖς περὶ μὲν κινεῖτο προσώποις aut nullum, aut peſſimum ſenſum video, et phraſin minime graecam; nam συμπάσχων non habet, quo referatur, et μὲν inutile eſt. συμπάσχων κείνοισιν ἤθεων κινεῖτο προσώποις, *affectus heroum illorum ſumens, quorum ſub perſonis ſaltabas.* De pantomimo enim ibi agitur. " *Br.* De Vitali Mimo Ep. in Anth. Lat. T. II. p. 18. XX.

Motibus ac dictis, tragica quoque voce placebam,
Exhilarans variis triſtia corda modis.
Fingebam vultus, habitus ac verba loquentum,
Ut plures uno crederes ore loqui.
Ipſa etiam quam noſtra oculis geminabat imago,
Horruit in vultus ſe magis iſſe meos.
O quoties imitata meo ſe femina geſtu
Vidit, et erubuit, tosaque mota fuit.
Ergo quos in noſtro videantur corpora formae,
Tot mecum raptas abſtulit atra dies.

— V. 4. πολυδέξιο. *Mur.* vitioſe. Quo ſenſu auctor διδαχὰς πολυδόξους acceperit, mihi non conſtat. Malim tamen de eruditione et arte accipere, quam ille in ſcena exhibens laudem apud omnes adeptus eſt. Eodem referenda ἡ θαλερὴ παιδεία, cujus laudem reliquiſſe v. 5. dicitur. — παιδιᾶς ἐννομίαν λιπὰς. *Gor. Mur.* — V. 6. κεῖτο δὲ γηρᾳ βεβαρηνος. *Gor. Mur.* — οὐκ ἔθανεν. non mortuus eſt, arte ejus diſcipulorum, quos reliquit, praeſtantia adhuc durante. — V. 7. „In Lapide σὺγχόφοιο, contra metrum; male Salvinius σὺφυχόφοιο, quod epitheton ſubſtantivo τέχνη non convenit. ἠύχορος ut ἠύνομος, et multa alia nomina cum εὖ compoſita, in quibus poëtae ob metrum ε in η mutant." *Br.*

DCCXLV. „E Muratorii Theſauro p. 1437. ubi admodum corrupte legitur. Mendas, quas ſuſtuli, referre piget.“ *Br.* Habetur etiam ap. *Gregor. Piacentinum* de Siglis Veterum Graecorum (Romae 1757.) p. 105. cujus errores perſequitur Vir eruditiſſimus *Villoiſon dans le Magaſin Encyclop.* an VII. T. II. nr. 8. p. 502. *Brunckium* hanc Inſcriptionem edidiſſe, tum, ut videtur, non recordatus. — V. 1. σε ὁ et Ἀθηναῖος. *Mur. Piac.* — V. 3. πως αν δε θνητεκει. *Mur.* δ' ἔθνητεκες. *Piac.* — V. 5. γενναια σου και χ. *Mur. Piac.* Hanc lectionem tuetur *Villoiſon* vertens: *egregia, generoſa tua ſunt dicta.* Conf. *Eurip.* Iphig. Aul. 1402. τὸ μὲν σὸν, ὦ ναῦται, γενναίως ἔχει. et v. 1423. γενναῖα γὰρ φρονεῖς. *Heliodor.* L. VII. 5. T. II. p. 140. γενναίου τὰ ῥήματα, καὶ γνωρίζοντος εὖ τὴν φύσιν. *Sophocl.* Oed. Col. 596. Θησεῦ, τὸ σὸν γενναῖον ἐν σμικρῷ λόγῳ Παρῆκεν. Senſus ſic quidem optimus, ſed verba non ſatis reſpondent. Primum enim ſic καὶ male abundat, deinde dicendum erat, ni fallor, γενναῖα τὰ σά, γενναῖα λέγεις, vel tale quid. Si marmoris pateretur auctoritas, legerem

γενναῖα ΦΩΝΕΙΣ' χαῖρε.

Verba καὶ σύ γ' ὦ ξ. *Piacentinus* in καὶ σ' ὑγιοῦ mutanda cenſebat; peſſime ſane. — V. 6. σοὶ γὰρ χαρᾶς μέτεστι. Reſpicitur, quod *Viſconſius* monuit, ambigua vis verbi χαῖρε. Sic ap. *Theocrit.* Eid. XXII. 54. cum Pollux dixiſſet: χαῖρε, ξεῖν', ὅστ' ἐσσὶ, τίνες βροτοὶ, ὧν ὅδε χθὼς; reſpondet Amycus: χαίρω πᾶς, ὅτε γ' ἀνδρὰς ὁρῶ, τοὺς μήτε' ὄπωπα. Ap. *Euripid.* Hec. 426. Polyxena ad inferos abitura: χαῖρ', ὦ τεκοῦσα, χαῖρε Κασσανδρά τ' ἐμοί. ad quae Hecuba: χαίρουσιν ἄλλοι, μυτρὶ δ' οὐκ ἔστιν χαρά. — Ap. *Muratorium* hic verſus ſic exhibetur: σοὶ γὰρ μέτεστιν χαρᾶς ἡμῖν ἁλις. ap. *Piacent.* σοὶ γὰρ μέτεστιν ἔτι χαρᾶς ἡμῖν δ' ἅλις. In poſtremis verbis vir magnus, *Weſ-*

felingius ap. *Leichium* in Cur. Sec. p. 42. tentabat ἡμῖν δ' ἄλυες. *tibi gaudii adhuc copia eſt, mihi nil niſi moeror ſuppetit*; omnino male et contra auctoris mentem. Verum eſt procul dubio:

Σοὶ γὰρ μέτεστιν ἔτι χαρᾶς, ἡμῖν δ' ἅλις.

quod vertit cl. *Villoiſon*: *Réjouis-toi toi-même, o étranger. Puisque tu es vivant, tu as encore des droits à la joie, tu peux encore y prétendre; elle n'exiſte plus pour moi. C'en eſt fait; j'en ai aſſez joui.*

DCCXLVI. Primus edidit *Sirmond.* ad Ennod. L. VIII. Ep. 42. *Reineſius* p. 821. *Muratorius* p. 1642. *Fleetwood.* p. 256. *Bonada* T. II. p. 521. — Similia ſunt haec *Agathiae* Ep. LXXXI.

τὸν θάνατον τί φοβεῖσθε, τὸν ἡσυχίης γενετῆρα,
τὸν παύοντα νόσους καὶ πενίης ὀδύνας;

V. 1. γλυκερῳσι ες μ. *Murat.* γλυκερώτερε. reliqui, quod deſcriptorum eſſe videtur peccatum, qui o pro ε habebant, eraſam eſſe proximam literam non animadvertentes. — V. 2. νούσων καὶ καμάτων. Haec cum ſimilibus conjungit Epigramma depravatiſſimum in *Sponii* Miſc. erud. antiqu. p. 374. ſi recte emendavimus:

νούσων καὶ καμάτοις καὶ ἄχθεος ἠδὲ πόνοιο,
ταῦτα γὰρ ἐν ζωοῖσιν ἀμείλιχα θᾶκον ἔχουσι.

Vulgo ν. αραμαιοιο et ſq. verſu ἀμειλιχασινκες εχουσι. Primi verſus hujus Inſcriptionis fortaſſe ſic reſtituendi ſunt:

Κοῦρος ἐκικλείω σε θεῶν φίλος οὐκ ἔτι θνητός·
ἦλθες, Κούρωσιν ὁμηλικίῃ πανδήμοις
πλωτήρων σωτῆρσιν, Ἀμυκλαίοισι θεοῖσι.

Haec apud *Sponium* ſic exhibentur:

ΚΟΙΡΟΣ ΕΠΙΚΛΕΩ ΣΕ ΘΕΩΦΙΛΟΣ ΟΥΚΕΤΙ ΘΝΗΤΟΣ
ΗΙ ΘΕΟΣ ΚΟΙΡΟΙΣΙΝ ΟΜΗΛΙΚΙ Η ΠΑΝΟΜΟΙΟΣ
ΠΑΩΤΗΡΩΝ ΣΩΤΗΡΣΙΝ ΑΜΥΚΛΑΙΘΟΙΣΙ Σ . . ΟΙ . . Ν.

Primo verſu *viatorem* appellat puer, qui tenera aetate, Dioscuris ſimilis, obierat. V. 2. in primis literis facile ſe offerebat ἡμίθεος.

DCCXLVII. Ex marmoribus Oxonienſibus p. 109, ubi Hermae inſcripta leguntur haec: Ψηφισαμένης τῆς ἐξ Ἀρείου Πάγου βουλῆς τὸν υἱὸν τοῦ κοσμήτου Αὐρ. Ἀφφιάνου Χρήστον Μαραθώνιον οἱ περὶ τὸ Διογένειον συνάρχοντες, ἀρετῆς ἕνεκεν. Ad hanc inſcriptionem ſpectat v. 1. Epigrammatis, quod inferius legitur. Chreſtus Marathonius, Abbiani filius, in pompa ſolemni (ſic enim κῶμος ἡμίθεος explicandus videtur) exſtinctus fuerat, frigore tactus, quod laena ſe munire neglexerat. De *laenae* uſu ad frigus ventumque arcendum vide *Ferrar.* de Re Veſt. II. 1. c. X. p. 20. — Caeterum dubites, comma melius collocetur poſt θεοῖσι an poſt ἡμιθέῳ.

¶. 315.] *DCCXLVIII.* Urnam, cui hoc Epigramma inſcriptum, deſcripſit *Winkelmannus in der Geſchichte der Kunſt* p. 244. Idem Epigr. dedit *Gaetano Marino* in *Iſcrizion Albane* p. 186. Eſt in Severam, Strymonii cujusdam filiam. — V. 1. ἀθανάτων. *Marm.* Nihil certius, quam ἀθάνατος ſcribendum eſſe. Nemo hominum immortalis eſt; hoc monet Severa, Theſeus aliique antiquitatis heroës immortalitate digniſſimi. Similiter Latini ad inevitabilem mortis neceſſitatem demonſtrandam *Tullium* et *Ancum* ap. inferos degentes commemorant. *Lucret.* L. III. v. 1039. *Horat.* IV. Od. VII. 19. ibique *Mitſcherl.* — V. 3. τόνβος

Marm. λαγόνεσσιν. *Gregor. Theol.* Ep. CLI. ap. *Murator.* p. 148. de ſplendido quodam ſepulcro:

οὐ γὰρ ἔχον χρυσόν τε καὶ ἄργυρον, ἀλλ' ἐδοκήθην
κάλλεϊ μαρμαίρων τοσσατίων λαγόνων.

ubi fortaſſe legendum: ἀλλ' ἐδαίχθην ut ap. eundem Ep. CLXXV. p. 159. οὐδὲ γὰρ οὗτος ἔχε χρυσὸν τάφος· ἀλλ' ἐδαίχθη. Πάντα φιλοχρύσοις ἄμβατα· φεῦγε Δίκη. — V. 4. Στρυμονίου παιδός. filii Strymonis, quem ipſum Strymonem appellatum fuiſſe puto. Cf. Ep. DCCXXVIII. 4. — V. 5. πολὺς βίος. qualem aliam inter homines non reperias. βίον pro *ipſis hominibus* paſſim in his carminibus notavimus. — οἵην οὐχ ἡ π. β. οὐδέ τις οὕτω. *Marm.* τις ουτω. *Winkelm.* Unice vera eſt cl. editoris emendatio. Neque ullus alius ſub ſole tumulus tam probam mulierem complectitur.

DCCXLIX. Edidit *Rich. Chandlerus* in Inſcr. Syll. p. 69. nr. 78. — V. 2. παλ. v. *Chandl.* media litera eraſa. — V. 3. Πειραι παῖς. *Chandl.* — V. 2. ἐκ γαίας. Inſcr. ap. *Gruter.* p. 636. *Mater genuit, mater recepit.* Ibid. p. 726. *Hic matris cineres ſola ſacravimus ara, Quae genuit tellus, oſſa tegit tumulo.* Cf. *Burm.* Anth. Lat. T. II. p. 207.

DCCL. Hoc quoque Epigramma edidit *Rich. Chandlerus* p. 78. nr. 123. qui illud invenit in Campo Eleuſinio Athenas verſus. Scriptum eſt in hierophantam myſteriorum Eleuſiniorum. — V. 1. ημα τοὲ νψιφανες Δη . . . σιαι , . . σιο δεδορκας. *Chandler.* cujus emendationes ſequitur cl. editor. — V. 2. ἐν ενκαμένου. — V. 4. Εὐμόλπου. *Eumolpus*, Muſaei filius, quem Athenienſibus τὰς τελετὰς Δήμητρος tradidiſſe narrant. Vide *Suidam* in Εὔμολπος et doctum *Scholion* in *Sophocl.* Oed. Col. 1051. *Burmann.* ad *Ovid.* Metam. XI. 93. *Heynium* ad *Apollodor.* L. III. 15. 4. p. 861. Hinc Cereris myſteria

h. l. ἔργα Εὐμόλπου appellantur, quippe quae ad eum auctorem referebantur. — V. 4. μόθου. Bellica quoque virtute claruit is, quem hoc carmen celebrat, haud absimilis ipsi Eumolpo, de cujus bellica virtute vide *Pausan.* I. 38. II. 14. — V. 6. ἄχραντα ἀε. *Marm.* Epitaphium in mulierem, Cereris sacerdotem, in ipsa Eleusine inventum edidit *Villoison.* in Prolegom. Homer. p. LV. et *Visconti* in Museo Pio-Clement. T. IV. p. 43.

DCCLI. Etiam ex *Chandleri* Syll. Inscr. p. 67. T. II. nr. LX. Athenis inventum. — V. 2. Φιλοτείμου. *Marm.* — V. 3. Συμφόρου. *Marm.* quod emendavit *Chandler.* Symphoros Philotimi aequalis hujus statuam, ut videtur, posuit. — ἀναστησεν συνσφηζον. utrumque vitiose Lapis.

DCCLII. „Apud Fabrettum p. 704. et in D. Bern. de Montfaucon Palaeographia graeca p. 170. Hic metro scriptum non esse hoc epigramma adnotat, sed poëticen olere in narrandi genere. At fallitur Vir doctissimus. Versus sunt plerique anapaestici dimetri catalectici, scilicet 1. 2. 3. 5. 7. 9. caeteri dactylici, excepto ultimo, qui jambicus est dimeter hypercatalectus." *Br.* — V. 1. Νεικοκράτης. *Lap.* — V. 2. μουσικὸς ἀνήρ. In marmore exsculptae, praeter protomen defuncti, puellae lyrae cubito incumbentes, poëta sedens cum volumine, et sub sedili persona scenica. Haec *Nicocratem* nostrum dramaticae poëseos auctorem fuisse ostendunt. — V. 4. συνοδίτης. *Lap.* *Synodo adscriptum* vertit *Fabrettus*, nescio cui. Mihi ex sequentibus satis manifestum videtur, hominem intelligi, qui se multis peregrinantibus comitem dederat. — V. 6. ὁδοιπορίης ἀτονησας *Fabr.* quem veram lectionem perspexisse, ex ejus versione apparet: *cum — itineribus essem lassatus.* — V. 7. ἔμπορος. lenocinium facere institui. — V. 9. δάνος. animam, mutuo a coelo acceptam, post justum tempus reddidi. De vita ut debito naturae reddenda dedimus

quaedam ad *Theodorid.* Ep. X. T. II. P. I. p. 129. — V. 12. *Μοῦσαί μεν τὸ σῶμα κε. Lapis.* Quo ſenſu Muſae Nicocratis corpus poſt mortem tenere dicantur, me non ſatis intelligere fateor. Fortaſſe ad binas puellas cum cithara in cippo illo exhibitas reſpicitur.

Lectt. p. 301.] *DCCLII.*[b] Habetur apud *Smetium* Fol. CXXXI. *Gruterum* p. CCCXXXII. *Reineſium* p. 390. *Donium* p. 148. Ex Mantiſſa Anthologiae Grot. edidit *Burmann*, ad Anth. Lat. T. II. p. 207. *Bonada* T. II. p. 259. — V. 1. „Variant exemplaria. Smetius ΠΑΙΣΤΑΕΙΟΣ. Donius ΠΑΙΣΤΑΕΙΟΣ. Peſſime Reineſius ΠΑΣΤΑΣΙΟΣ. Quae omnia corrupta et ſenſu caſſa ſunt. Admodum veriſimile eſt quod dedi *πλεῖστ' αἰνετός, maxime laudatus, maxima laude dignus.*" *Br.* Locus varie tentatus. *Gruterus παῖς τάϊος* legendum cenſebat, ad hujus nominis etymologiam ſpectari exiſtimans v. 4. Non perſuadet. *Grotius παῖς Τήϊος* expreſſit in verſione:

Transacto puer hîc jaceo qui Teïus aevo,
Nobilis in ſcenis hiſtrio nuper eram.
Vixi annos denos Aſclepiodorus et octo;
Matre ſatum terra nunc quoque terra tegit.

— V. 2. *πάσης Burmannus* ex ſchedis *Grotii*; nec aliter exhibetur in praeſtantiſſima editione V. cl. *Hieronymi de Boſch* T. III. p. 398. — Epitheto penitus omiſſo *κεκλήσας εἶδος Reineſius*, et ſic reliqui. „In omnibus exemplaribus omiſſa eſt vox *τραγικῆς*." Acute vidit Salvinius deeſſe nomen hypocriſeos ſpeciem indicans, fueritne illa tragica, an comica. Hanc praetulit in verſione:

Exercens ſpeciem comicae hypocriſeos.

Sed *κωμικῆς* reſpuit metrum. Suſpicari quis poſſit illius loco ſculptam fuiſſe in lapide perſonam tragicam, quam

forte non animadverterunt, qui lapidem descripserunt: nisi vocem, qua versus incipiebat, omiserit quadratarius, quum Incidi debuisset:

ποικιλον ἀσκήσας εἶδος ὑποκριτίης.

quae conjectura mihi altera probabilior videtur." *Br.* — V. 3. ακτω και δεκα. *Reines.* — „Male Donius βίον inserit post ζήσας, qua voce non juvatur sensus, et pessumdatur versus." *Br.* — V. 4. γῆς ὧν γόνος. Vide not. ad Ep. DCCXLIX. 2. et ad *Crinagor.* Ep. XLIII. T. II. P. I. p. 415.

¶. 316.] *DCCLIII* Apud *Gruterum* p. 1130. *Fleetwoodium* p. 236., *Bentlejum* in Animadv. in *Callimachi* H. in Lav. Pall. v. 130. T. II. p. 13. ed. *Ern.* — V. 1. ἐυβρίσης. *Grut.* — V. 2. μηνιση πικρεν επαγεσιμη. *Grut.* In postrema voce *Fleetwoodius* nomen Deae sibi reperisse videbatur, *Epagesimae*, quam hominibus vindictam adducere, ἐπάγειν, existimabat. *Bentlejus* emendabat: μή σοι μηνίω πικρὸν ἐπ' Ἀγεσίλᾳ περσεφόνᾳ τε κόρᾳ. *ne tibi irascar apud Plutonem et Proserpinam.* Sic, ut *Brunckius* hunc versum exhibet, eum laudat *Ruhnkenius* in Epist. crit. p. 133. ubi exemplis prolatis docet, praepositionem saepe per tmesin verbo postponi, etiam pluribus vocibus interjectis. Ἀγεσίλας et Ἀγησίλαος Pluto appellatus ab *Aeschylo*, *Athenae.* L. III. p. 99. deinde ab aliis. Cf. *Spanhem.* ad *Callim.* p. 724. — V. 3. ΑΜΑ πας. *Grut.* et *Fleetw.* frequenti errore. ἀλλὰ dedit *Bentlejus.*

DCCLIV. E *Muratorii* Thesauro p. 958. 1. In Itorium juvenem, cui avunculus monimentum posuit. — V. 2. συγκλησας ἀρετης ευκλειην ηρτεκεις. *Murat. Leichius*, qui hoc Epigramma tractavit in N. Miscell. Lips. T. I. p. 473. sq. lacunam reliquit in fine pentametri. Frustra idem h. v. tentabat in Curis secund. p. 42. ubi

tamen optimam *Wesselingii* emendationem profert, ὅσσην συγκλείσας ἀρετῆς εὐκλείην κατέχεις. Similis color in Ep. *Leonid. Tar.* LXXXV. cujus initium: ἦλιον, οἷον νυκτὶ καταφθιμένοις καλύπτεις Ὀστίον, οἶκτον, γαῖ', ἀμφέχανες κεφαλήν; — V. 3. Nullus poëta, neque tragicus, neque lyricus, neque epicus denique tuas virtutes sic, ut par est, celebraverit. *Aristides* Orat. T. I. p. 256. τίς Ὀρφεύς, ἢ Θάμυρις, ἢ ποῖος Ἐλευσίνιος οἰκήτωρ Μουσαῖος ἐξαρκέσει τοσούτῳ πράγματι; ποίαις κιθάραις ἢ λύραις τὸ κοινὸν πτῶμα ἀνακλαύσεται; — V. 6. ὅσσ ωνθ ως. *Mur.* Tentabat *Leichius*: ὅσσην θ', ὡς πρ. *quantum, ut senex, cum aetate juvenis esses, pollebas.* Nostra lectio debetur iterum *Wesselingii* acumini. ὅσσων κρατεῖς κοῦρος ὤν, ὡς πρέσβυς. puer omnia, tanquam senex, tenes. De puero supra annos astuto *Silius* L. VIII. 466. *Ora puer, pulcherque habitum, sed corde sagaci Aequabat senium, atque astu superaverat annos.* De Fundani filia *Plinius* V. Epist. XVI. 2. *Nondum annos quatuordecim impleverat, et jam illi anilis prudentia, matronalis gravitas erat.* Idem de Fusco Salinatore L. VI. Ep. XXVI. 1. puer *simplicitate, comitate juvenis, senex gravitate.* Multa similia collegit *Corte* ad eundem L. V. Ep. IX. not. 6. p. 365. sq. — Caeterum in textu interrogandi nota cum commate permutanda est. — V. 7. νυμφην δ η . . . . οι εγω. *Mur.* quod bene emendavit *Leichius*, qui in fine versus οἵ, οἵ tentat, quod mihi Brunckiana lectione videtur verius. Sic rotundior exstitit oratio: ἦν σοὶ ἐγὼ θεὸς τὸς ἕτερφον, οἵ, φίλ, τλήμονα, νυμφεύσων ἥρπασα πρόσθ' Ἀΐδης. Sic jungenda et distinguenda verba, quod minus recte vidit emendationis auctor. — Puellae, ante nuptias defunctae, ab Orco in matrimonium abreptae dicuntur. Iis, quae notavimus ad *Meleagri* Ep. CXXV. T. I. P. I. p. 139. adde Ep. *Anytes* XVII. et *Euripid.* Iphig. Aul. 460. τήνδ' αὖ τάλαιναν παρθένον (τί παρθένον; Ἀΐδης γιν, ὡς ἔοικε, νυμφεύσει τάχα.) ubi vide *Markland.* notas. Ap. *Murator.*

est τλημον ανυφενσων. — ¶. 317.] V. 9. ΑΜΑΡΑ ΜΟΥΝΟΣ. *Mur.* Perperam *Leichius* ἄμ' ἄρα μοῦνον π. *Brunckius* quomodo μούνῳ acceperit, non satis apparet; sed ad Itorium, puellae sponsum, videtur retulisse. Sed sic difficile fuerit, poëtam ab obscuritatis vitio liberare. Hoc nomine, et propter alias virtutes, se commendat *Wesselingii* emendatio apud *Leichium*:

ἀλλ' ἄρα μοῦνοι
παρθενίην ἐρατὴν σώσαθ' ἕως Ἀΐδου.

μοῦνοι. Itorius et puella ipsi destinata. Hac emendatione admissa, poëta, ut par est, ad Itorii mentionem, unde progressus fuerat, redit, eamque apte cum puellae illius commemoratione conjungit. — V. 10. ΣΩΣΑΤΕΩΣ. *Murat.* An fuit:

σώσατε εἰς Ἀΐδου.

eodem sensu. Cf. *Fischerum* in Animadv. ad *Welleri* Gramm. T. III. P. II. p. 151.

DCCLV. Edidit *Is. Vossius* ad *Pompon. Mel.* p. 129. emendavit *Heringa* in Obss. crit. p. 143. quod *Toupium* fugisse videtur in Emend. ad Suidam p. 395. Tentavit etiam, sed minus feliciter, *Dorvillius* ad *Charit.* p. 357. Legitur praeterea apud *Gorium* T. I. p. 453. *Fleetwood.* p. 327. *Bonadam* T. II. p. 391. — V. 1. ΤΗΝ ΤΡΙΒΟΝ ΠΑΓΑΓΕΙΣ ΑΛΙΤΩΣ ΤΟΔΕ ΣΗΝΑ ΝΟΗΣΗΣ. *Marmor* ap. *Vossium*, et parum diverse ap. *Gorium*, ubi ΑΛΗΤΩΣ . . . ΣΗΜΑ habetur. Emendavit *Vossius*: τὴν τρίβον εἰ παράγεις, ἀλύπως τόδε σῆμα νοήσεις. *Salvinius*: ὃς παράγεις ἀλύπως, vertens: *Tu sine moestitia monimentem hoc cerne, viator.* *Dorvillius*: τὴν τρ. ὡς παράγῃς; ἀπτῶς τόδε σ. νοήσας. Brunckiana lectio *Heringae* debetur et *Toupio*, uterque enim in eandem emendationem incidit. —

V. 2. ΜΗΔΕΟ ΜΑΙΓΕΛΑΣΗΣΕΙ ΛΥΝΟΣ ΕΣΤΙ ΤΑΟΟΣ. *Voſſ.* *εἰ κυνος ἐστι* ΤΑΟΟΣ. *Gor.* In hoc verſu emendando omnes conſpirant. — V. 3. ΕΤΛΑΝΣΟΗΝ ΧΕΙΡΣΣΛΑΕ ΚΟΝΙΝ ΣΤΝΖΘΗΤΑΝΑΚΤΟΣ. *Voſſ.* et fere ſic *Gorius*, ap. quem tamen initio ΕΤΑΤΣΟΗΗ et in fine ΕΟΗΤΑΝΑΚΤΟΣ habetur. Haec *Voſſius* recte emendavit et ceteri, niſi quod *Salvinius* *συνέζηταν* dedit. — V. 4. ΟΣ ΜΟΤΚΑΚΙΗ ΑΗΤΟΝΑΣ ΕΧΑΡΑΞΕΝΟΓΟΝ. *Voſſ.* Minus corrupte *Gorius:* ΟΣ ΜΟΤΚΑΙΣΙΗΛΗΤΟΝ ΑΣΕΧΑΡΑΞΕΝΟΓΟΝ. Haec omnia jam *Voſſius* reſtituit, quem *Dorvillius* in reliquis ſecutus κἀν ſcripſit.

DCCLVI. Vat. Cod. p. 238. *Τόμνεω*, cui futurus Anthologiae editor hoc carmen reſtituet. Lemma: *Εἰς κύνα Μελιταῖον Εὐμήλου.* Auctoris nomine omiſſo, edidit *L. Holſtenius* ad *Steph. Byz.* p. 203. Hinc ſe illud, ſed emendatum, exhibere ait *Toupius* in Cur. Nov. p. 195. ubi praeter puſillum typothetae errorem in 3. v. (ubi ap. *Holſtenium* *κάλεσκον* legitur, pro *καλέεσκον*,) nihil omnino emendavit. — V. 1. *ὅτ' ἦν ἔτι. Meleager* Ep. XXII. *ἦν καλὸς Ἡράκλειτος, ὅτ' ἦν, ποτέ. Idem* Ep. XXVII. *ἦν γὰρ ὅτ' ἦν Δάφνις μὲν ἐν οὔρεσιν, νῦν δ' Ἀΐδαο Τερπνός.*

AENIGMATA.

I.

I. De gryphis agens *Athenaeus* L. X. p. 455. D. *ἔστιν εὐπορῆσαι δὲ καὶ ἄλλων γρίφων.*

Ἐν φανερῷ γενόμαν, πάτρη δέ μοι ἁλμυρὸν ὕδωρ
ἀμφὶς ἔχει, μήτης δ' ἐστ' ἀριθμοῖο πάϊς.

φανερᾷ μὲν οὖν λέγει τῇ Δήλῳ, ἥτις ὑπὸ θαλάσσης περιέχεται· μήτης δὲ ἡ Λητώ, ἥτις Κοίου ἐστὶν θυγάτης. Μακεδό-

νες δὲ τὸν ἀριθμὸν κοῖον προσαγορεύουσι. *Euſtathius* in Od. ζ. p. 256. 12. ἱστέον δέ, ὅτι περὶ Ἀπόλλωνος Δηλίου ἤγουν γεννηθέντος ἐν Δήλῳ τῇ νήσῳ, αἴνιγμα φέρεται ἐοικὸς τοῖς τοῦ Θεοκρίτου σκληροῖς (i. e. aenigmaticis luſibus, *Fiſtulae* et *Arae*, *Theocrito* tributis) τοιοῦτον· Ἐν φανερῷ γενόμαν, πάτρην δέ μου ἄ. etc. πάτρην δέ μοι *Caſaubonus* invenit in melioribus Codd. De etymologia nominis inſulae Deli plures tradiderunt, quos vide ap. *Berkelium* ad *Steph. Byz.* v. Δῆλος. p. 297. Adde *Callim.* in H. in Del. 52.

τοῦτό τοι ἀντημοιβὸν ἀλίπλοοι οὔνομ' ἔθεντο,
οὕνεκεν οὐκέτ' ἄδηλος ἐπέπλεες, ἀλλ' ἐνὶ πόντου
κύμασιν Αἰγαίοιο ποδῶν ἀνεθήκαο βίζας.

— V. 2. ἀριθμοῖο πάϊς. Coei, Titanis, cujus nomen praeclare *Barneſius* reddidit *Pindaro* ap. *Strabon.* X. p. 742. B. ubi Κοίου γένος Latona dicitur. Eadem Κοιογένεια ap. *Apollon. Rhod.* II. 712. et Κοιὴς in *Callim* H. in Del. 150. ubi *Spanhem.* aenigmatis noſtri non immemor fuit.

II. „Eſt inter carmina in Guijoniorum vitis edita. Vide Salmaſium ad Hiſtor. Aug. p. 289. [T. II. p. 231.] et in Plinianis p. 538. Linum, ex quo mantelae fiunt, flavum eſt et albeſcit tundendo et abluendo.“ *Br.* Vat. C. p. 620. in Guijon. Vit. nr. XIV. In Exercitatt. Plinian. l. c. *Salmaſius* nonniſi tres verſus excitavit. — V. 4. πρώτη. Quum convivae discubuerant, aqua iis porrigebatur et χειρόμακτρα ſive *mantilia*. *Virgil.* Georg. IV. 376. *manibus liquidos dant ordine fontes Germanae, tonſisque ferunt mantelia villis. Pars epulis onerant menſes.* Id. Aen. I. 701. *Dant famuli manibus lymphas, Cereremque caniſtris Expediunt, tonſisque ferunt mantelia villis.* Hinc apparet, cur ſe primum in convivarum chorum venire dicat *mantile*. Caeterum

de χειρομάκτροις consule *Athenae.* L. IX. p. 410. *Rhodigin.* Ant. Lect. XVI. 24.

III. Vat. C. p. 624. „ Illustratum est a Salmasio in Plinian. p. 162. V. 3. ὡς excudi debuit sine accentu. ἐιδόμαι absque necessitate in ἐρείδομαι a viro quodam docto mutatum.“ *Br.* Confer *Bod. a Stapel* in *Theophr.* p. 622. Ex *Salmasii* verbis in Plinianis l. c. forte quis suspicetur, eum aliquid in hoc Epigrammate novasse; sed frustra. Sic enim, ut ille exhibet, carmen in Cod. legitur. Ad sensum carminis facit inprimis *Theophrast.* L. VI. Plant. ubi de κάκτῳ: — καυλὸν ὀξὺ ϑὲν ἀφίησιν, ὃν καλοῦσι πτέρυκα, καὶ τοῦτον ἐδώδιμον· τὰ δὲ περικάρπιον, ἀφιεμένων τῶν παπποδῶν, ἐμφερὲς τῷ τοῦ φοινικος ἐγκεφάλῳ. ἐδώδιμον καὶ τοῦτο. Hunc cactum nihil diversum esse a κινάρᾳ, monuit *Athenaeus*, qui *Theophrasti* locum excitat L. II. p. 70. et 71. eique sententiae subscribit el. *Schneider* ad *Columell.* X. v. 235. p. 531. sq. qui κίναρον sive cactum eundem esse existimat, quem nos *Artischocke* appellamus. Cf. *Needham* ad Geopon. XII. 39. — V. 1. ἐγκέφαλον. cinarae ea pars, quam cum palmae ἐγκεφάλῳ comparat *Theophrastus.* κεφαλῆς ἄτερ. quamvis vero capite destituta. — V. 3. ὡς ὑπὲρ αὐλόν. ea pars, quae cauli imposita est, sphaerae est similis. — V. 4. μητρὸς ἔχω πατέρα. semen, quod intus est; unde caulis, quem μητέρα appellat auctor, progignitur.

IV. Vat. C. p. 620. Editum in Vitis Guijon. nr. XI. „ Addito ϱ, centenarii numeri signo, media in voce πυρὸς, habebis πύῤῥος, Neoptolemi nomen, Deidamiae filii, et Polyxenae occisoris.“ *Br.*

¶. 319.] *V.* Vat. C. p. 623. Edidit *Pierson* ad *Moerin*, unde id repetivit *Schneiderus* in Per. crit. p. 8. Ex primo disticho traductum est miseri versificatoris Aenigma, quod in membranis habetur p. 621.

μούνῳ μοι φίλον ἐστι γυναιξὶ πὲρ ἐν φιλότητι
μιγνύσθαι, αὐτῶν λισσομένων ποσίων.

quo confirmatur lectio λισσομένων in noſtro, ubi Schedae LaCrozianae λευσσομένων exhibent. — V. 4. „Menda eſt in voce ἀχνυμένων. Non magis dolere debent puellae parentes, cui clyſter infunditur, quam mariti, qui illum uxoribus ſuis mederi ſupplicant, λισσομένων ποσίων. Scribendum ἀρνυμένων, non flagitantibus modo parentibus, ſed etiam oblato aere id adipiſcentibus, pretium ſolventibus. Haec eſt propria ſignificatio et primaria vocis ἄρνυσθαι, ἀντικαταλλάττεσθαι.“ *Br.* Eſt potius: *parentibus id poſtulantibus et expetentibus.* Vide *Clark.* ad Odyſſ. α. 3. An fuit γεννυμένων? *parentibus ipſis lactantibus*, dum puellae ſalutem inde reſtitutum iri ſperant. — τοκήων. Vat. C. — V. 5. δέ μι. Vat. et Sched. LaCr. — V. 6. „πόνον: quando ſcilicet Αὐγείου πολλὴν κόπρον ἐξεκάθηρεν.“ *Br.* Inepte *Pauw*, in cujus apogr. hoc Epigramma legebatur, ad verbum τρώω, τρυμάτιον reſpici putabat. — V. 7. καὶ ἀμπλουτῆι. Vat. In Sched. LaCroz. απη φμενοισι και αμπλουτηΐ. *Reiskio* in mentem veniebat ἀποιχομένοισι καὶ ἀμπλουτῆϊ, neſcio quo ſenſu. Veram lectionem vidit *Cornel. de Pauw*; idem in ſenſu verborum explicando a vero aberrat. Continuatur ſimilitudo cum Hercule, qui cum Plutone pugnaverat. Οἱ ὀπυιόμενοι ſunt ii, quos ὁ κλυστὴρ init. Hos ſe defendere ait vel contra Plutonem, morbum ab iis depellens ſcilicet; hinc etiam μαχοίμην ὑπὲρ ψυχῆς, vitam tueri valeam eorum, quibus miſceor. — V. 9. παλγὶ μιγεὶς ἐλάφας. Ad immittendos clyſteres utebantur olim utribus e caprina pelle, quibus adaptatae fiſtulae eburneae.“ *Br.* ξύρινος a ξυρὸς *pellis* derivandum, epitheto ſcilicet ad eam partem inſtrumenti relato, quae corio conſtabat. — ἀργιόδοντα. Cod. recte. In apogr. nonnullis ἀγριόδοντα. ἀργιόδους, *candido dente inſtructus*, de fiſtula eburnea aptiſſimum.

— Pro ἰδρείῃ Vat. C. ἰδρείῃ. Illud recte emendavit *Pauw*, nec aliter exhibuit *Pierſon.* et *Schneider.*

VI. Vat. C. p. 623. „Ἥφαιστος ignem notat, Παλλὰς oleum, Πηλεὺς vas figlinum e πηλῷ factum, ὀθόνη funiculum ſtupeum, ἐλλύχνιον: νυκτιπόλος Φαέθων lumen nocturnum.“ *Br.* — V. 1. ὑπ' ἀγκοίνῃσι. Vat. — V. 2. „In Cod. ſcriptum εἰς εὐνὴν ἐμίγη, librarii, ut videtur, errore, repetito verbo e praec. verbo.“ *Br.* Vitium potius in v. 1. latere putaverim, ubi fortaſſe ſcribendum:

ἐν ἀγκοίνῃσι κλιθεῖσα.

ut eſt ap. *Theocrit.* Eid. III. 44. ἃ δὲ Βίαντος ἐν ἀγκοίνῃσιν ἐκλίνθη. — εἰς εὐνὴν ἐμίγη eſt pro εὐνῇ ἐμίγη καὶ φιλότητι, ut *Homerus* loqui ſolet. — V. 3. ὀθόναι. de linteis accipiendum, quibus lecti inſternuntur.

VII. Vat. C. p. 623. „In aeneam cucurbitulam, qua utuntur chirurgi ad eliciendum ſanguinem. Epigramma planum et perſpicuum eſt.“ *Br.* Ductum videtur aenigma ex *Plutarchi* Conviv. Sapient. T. II. p. 154. B. C. ubi Aeſopus Cleodemo explicandum proponit aenigma hoc:

ἄνδρ' εἶδεν πυρὶ χαλκὸν ἐπ' ἀνέρι κολλήσαντα.

quod cum ille ſe intelligere negaſſet, καὶ μὴν οὐδείς, inquit, τοῦτε μᾶλλον εἶδεν, οὐδὲ ποιεῖ βέλτιον· εἰ δὲ ἀρνῇ, μάρτυρας ἔχω σικυωνίας. ὁ μὲν οὖν Κλεόδημος ἐγέλασε, καὶ γὰρ ἐχρῆτο μάλιστα ταῖς σικυωνίαις τῶν καθ' αὑτὸν ἰατρῶν.

¶. 320.] *VIII.* Vide ad praecedens Epigr. Integrum aenigma laudat *Athenaeus* L. X. p. 452. C. ubi πυρίχαλκον exhibetur. Priorem verſum, quem celeberrimum vocat, profert *Ariſtoteles* L. III. Rhetor. II. 12. et in Poëtic. c. XXII. 5.

IX. Servavit *Athenaeus* L. X. p. 449. D. E. unde hos verſus ex *Alexidis* fabula ductos diſcimus. Addebantur ap. Comicum haec:

παίζειν σὺ χαίρεις, ὦ γύναι, μ' αἰνίγμασι.
β. καὶ μὴν ἁπλᾶ γε καὶ σαφῆ λέγω μαθεῖν.
α. τίς οὖν τοσαύτην παῖς ἔχων ἔσται φύσιν;
β. ὕπνος βροτείων, ὦ κόρη, παυστὴρ πόνων.

Euſtath. ad Ιλ. Ω. p. 1463. 12. qui v. 3. ἐν θεοῖς exhibet, et v. 5. ἅπασιν ὢν ἀεί. *Hadrian. Jun.* VI. Anim. 26. hoc Epigramma explicans, v. 4. τὴν παροῦσαν, ἔμπαλιν legit. Explicationem adſcribam verbis *Caſauboni* ad *Athen.* p. 755. ſq.: „Non eſt mortalis, neque immortalis, ſed habet mixtum temperamentum: itaque nec ut homo, nec ut Deus vivit: ſed cum naſcatur ſubinde nove, perit rurſus ejus praeſentia i. e. ipſe, poſtquam eſt renatus; inviſibili ſpecie, notus eſt omnibus. — Quare inviſibilem ſomnum dicat, ſtultum ſit quaerere: ſimul enim naſcitur ſomnus, et coecus fit homo; ſimul redit facultas videndi, et abit ſomnus.“

X. Eubuli eſt Comici in Sphingocarione, unde id excerpſit *Athenaeus* L. X. p. 449. F. Idem poëta ſenſum explicuit ipſe:

τί δ' ἐστὶ τοῦτο; τί ἀπορεῖς, Καλλίστρατος;
πρωκτὸς μὲν οὖν οὗτος. εὖ δὴ ληρεῖς ἔχων.
οὗτος γὰρ αὐτός ἐστιν ἄγλωσσος, λάλος,
ἓν ὄνομα πολλοῖς, τρυτὸς, ἄτρυτος, δασύς,
λεῖος· τί βούλει; πνευμάτων πολλῶν φύλαξ.

— V. 1. ἀμφενόθηλυς in antiq. edd. Noſtrum eſt in melioribus libris. ὁ πρωκτὸς ſive maris ſit, ſive mulieris, eodem nomine gaudet. — V. 2. ἀνέμων ταμίας. *Nicarchus* Ep. V. 4. Ἑρμογένης δ' ἔλαχε στυγερὸν δόμον εὐρώεν-

τα, Τέτρτος εἰς ἀφανῆ χῶρον ὑπερχόμενος, Ἔνθ' ἀκταὶ νεκύων καὶ ἐρημίαι ἠνεμόεσσαι Δουτεῦνται πνοιῇ δυσκελάδων ἀνέμων. — ἄλλοτε λεῖος. Sic ἄλλοτε paſſim in altero membro, ita ut in priore ſubaudiendum ſit. — V. 3. ἀξύνετα ξυνετοῖειν. Sic *Caſaubonus* ex conjectura, quam Excerpta confirmarunt; nihil certius. Vulgo ἀξύνετ' ἀξυνέτοισιν, quod ſenſum idoneum non habet. Noſtrum autem et argutum eſt, et facetam continet parodiam ſermonis tragici. *Euripid.* Phoen. v. 1510. Oedipus τᾶς ἀγελαίας ὅτε Ἀνεξυνέτου ξυνετὸς μέλος ἔγνω Σφιγγός. ubi vide *Valckenar.* Idem Iphig. in Taur. v. 1092. εὐξύνετον ξυνετοῖσι βοᾶν. *Pindar.* Ol. II. 150. βέλη φωνᾶντα συνετοῖσιν. — Verba, quae ſequuntur, νόμον ἐκ νόμου ἕλκων, *Caſaubonus* melius declarari poſſe negat, quam verbis *Ariſtophanis* in Nub. v. 387. ubi de ventre Strepſiades: δεινὰ ποιεῖ γ' οὐθός μοι, καὶ τετάρακται, Χὤςπερ βροντὴ τὸ ζωμίδιον παταγεῖ καὶ δεινὰ κέκραγεν Ἀτρέμας πρῶτον παππάξ, παππάξ, κἄπειτ' ἐπάγει παπαπαππάξ. Cogitandum nimirum de νόμοις muſicis, qui diverſi ſunt generis et ſoni.

XI. Etiam hoc Aenigma ex *Eubuli* Σφιγγοκαρίωνι profert *Athenaeus* L. X. p. 450. A. B. Vulgo v. 1. ὃς νέος legitur, quod in ὃς mutavit *Grotius* in Excerpt. Trag. p. 657. Idem v. 2. κοῦφος πέτεται legit, quod vulgatae neutiquam praeferendum. Explicationem Comicus adjecit hanc:

πάππος ἐπ' ἀκάνθης, ὦ 'γάθ', ſive ὦ 'τάν, (vulgo οὗτος γὰρ) ὃς νέος μὲν ἦν
ἵστηκεν ἐν τῷ σπέρματ', ὅταν δ' ἀποβάλῃ
[γηραιὸς ἤδη] τοῦτο, πέτεται κοῦφος ὤν,
διήπουθεν ὑπὸ τῶν παιδίων φυσώμενος.

Sic haec integranda cenſebam, quae diverſa ratione tentarunt *Grotius* et *Caſaubonus*. Non debuerat omitti in ſolutione *ſenectutis* commemoratio; quare γηραιὸς

inſerui. Reſpexit autem *Eubulus* locum *Sophoclis* a *Plutarcho* ſervatum T. II. p. 1100. γραῖαι; ἀκάνθης πάπτος ὡς φυσώμενος. *Nicander* Alex. 126. οἷα δὲ δὴ γήρεια νέον τεθρυμμένα πάπτου Ἥρῃ ἐπιπλάζοντα διχψαίρουσιν ἀέλλαις. Cf. *Arnald.* in Lectt. Gr. p. 33. — V. 2. ἄπτερος ὤν. volat, licet alis non inſtructus ſit. — γῆν ἀφανίζει. deciduus terram obducit.

¶. 321.] *XII.* Vat. C. p. 619. Editum in Guijonor. Vitis nr. V. et prius ab ipſo *Salmaſio* ad Script. Hiſt. Aug. T. II. p. 825. qui ita interpretatur: εἷς ἄνεμος flatus eſt tibicinis; δύο νῆες duae tibiae; δέκα ναῦται decem digiti, qui, foramina tibiarum percurrendo, quaſi remigant; εἷς κυβερνήτης, tibicen, qui utramque tibiam moderatur. — In fine Cod. Vat. ἐλάσει exhibet; et ſic eſt in Guijon. Vit. ἐλάσει. *Salm.*

XIII. Athenae. L. X. p. 450. F. Ἐν δὲ Σαπφοῖ ὁ Ἀντιφάνης αὐτὴν τὴν ποιήτριαν προβάλλουσαν ποιεῖ γρίφους τόνδε τὸν τρόπον, ἀπολυομένου τινὸς οὕτως. ἡ μὲν γὰρ φησίν· Ἔστι φύσις κ. τ. λ. ταῦτά τις ἐπιλυόμενος φησίν·

ἡ μὲν φύσις γάρ, ἣν λέγεις, ἐστὶ πτόλις,
βρέφη δ' ἐν αὐτῇ διατρέφει τοὺς ῥήτορας,
οὗτοι κεκραγότες δὲ τὰ διαπόντια,
τὰκ τῆς Ἀσίας καὶ τἀπὸ Θρᾴκης λήμματα
ἔλκουσι δεῦρο· νεμομένων δὲ πλησίον
αὐτῶν κάθηται, λοιδορουμένων τ' ἀεὶ
ὁ δῆμος οὐδὲν οὔτ' ἀκούων οὔθ' ὁρῶν.

Hanc interpretationem improbat Sappho, verſibus ap. *Athenaeum* corruptiſſimis, quos leviter attigit *Caſaubonus*, *Grotius* ſine ſucceſſu emendare et refarcire conatus eſt. Tum poëtria veram interpretationem expromit:

Θήλεια μὲν γοῦν ἐστὶ φύσις ἐπιστολή·
βρέφη δ' ἐν αὐτῇ περιφέρει τὰ γράμματα,
ἄφωνα δ' ὄντα [ταῦτα] τοῖς πόρρω λαλεῖ,
εἷς βούλευ'· ἕτερος δ' ἂν τύχῃ τις πλησίον
ἑστὼς, ἀναγινώσκοντες οὐκ ἀκούσεται.

— V. 2. ἄφωνα. Similiter inſcriptio ſtatuae puellatis ap. *Sapph.* Ep. I. παιδνὴ ἄφωνος ἑοῖσα τάδ' ἐννέπω, ἢν τις ἔρηται, Φωνὰν ἀκαμάταν κατθεμένα πρὸ ποδῶν. — βαὴν ἵστησι. *Euripid.* Iphig. in T. 1307. τίς ἵστησι βοήν. Ib. Iphig. in Aul. 1039. ἔστασαν ἰαχάν. Illuſtravit hunc dicendi uſum *Kuſter.* ad *Ariſtoph.* Theſm. 704.

XIV. Athenae. L. X. p. 451. F. ex *Hermippi* opere de Iſocratis diſcipulis narrat, Theodecten Phaſeliten ἱκανώτατον γεγονέναι ἀνευρεῖν τὸν προβληθέντα γρῖφον, καὶ αὐτὸν προβαλεῖν ἑτέροις ἐπιδεξίως, οἷον τὸν περὶ τῆς σκιᾶς. ἔφη γὰρ εἶναί τινα φύσιν, ἣ περὶ τὴν γένεσιν καὶ φθίσιν ἐστὶ μεγίστη, περὶ δὲ τὴν ἀκμὴν ἐλαχίστη. λέγει δὲ οὕτως· Τῆς φύσεως κ. τ. λ. — V. 1. Nihil eſſe in rerum natura ait, nec in mortalium genere, quod ſimili modo creſcat et augeatur. ἐν γενέσει, referendum ad ſolis ortum, qui cum meridie ſummam coeli attigit arcem, umbra eſt minima; veſperi eadem denuo creſcit. — V. 4. Meliores forent numeri, ſi legeretur:

ἐν δὲ μέσαις ἀκμαῖσι μικρά.

et ſic *Theodecten* ſcripſiſſe puto.

XV. Vat. C. p. 625. Notum Sphingis aenigma ex *Aſclepiadis* Τραγῳδουμένοις profert *Athenaeus* L. X. p. 456. B. Sine auctoris nomine *Tzetza* ad *Lycophr.* v. 7. p. 2. *Aſclepiadem* nominat etiam *Schol. Eurip.* in Phoen. v. 50. qui primum hemiſtichium excitat ſic: ἔστι δίπους ἐπὶ γῆς καὶ τετράπους. In compendium hoc aenigma red-

egit *Diodorus* L. IV. 64. p. 308. ἣν δὲ τὸ προτεθὲν ὑπὸ τῆς Σφιγγὸς, τί ἐστι τὸ αὐτὸ δίπουν, τρίπουν καὶ τετράπουν; *Apollodor.* III. 5. 8. τί ἐστιν, ὃ μίαν ἔχον φωνήν, τετράπουν καὶ δίπουν καὶ τρίπουν γίνεται; quo firmatur lectio *Athenaei* οὐ μία φωνή, pro qua in *Schol. Lycophr.* legitur: οὐ μία μορφή, quod per se spectatum minime ineptum est. — V. 2. τρίπον. Hoc de sene dictum, qui baculo tanquam tertio pede nititur, obversabatur auctori Tragopodagrae, v. 54. ὦμοι, πόνων ἀρωγόν, ὦ τρίτου ποδὸς Μοῖραν λελογχὸς βάκτρον, ἐξέρειδέ μου Βάσιν τρέμουσαν. — V. 3. φυὴν *Valckenarius* recepit ex Codd. *Sophoclis*, ni fallor; certe φυὴν legitur in marg. ed. *Turnebi*. Vide eum in Prolegg. ad Phoeniss. p. XXIV. Vulgo φόαν, quod apud *Tzetzen* in βοὴν degeneravit, unde *Dalechampius* etiam ap. *Athenaeum* vertit, *clamorem id tamen mutat*; βοὴν est etiam in Vat. C. — V. 4. ἐρειδόμενον. *Athen.* ἐπιγόμενον. *Tzetza* et Vat. Cod. — V. 5. ἔνθα τάχος. longe plurimi; et sic ipse *Brunckius* dedit in Ed. *Sophoclis*. μένος *Valckenarius* invenit in Euripideis Codd. Batavis. Caeterum illustre hoc aenigma respexit *Ovidius* XV. Metam. 221. *Editus in lucem jacuit sine viribus infans: Mox quadrupes, rituque tulit sua membra ferarum. – Inde valens veloxque fuit, spatiumque juventae Transit, et, emeritis medii quoque temporis annis, Labitur occiduae per iter declive senectae.* *Maximinianus* in Eleg. I. 218. *Nec coelum spectare licet, sed prona senectus Terram, qua genita est, qua reditura, videt: Fitque tripes, prorsus quadrupes, ut parvulus infans, Et per sordentem, flebile, repit humum.* *Ausonius* Eid. XI. 37. *Ille etiam thalamos per trina aenigmata quaerens, Qui bipes, et quadrupes foret, et tripes omnia solus, Terruit Aoniam volucris.*

¶. 322.] Solutionem praecedentis aenigmatis habet *Schol.* Phoeniss. v. 50. Cod. Augustani. Primus eam protulit *Gale* in not. ad *Apollodor.* p. 67. unde a pluribus repetita est. — V. 1. πακέπτερε Μοῦσα. ob carmen

funeſtum, quod edebat, ipſa Sphinx Μοῦσα, cujus aenigma ἀμουσοτάτας ᾠδὰς appellat *Eurip.* in Phoen. 814. Ad mortales autem venerat haec peſtis ab inferis, Echidnae ſcilicet filia et Typhonis, unde κελαινὴ vocatur *Lycophroni* v. 7. et ap. noſtrum Μοῦσα θανόντων. — V. 2. Durior in hoc verſu oratio. Genitivus φωνῆς ἡμετέρης non pendet a κλῦθι, ſed a praepoſitione ſubaudienda: Accipe ſcelerum tuorum finem, mea voce tibi huntiatum, ſive, quem mea verba tibi afferunt. — Incommodum eſt etiam pronomen poſſeſſivum σὸν ſequente genitivo. — V. 5. βάκτρον ἐρεῖδει. Optimam hanc lectionem *Gale* in ſuo invenit Cod. *Valckenario* alter ſuorum ἔχει, alter ἐπάγει praebebat. Comparandus cum tota hac λύσει *Apollodorus* L. III. 3. 8. p. 201. Oedipus, audito aenigmate, reſpondit, ἄνθρωπον εἶναι· γεννᾶσθαι γὰρ τετράπουν βρέφος τοῖς τέτταρσιν ἐχούμενον κώλοις· τελειοῦμενον δὲ τὸν ἄνθρωπον δίπουν· γηρῶντα δὲ τρίτην προσλαμβάνειν βάσιν τὸ βάκτρον.

XVI. Vat. C. p. 624. — In quibusdam apogr. v. 1. νῖκα π. — V. 2. „In Cod. ſcriptum μὴ λῃστῶν πάντων ſenſu nullo. Jaſonem autem innuit, qui in ara Doſiadae ſecunda δίκαβος ideo dicitur, ὁ δὶς ἡβήσας, τὸ μὲν τῇ φύσει, τὸ δὲ τῆς Μηδείας ἐψήσει, καὶ τῇ ἐντεῦθεν ἀνανεώσει. In juventutem reſtitutum fuiſſe Jaſonem, non Aeſonem illius patrem, quae recentiorum conſtans eſt traditio, antiquiores ſcriptores, Pherecydes et Simonides tradiderunt, quos laudat auctor argumenti Medeae Euripidis.“ *Br.* In membranis eſt μηλῃστῶν πάντων, unde vix dubito, quin legendum ſit:

φηλήτων πάντων ἔκτανον ἡγεμόνα.

Heſychius: φηλήτησι. λῃσταῖς. Cf. *T. Hemſterh.* ad *Pollux.* p. 1120. n. 64. *Latrones* appellantur Argonautae, qui aureum vellus auferebant. Simile vitium commiſſum

in *Diophanis* Epigr. T. II. p. 259. — Argo Jaſonem dicitur interfeciſſe, propterea quod Medea eum mactaverat, ut juventutem ei redderet. Hunc locum imprimis illuſtrat *Lycophron* v. 1309. καὶ δευτέρους ἑψομψαὶ ἄρτιγας λόχους, Ταχῷ μονοκρήπιδι κλέψοντας νάκην – Ὃς εἰς Κόταιαν τὴν Λιγυστικὴν μολὼν – καὶ λέβητι δαιτρευθεὶς δέμας Οὐκ ἀσμένως ἕψεψεν ἔβδου αὐτος. ubi vides Jaſonem dici in fruſta diſſectum et in lebete coctum, quod Aeſoni acciditſe tradiderat auctor τῶν Νόστων ap. *Schol. Euripidis* in Argumento Medeae. V. not. ad *Doſiad.* Aram v. 2. T. I. P. II. p. 221. — In priore *Doſiadae* ara v. 22. Jaſon φὼς κριοῦ appellatur, quod ad firmandam emendationem noſtram facit. — V. 4. χαλκείη. lebes aëneus. γαστὴς de vaſis cavitate notum.

XVII. Vat. C. p. 617. Editum in Vitis Guiſon. nr. 1. Nihil obſcuri habet hoc aenigma. — V. 3. ἀντομένησιν. Vat. C. — ἀπενθέα δάκρυα. lacrymas non luctu et moerore expreſſas. „Ambiguitas eſt in voce κούραις. Κόρα enim et pupillam oculi et puellam ſignificat.“ *Br.*

XVIII. Edidit *H. Stephanus* in Anth. p. 535. ex vetere Cod. Epigrammatum, quem Johannem Clementem Anglum Lovanii habuiſſe ait. Hinc Wechel. in Append. p. 30. Habetur in Vat. C. p. 623. — V. 1. ἐὼν Λαπίθῃσι. Nota res ex *Homero* Od. φ. 294. ſqq. iis, quae dedimus ad *Alcaeum Meſſen.* Ep. XV. T. I. P. II. p. 358. adde *Horat.* I. Od. XVIII. 7. *Ac ne quis modici transiliat munera Libéri, Centaurea monet cum Lapithis rixa ſuper mero Debellata.* ubi vide cl. *Mitſcherl.* — Recte legitur v. 2. μαρνάμενος, quod *Huetius* in μαρναμένους mutari voluit. At lectio vulgata, quam membr. confirmant, longe eſt argutior, cum vinum ſe una cum Lapithis et Hercule Centauros debellaſſe glorietur. *Homerus* l. c. οἶνος καὶ Κένταυρον ἀγακλυτὸν Εὐρυτίωνα Ὤλεσ' ἐνὶ μεγάρῳ μεγαθύμου Πειριθόοιο Ἐς Λαπίθας ἐλθόνθ'· ὁ δ' ἐπεὶ φρένας ἄασεν οἴνῳ, Μαινόμενος κάκ' ἔρεξε δόμοις ἐνὶ Πειριθόοιο.

— V. 2. »Valde obſcurum eſt ſecundum diſtichon, quod ſic exponit vir doctus in auctario ad Phaedri fabellas editionis Conr. Rittershuſii ex officina Plantiniana 1598. μουνογένεια κόρη, Minerva: eadem dicitur φρόνησις. ἐν τρισὶ πλαγαῖς i. e. tribus poculis. Primum poculum vocat philoſophius ἀνάγκης, ſecundum ἡδονῆς, tertium μανίας. Ergo ἡ φρόνησις εἰς μανίαν ἔπεσεν. Quod ait, Κρονίδην ἤκαχον εἰνάλιον, innuit vim ſe intuliſſe τῆς ἀσφαλείας θεῷ, quum Ποσειδὼν dicatur ἀσφάλιος et ἀσφαλίων.« *Br.* Neſcio, quid aliis videatur; mihi quidem eruditio nunquam infelicius et ineptius videtur eſſe adhibita. Agitur in hoc diſticho de *Polyphemo*, qui ebrius oculo ſuo, quem ſolum habebat, privatus eſt. *Oculus* ille *unus* in media fronte poëtae eſt κόρη μουνογένεια. Cf. Ep. XVII. 3. — ἐν τρισὶ πλαγαῖς. Polyphemus tria pocula hauſit ab Ulyſſe ei oblata. Od. *i.* 360. αὐτάρ οἱ αὖτις ἐγὼ πίερον αἴθοπα οἶνον· Τρὶς μὲν ἔδωκα φέρων, τρὶς δ' ἔκπιεν ἀφραδίῃσιν. — Jam nullius eſt negotii poſtrema diſtichi verba explicare, Κρονίδην δ' ἤκαχον εἰνάλιον, quae de Neptuno accipienda ſunt, propter filium Polyphemum gravi dolore perculſo. Cf. Od. *i.* 518. 528. ſqq. Egregie convenit aliud aenigma Cod. Vatic. p. 632. quod *Huſchkius* edidit V. cl. in Analectis nr. LXXVI. p. 307.

Ἐν πυρὶ κειμηθεῖσα κόρη θάνεν· ὁ προδότης δὲ
οἶνος, ὑφ' οὗ δὲ θάνεν, Παλλάδος ἦν στέλεχος·
ὁ κτείνας ναυηγός, ἀλὶ ζώοντι δὲ τύμβῳ
κεῖται, μεμφομένη τὰς βρομίου χάριτας.
Παλλὰς καὶ Βρόμιος (σε) καὶ ὁ κλυτὸς Ἀμφιγυήεις
οἱ τρεῖς τὴν μούνην παρθένον ἠφάνισαν.

Hujus aenigmatis, quod ex elegantiſſimis eſt, verum ſenſum feliciter eruit *Buttmannus* V. cl. cujus acumini plures debeo difficillimorum aenigmatum ſolutiones longe certiſſimas. Agitur de Polyphemo, cui, a Baccho

prodito, Ulyſſes naufragus oculum ſtipite oleagino exuſſit. ὁ ζῶν τύμβος autem ipſe eſt Cyclops (de Thyeſte *Sidon. Apoll.* IX. 109. *Fratris crimine qui miſer vorasti Vivum pignoribus fuit ſepulcrum.* Vide *Ruhnken.* ad *Longin. π. ὕ.* §. 3. p. 244. *Wetſten.* ad N. T. T. II. p. 38.) propter devoratos Ulyſſis ſocios. — ¶. 323.] V. 5. „Verſus vulgo corruptiſſime legitur νῦν δὲ νέμουσα τρίτη πυρίναιον νύμφαισι μιγέντα, nec metri nec ſenſus habita ratione. Quem mox laudavi libellum, dum haec excudebantur, inſpicere neglexi, illius obliterata memoria, et ſic, ut vides, corruptelam ſanavi; Bacchus quam recte πύρινος dicatur, e fabula notum. Mythico ſenſu, nec phyſico minus idem epitheton vino tribuitur: οἶνός τοι πυρὶ ἶσον ἔχει μένος, inquit Eratoſthenes in Erigone. Mos veteribus tribus aquae partibus vini partem miſcendi; Evenus Ep. XV. χαίρει κιρνάμενος τρισὶ Νύμφαις τέτρατος αὐτός. — V. 6. vulgo δέρκετο, quod e ſuperioris verſus ſic emendati ſenſu neceſſe fuit mutare in δέρκεται. At illius libelli auctor diſtichon hoc alio modo ſanavit, et melius quidem, quia etiam in fine ὁμωνυμίας, quas ubique ſectatus eſt carminis auctor, habet, et a veſtigiis antiquae lectionis minus receedit:

νῦν δ' ἐμὲ Μοῦσα τρίτη πυρίναις Νύμφαισι μιγέντα
δέρκεται ὑαλίνῳ κείμενον ἐν δαπέδῳ.

quae ſic exponit: Μοῦσα τρίτη eſt Θάλεια ſeu θαλείη, utrumque convivium ſignificat. Proinde dicit, ſe nunc in conviviis cum caldis aquis mixtum conſpici in vaſe vitreo. Caldam cum vino potabant. Haec ille. Convivium ſeu θάλειαν τρίτην Μοῦσαν quum appellat auctor hujus carminis, reſpicit ad Heſiodum, qui Muſarum in Theogonia recenſens nomina, Thaliam ordine tertiam refert. Alii aliter. Nam Apollodoro octava eſt, nona autem auctori epigrammatis de Muſarum inventis. " *Br.* In

membr. Vat. ſic plane legitur, ut ap. *Stephanum*: νῦν δὲ νέμουσα τρίτῃ πυρινέου νύμφαισι μιγέντα δέκετο. quae non aliter, ac Vir doctus ille, quem *Brunckius* laudat, emendavit *Joſ. Scaliger* ap. *Huetium* p. 81. Veriſſima emendatio et horum luſuum indoli accommodatiſſima.

XIX. Vat. C. p. 624. Anth. Steph. p. 539. Wech. Append. p. 30. Nihil difficultatis hoc Epigramma habet nec multum acuminis. In v. 1. haud ſcio an legendum ſit:

σὺ δὲ βλεφάρεις μὴ δίδοχμας.

ſive minori mutatione:

σὺ δὲ βλεφάρεισι δίδοχμας.

Pronomine enim carere poſſe videmur.

XX. Vat. C. p. 624. Εἰς φοινίκων βάλανον. Anth. Steph. p. 535. Wechel. App. p. 30. — V. 1. οὔνομα μητρός. Palmae fructus, ſive dactylus, eodem nomine appellatur, quo arbor ipſa. *Euſtath* Od. ζ. p. 256. 2. ἐνταῦθα δὲ ἰστέον, ὅτι τε καθὰ ἐλαία, ὅτι δὲ καὶ λοιπὸς λέγεται αὐτά τε τὰ φυτὰ καὶ ὁ καρπὸς δὲ αὐτῶν, οὕτω καὶ φοῖνιξ τὸ φυτὸν καὶ τὸ αὐτοῦ τρόφιμον. et iterum paulo infra: φοῖνιξ — ὄνομα καὶ δένδρου καὶ καρποῦ τοῦ ἐξ αὐτοῦ πρὸς ὁμοιότητα ἐλαίας καὶ βαΐδος. — V. 3. Excitat hoc diſtichon *Salmaſ.* Exercit. in Plin. p. 933. B. et ex eo *Bod. a Stapel* ad *Theophr.* L. II. p. 109. Nihil in palma edule praeter τὸ ἄκρον, τὸ ἄνω, unde rami oriuntur; ibi enim id eſt, quod palmae ἐγκάρδιον ſive ἐγκέφαλον vocant. *Nicander* in Georgicis: Σὺν καὶ φοίνικος παραφυάδας ἐκκόπτοντες, Ἐγκέφαλον φορέουσι νέοις ἐκπαστὸν ἔδεσμα. ap. *Athen.* L. II. p. 71. D. ubi plura de hac palmae parte. — V. 4. ἔντερα. nucleum durum et non edulem.

XXI. Vat. C. p. 624. Steph. Anth. p. 536. Wech. Append. p. 30. — V. 1. „Vulgo legitur ὕλη μέν με τέκεν, ἐκαινούργει δὲ σίδηρος, claudicante metro. Vir doctus, quem modo laudavi, emendavit: ὕλη μέν μ' ἔτεκεν, καὶ ἐκαινούργησε σίδηρος.“ *Br.* In membr. Vat. ὕλη μὲν τετέκεν (sic) ἐκαινούργει. Putabam:

ὕλη μέν ποτ' ἔτικτεν, ἐκαινούργει δὲ σίδηρος.

Agitur de diptychis, quae clauſa, κλειόμενα, ſilere videntur. — V. 4. τὸν Ἄρη. ſtylus ex ferro.

XXII. Vat. C. p. 622. Guijonor. Vit. nr. XXIV. „μάλθα dicitur cera illa, qua pugillares illinebantur.“ *Br.* *Heſych.* μάλθη. μεμαλαγμένος κηρός. ubi vid. Intrpp. — V. 2. ὑπερεντανύσας. Vat. C. — V. 3. ἄρει. ope ſtyli et manus loquor.

¶. 324] *XXIII.* Anth. Steph. p. 536. Wechel. Append. p. 30. Vat. C. p. 624. „In pilam luſoriam pilis ſtipatam et pelle contectam: ideo dicitur λίην ἔντριχος. τὰ φύλλα autem, quibus pili obteguntur, ſunt pelles conſutae, in quibus arctantur pili in rotundam formam. Hoc autem in ludo ὁ μὲν ἡττώμενος, ὄνος ἐκαλεῖτο, καὶ πᾶν ἐποίει τὸ προσταχθέν· ὁ δὲ νικῶν βασιλεύς τε ἦν καὶ ἐπέτασσεν. Sunt verba Pollucis in Onom. p. 1094.“ *Br.* Ineptum eſt aenigma et nullius acuminis. Comparandum eſt triſtichon *Sympoſii* ejusdem argumenti nr. LIX.

Non ſum cincta comis, et non ſum comta capillis;
Intus enim crines mihi ſunt, quos non videt ullus;
Meque manus mittunt, manibusque remittor in auras.

XXIV. „Hoc et quae ſequuntur omnia e vitis Guijoniorum petita ſunt, in quibus nihil intelligo, excepto

penultimo, quod eſt in oleam." *Br.* Vat. C. p. 619. Vitae Guijon. nr. III. Andromache loquitur, quae Hectoris et Neoptolemi conjux fuit. Achilles interfecerat Hectorem, Neoptolemus Hectoris patrem; Paris Achillem (δαὴρ ἐκυρόν), Achilles Eetionem, Andromaches patrem. Notanda poëtae licentia in quantitate mediae ſyllabae vocis ἐκυρός. Primus hoc aenigma *Buttmannus* ſolvit.

XXV. Vat. C. p. 619. Vitae Guijon. nr. IV. „Licet, quid hìc ſignificetur, ignorem, vidi tamen v. 3. ἀντικτυπεῦντος ſcribendum eſſe; male Phil. de la Mare ἀντιτυπεῦντος edidit, niſi typographi ſit error. Tum v. ult. linguae ratione non obſervata ibi legitur: σιγᾶε' ὅταν δεῖ, καὶ λαλεῦε' ὅταν δέοι." *Br.* Mirum, cl. editorem ſenſum hujus Epigrammatis non perſpexiſſe. Agitur de oraculo Dodonaeo. Hanc interpretationem extra omnem dubitationis aleam ponit *Suidas* in Δωδωναῖον χαλκεῖον· ἐπὶ τῶν μακρολογούντων. Δήμων γάρ φησιν, ὅτι τὸ τοῦ Διὸς μαντεῖον ἐν Δωδώνῃ λέβησιν ἐν κύκλῳ περιείληπται, τούτους δὲ ψαύειν ἀλλήλοις, καὶ κρουσθέντος ἑνὸς ἠχεῖν ἐκ διαδοχῆς πάντας, ὡς διὰ πολλοῦ χρόνου γίνεσθαι τῆς ἠχῆς τὴν περίοδον. Nihil explicatius neque diſertius. — ἄρτια dicitur ἠχεῖν Dodonaeum aes, quia ex ejus ſono Deorum voluntas agnoſci poſſe videbatur. — V. 3. ἀντικτυπεῦντος. Vat. C. — V. 5. τὸ κινοῦν. ventus ille divinitus commotus, unde lebetes illi commovebantur. Cf. *Steph. Byz.* in Δωδώνη. p. 324. ed. *Berkel.* et *Zenobii* Paroem. VI. 5. — V. 7. — 9. Jam poëta ſatis inepte hiſtoriam de aere Dodonaeo ad hominum mores accommodat. τῶν εὖν λεβήτων. De loquendi facultate, qua homines ſunt praediti, accipiendum eſſe, nullus dubito. Jam *Menander* ἐν Ἀμφιφόρῳ hominem intemperanter loquacem cum χαλκείῳ Δωδωναίῳ comparaverat. Inſigne comici poëtae fragmentum, quia ad noſtrum aenigma explicandum inprimis facit, ad *Bentleii* mentem emendatum adſcribam;

Ἐὰν δὲ κινήσῃ μόναν τὴν Μυρτίλην
ταύτην τις, ἢ τίνθην καλῇ, πέρας οὐ ποιεῖ
λαλιᾶς· τὸ Δωδωναῖον ἂν τὸ χαλκίον,
ὃ λέγουσιν ἠχεῖν, ἂν παρήψαθ' ὁ παιδών,
τὴν ἡμέραν ὅλην, καταπαύσαις θᾶττον ἢ
ταύτην λαλοῦσαν· νύκτα γὰρ προσλαμβάνει.

Haec fortaſſe obverſabantur *Juvenali* VI. 441. de docta matrona:

verborum tanta cadit vis;
Tot pariter pelves, tot tinnitinnabula dicas
Pulſari. Jam nemo tubas, nemo aera fatiget:
Una laboranti poterit ſuccurrere lunae.

Malleolum mobilem, quo tintinnabulum pulſatur, *Sympoſius* Aenigmate LXXIX. *linguae crepitantis imaginem* vocat. — V. 8. σοὶ δ' ἐντυχοῦσα. Vat. C. Haec ſenſum non habent, non magis ac *Brunckii* lectio, σοὶ δ' εὐτυχοῦσα. Legendum, ni valde erro:

φρεσὶ δ' ἐντυχοῦσα γίνετ' εὐστομωτέρα.

mutatione minima, ſenſu optimo: *Lingua cum ratione conjuncta melius quid ſonat.* Hoc auctorem aenigmatis voluiſſe, ſequens verſus nos dubitare non ſinit, ubi Vat. C. σιγᾶσ' ὅτ' ἂν δεῖ καὶ λαλοῦσ' ὅταν δέοι.

XXVI. Vat. C. p. 619. Vita Guijon. nr. VII. Vocem, quam hic verſus ſignificet, ῥόδος eſſe, probabiliter ſuſpicatur ſagaciſſimus *Buttmannus*. Mugitus bovis eſt βο, vox foeneratoris eſt δός.

XXVII. Vat. C. p. 620. Vita Guijon. nr. X. Ineptum eſſe aenigma pronuntiat idem Vir doctiſſimus, quippe quod plures interpretationes admittat, ſibi tamen *pediculum* ſignificari videri, qui crines defectos pererret.

In hoc aenigmate virum perſpicaciſſimum verum vidiſſe dubito, nec θῆρα ſenſu proprio accipiendum puto. *Serra* potius ſignificatur, quae percurrit ὕλην τμητοσίδηρον, *materiam ferro caeſam*, (*Sympoſ.* Aen. LX. *Dentibus innumeris ſum toto corpore plena*: *Frondicomam ſubolem morſu depaſcor acuto*) ὀρθὰ, eam rectâ ſcindens, (ἰσόδρομον πρίονα vocat *Philipp. Theſſ.* Ep. XV.) ſive ita, ut par eſt, incedens, quamvis ὄπτιος. Convexa pars ſerrae, qua dentibus inſecta eſt, νῶτον vocatur, ut apparet ex *Leonidas Tar.* Ep. XXVIII. τετανόν, νώτῳ καμπτόμενον πρίονα. Jam ὄπτια ſunt, quae in tergo jacent. — Quae ſuperſunt verba, ποσὶν δ' οὐχ ὕπτιος γαίης, nihil difficultatis habent.

¶. 325.] *XXVIII.* Vat. Cod. p. 620. *Guijon.* Vit. nr. XII. Corrigendum ante omnia vitium importunum v. 1. μὴ λέγε, καὶ λέξεις. ut eſt in membr. Initio ſeq. vſ. obſcurum ὠδε an ἀδὲ legatur in noſtro apographo. Ut haec nunc leguntur, vereor, ut ſenſum habeant; nam poſterior pentametri pars cum praecedentibus non coit. An fuit;

μὴ λέγε, καὶ λέξεις ἐμὸν οὔνομα, εἰ δ' ἐμὸ λέξεις,
ὧδε πάλιν, μέγα θαῦμα, λέγων ἐμὸν οὔνομα λέξεις.

Silentium ſignificari videtur; qui tacet, etſi nomen ſilentii non pronuntiat, alios tamen ejus recordari cogit, quod idem eſt, ac ſi illud nominaſſet. Hoc eſt: μὴ λέγε, καὶ λέξεις ἐμὸν οὔνομα. Reliqua jam perſpicua ſunt, oxymori cauſa, in quo natura aenigmatis verſatur, adpoſita. Haec mihi mens auctoris fuiſſe videtur; quod ſi quis meliorem explicationem invenerit, facile me victum fatebor.

XXIX. Vat. C. p. 620. Vitae Guijon. nr. XIII. Feliciter cl. *Buttmannus* Νηρέος emendavit, de piſce hoc aenigma accipiens, qui in catino ex argilla appoſitus

erat. — γαιήϊος υἱός. ſimul terrae filium et opus ex terra factum ſignificat. *Critias* ap. *Athenaeum* L. I. p. 28. C. fictilium inventum Athenienſibus tribuens: Τὸν δὲ τροχοῦ γαίης τὸ καμίνου τ' ἔκγονον οὔρε Κλεινότατον κέραμον. *Anxiphanes* ap. *Eundem* L. X. p. 449. B. τὴν χύτραν circumſcribens: ἡ τροχοῦ βυμαῖσι τευκτὸν κοιλοσώματον κύτος, Πλαστὸν ἐκ γαίης, ἐν ἄλλῃ μητρὸς ὀπτηθὲν στέγῃ. — V. 2. τὸν στυγὸς νάμασι δυόμενον. non ſolum necatum eſſe piſcem indicat, ſed ſimul ad jus reſpicitur, in quo ille natabat. Notandum vero, quod huc inprimis facit, veteres quosdam piſces vivos juſculo injectos ſuffocaſſe, quod erat ἀκοπνίγειν. — Jam apparet, cur poëta ἐμετοῖς νάμασι dixerit, quo argutum oxymoron efficitur.

XXX. Vat. C. p. 620. Vitae Guijon. nr. XV. Difficile aenigma, cujus me verum ſenſum reperiſſe vix affirmaverim. Dicam tamen, quod ſentio; nam in talibus hariolari licet. ἡ παιδοφόνος Ἐκάβη *Medea* eſſe videtur. Ἐκάβη· ἡ ἐκάθεν βεβηκυῖα. *Suid.* Jam Medea e longinquo venerat. Simili luſu Ep. ἀδεσπ. DCXXI. Ἕκτορα τὸν Πριάμου Διομήδους ὄκτανον ἀνήρ. ubi non Tydeï filius, ſed Achilles intelligitur. Cf. *Euſtath.* Ιλ. ε. p. 453. 49. — Medeae τηθή, i. e. *avia*, *Perſeïs* fuit, Oceani filia. Inter belluas marinas eſt Περσεύς, quam *Aelianus* deſcribit H. A. III. 28. λέγεται δὲ ἰχθύων περιεῖναι βώμῃ τὸ σώματος καὶ βίᾳ· ἀλλ' οὐδὲ τῆς τόλμης οἱ ἐνδεεῖ. Femina hujus piſcis Περσηὶς vocanda erat. Hinc luſus. — τὴν πρόσθε λέοντα fortaſſe non ad faciem, ſed ad vim et robur referendum: πέφυκται γὰρ ὀδοῦσι μεγάλοις καὶ πυκνοῖς, ut eſt ap. eundem *Aelianum*. — Hoc ſi minus placuerit, aliam proponam ſolutionem. Virgo marina, ἡ πρόσθε λέαινα, *olim*, *antea* lea, *Thetis* fuerit, quae, cum Peleus ei fomno vinctae vim pararet, ad ſolitas artes confugiens, figuram ſaepe mutavit:

Sed modo tu volucris, volucrem tamen ille tenebat;
Nunc gravis arbor eras, haerebat in arbore Peleus.
Tertia forma fuit maculosae tigridis.

Ovid. Metam. X. 243. cf. v. 260. Leonis formam, de qua *Ovidius* tacet, diserte commemorat *Pindarus* Nem. IV. 101. de Peleo: Πῦρ δὲ παγκρατὴς θρασσομαχᾶν τε λεόντων Ὄννχας ὀξυτάτους ἀκμάν τε δεινοτάτων σχάσαις ὀδόντων Ἔγαμεν ὑψιθρόνων Μίαν Νηρείδων. et *Sophocles* in Achillis Amatoribus ap. *Schol. Pindar.* Nem. III. 60. τίς γάρ μ' μόχθος οὐκ ἐπιστάτει; λέων, δράκων τε, πῦρ, ὕδωρ. Jam si Ἐκάβη παιδοφόνος de *Medea* accipi debet, respexit poëta ad illam fabulam, qua Achilles post mortem Medeam duxisse fertur ap. inferos. V. *Eudoc.* v. Ἀχιλλεύς. p. 81. *Apollon. Rhod.* IV. 814. ubi Juno ad Thetidem: χρειώ μιν κούρης πόσιν εἶμεναι Αἰήταο Μηδείης· σὺ δ' ἄγγυε νυῷ ἑκυρή περ ἐοῦσα. — Tum τηθὴ nova ratione pro *socru* est positum, quam tamen licentiam ne nostrae interpretationi nimium obstare putes, cognationis nomina a Graecis diversa ratione usurpari solent. Quin ipsum verbum τηθὴ variis gaudebat significationibus. *Hesych.* τηθή, τηθίς, ἡ τῆς μητρὸς καὶ πατρός, ἥ τε μάμμη, καὶ ἡ τῶν γονέων ἀδελφή.

XXXI. Vat. C. p. 621. Vitae Guijon. nr. XVI. Non satis perspicio sensum. Cogitabam de cithara, e testa testudinis et chordis ex ovium intestinis composita. Sic certe Hymn. in Mercur. v. 47. πῆξε δ' ἄρ' ἐν μέτροισι τριῶν δόνακας καλάμοιο, Πειρήνας διὰ νῶτα λιθοβλήτοιο χελώνης· Ἀμφὶ δὲ δέρμα τάνυσσε βοὸς πραπίδεσσιν ἑῇσι, Καὶ πήχεις ἐνέθηκε, ἑπὶ δὲ ζυγὸν ἧραρεν ἀμφοῖν, Ἕπτὰ δὲ συμφώνους ὄϊων ἐτανύσσατο χορδάς. Nihil moror ineptam fabulam ap. *Antigonum Carystium* c. VII. qui arietum intestina muta esse ait; nemo enim veterum prae-

ter eum hoc tradidit, unde communem hanc antiquitatis opinionem fuiſſe merito dubites.

XXXII. Vat. C. p. 620. ſq. Vitae Guijon. nr. XVII. Nihil hîc video. — V. 2. ἄγειν ἀγῶνας. Vat. C.

XXXIII. Vat. C. p. 621. Vitae Guijon. nr. XVIII. Sagaciſſimus *Buttmannus* hoc diſtichon ſic emendandum cenſebat:

Οἶνου τὴν ἑτέρην γράφε μητέρα, καὶ θὲς ἐπ' ἄρθρῳ
ἄρθρον· τοῦ πάτρῃ πατρὸς ἄκαιτις, ὁρᾷς.

intelligi autem verba ὁ μητρός, unde Bacchus genitus; addito articulo eſt ὁ Ὀμηρος; hujus patria Σμύρνα, eadem ac Μύρρα, quae cum patre concubuit.

¶. 326.] *XXXIV.* Vat. C. p. 621. Vitae Guijon. nr. XIX. ubi κταντείς. De *Neſſo* optime interpretatur *Spaldingius* V. cl. de quo, monente *Buttmanno*, explicandum eſt quoque aenigma ab *Huſchkio* editum in Analect. crit. p. 303. nr. LXIX.

Τόν με κτείναντα κατέκτανεν· εὖ δέ μοι ἴσθι·
θῆκε γὰρ ἀθάνατον τὸν κτάμενον θάνατος.

ubi recte emendavit doctiſſimus editor: τόν με κατακτείναντα. Cum primis verbis utriusque aenigmatis comparandus *Sophocles* Trachin. v. 1159.

ἐμοὶ γὰρ ἦν πρόφαντον ἐκ πατρὸς πάλαι,
πρὸς τῶν πνεόντων μηδενὸς θανεῖν ἄπο,
ἀλλ' ὅστις ἅδην φθίμενος οἰκήτωρ πέλοι.
ὃδ' εὖν ὁ θὴρ Κένταυρος, ὡς τὰ θεῖον ἦν
πρόφαντον, οὕτω ζῶντά μ' ἐκτεινεν θανεῖν·

XXXV. Vat. C. p. 621. Vitae Guijon. nr. XX. — V. 1. ἰδατα δ' αμφω, Vat. C. unde ſuſpicor, aenigmatis auctorem ſcripſiſſe;

εἴδατα δ' ἄμφι —

Interpretabatur *Buttmannus* de piſce marino (πικρὴ ζωή, quia in amara et ſalſa aqua vixerat), qui dulci aqua, fortaſſe etiam molle (hinc θάνατος γλυκύς) elixus, in garo apponebatur. Quod dicitur ἀναιμάκτοις ἔγχεσι νυσσόμενος, eo referendus videtur, quod vivus calidae aquae ſive melli injectus obierat vi caloris, ſanguine non effuſo. — ζῶν τύμβος eſt venter, ut aenigm. ſupra allato ad nr. XVIII.

XXXVI. Vat. C. p. 621. Vitae Guijon. nr. XXI. Hoc quoque aenigma, cujus ne verba quidem ſatis intelligo, aliis explicandum relinquo. Suſpiceris forte, auctorem *Enceladum* ſignificare voluiſſe, cui Aetna cum tota Sicilia impoſita eſt.

XXXVII. Vat. C. p. 621. Vita Guijon. nr. XXII. Recte clariſſimus editor de olea interpretatur. ἀπειρέσια τέκνα ſunt olivae, ut πυκιναὶ παῖδες ἀμπέλου ap. *Ion. Chium* Fr. I. 6. ubi vide not. T. I. P. I. p. 312. — κατὰ πετρέων, quia olivae ſaxis franguntur. — V. 3. Πυκλίδης eſt *lucerna* fictilis a πυλός. Ambiguitas eſt in verbis φάος ἔσχε, quod h. l. ſenſu proprio accipiendum. Sic quoque proxima, βροτῶν ἄκος, ἔρκος ἀγώνων, ambigua ſunt, quae, cum Achillem ſignificare videantur, revera de oleo, quod et medicinae inſervit, et in certaminibus uſurpatur, accipi debent.

XXXVIII. Vat. C. p. 622. Vitae Guijon. nr. XXIII. In pentametro membranae habent παρθένας. De beſtia quadam videtur dictum, quae ſine concubitu putabatur concipere, ut anguilla, ὃ ἔγχελυς, quam neutrius eſſe ſexus veteres exiſtimabant. V. *Antig Caryſt.* c. LXXXVI. Idem de tigride putabant, cujus maritus Zephyrus. Hinc *Oppian.* III. Cyn. 353. ὠκυτέρα τελέθει δὲ θεῶν πανυπείροχα θηρῶν, Αὐτῷ γάρ τε θέειν ἰκέλη Ζεφύρῳ γενετῆφι. *Claudian.* III. de Rapt. Proſ. 266. *fremit illa marito*

Mobilior Zephyro. Fortaſſe tamen alius ſenſus latet, quem non perſpicio.

Lectt. p. 308.] *XXXIX.* „Apud Suidam in αἶνος et Athenaeum L. X. p. 452. C. hoc etiam habetur aenigma metro ſolutum, quod quatuor ſenariis ſic concluſum legitur in auctario ad Phaedri fabellas: Λιθός τις ἔστιν κ. τ. λ.“ *Br.* Locus *Athenaei* hic eſt: Καὶ τὸ Παναρκοῦς δέ ἐστι τοιοῦτον, ὡς φησι Κλέαρχος ἐν τῷ περὶ γρίφων, ὅτι βάλοι ξύλῳ τε καὶ οὐ ξύλῳ, καθημένην ὄρνιθα καὶ οὐκ ὄρνιθα, ἀνήρ τε καὶ οὐκ ἀνήρ, λίθῳ καὶ οὐ λίθῳ· τούτων γάρ ἐστι τὸ μὲν νάρθηξ, τὸ δὲ νυκτερίς, τὸ δὲ σύνοῦχος, τὸ δὲ κίσσηρις. καὶ Πλάτων δ' ἐν πέμπτῳ νόμων μνημονεύει τοὺς τῶν τεχνυδρίων φιλοσόφους τοῖς ἐν ταῖς ἑστιάσεσιν ἔφη ἐπαμφοτερίζουσιν ἐοικέναι, καὶ τῷ τῶν παίδων αἰνίγματι τῷ περὶ τοῦ σύνοῦχου τῆς βολῆς, περὶ τῆς νυκτερίδος, ᾧ καὶ ἀφ' οὗ αὐτὸν αὐτὴν αἰνίττονται βαλεῖν.

SEQUUNTUR IN ANALECTIS PARALIPOMENA HAEC.

Arionis Methymnaei Hymnus p. 327.
Vide Animadverſſ. T. I. P. I. p. 179.
Ejusdem Epigramma: Ἀθανάτων κ. τ. λ. p. 328.
Ibid. p. 181.
Philiadis Megarenſis. p. 329.
V. Animadvſſ. T. I. P. I. p. 273.
Aſtydamantis Tragici Epigr. p. 329.
V. Anim. T. I. P. I. p. 310.
Hipponis Epigr. p. 330.
V. Anim. T. I. P. I. p. 336.
Archelai Epigr. II. III. IV. p. 330.
V. Anim. T. II. P. I. p. 179. ſqq.
Daphitae Grammatici Epigr. p. 330.
V. Anim. T. II. P. I. p. 105.

Damagetae Epigr. III. [a] p. 331.
V. Anim. T. II. P. I. p. 107. ſq.
Diodori Zonae Ep. VI. [a] p. 331.
V. Anim. T. II. P. I. p. 206.
Antiphanis Ep. I. [a] p. 331.
V. Anim. T. II. P. II. p. 118.
Automedontis Ep. III. [a] p. 331.
V. Anim. T. II. P. II. p. 131.
Quintii Maecii Ep. I. [a] p. 332.
V. Anim. T. II. P. II. p. 211.
Juliani Imperatoris Aenigma III. p. 332.
V. Anim. T. II. P. III. p. 190.
Palladae Alexandrini Ep. Cl. [a] p. 332.
V. Anim. T. II. P. III. p. 247.
Macedonii Conſulis Ep. XXVIII. [b] p. 332.
V. Anim. T. III. P. I. p. 229.

Incertorum Poëtarum.
Ἀργὼ τὸ σκάφος. Ep. CXXXII. [b].
V. Anim. T. III. P. I. p. 365.
Ἀυτίδα, φρῦνον. Ep. CCCXCIV. [b].
V. Anim. T. III. P. II. p. 94.
Σῆς ἔνευεν λητοῦς. Ep. CXVI. [a].
V. Anim. T. III. P. I. p. 354.
Πῶς βοῦς ὑπάρχων. Ep. CCXXIX. [b].
V. Anim. T. III. P. I. p. 418.
Δημώναξ, μὴ πάντα. Ep. LXXVI. [b].
V. Anim. T. III. P. I. p. 327.
Ἓξ, ἕν, πέντε. Ep. CCCCLIV. [b].
V. Anim. T. III. P. II. p. 131.
Ἓξ πόδες ἐν χώρᾳσι. Ep. CCCCLIV. [c].
V. Anim. T. III. P. II. p. 131.

In *Lectionibus* Brunckianis inſerta leguntur haec:
p. 25. *Simonidis* Fragm. XV. [a].
V. Anim. T. I. P. I. p. 214.

p. 25. *Ejusdem* Fragm. XV. *b.*
Ibid.
p. 25. *Ejusdem* distichon. CVII.
V. Anim. T. I. P. I. p. 272.
p. 155. *Antipatri Thessal.* Ep. LXX.
V. Anim. T. II. P. I. p. 342.
p. 159. *Apollonidae* Ep. XXXI.
V. Anim. T. II. P. I. p. 375.
p. 164. *Crinagorae* Ep. XLVII.
V. Anim. T. II. P. I. p. 418.
p. 172. *Antiphili* Ep. XLIV.
V. Anim. T. II. P. II. p. 68.
p. 173. *Ejusdem* Ep. XLV.
V. Anim. T. II. P. II. p. 70.
p. 177. *Parmenionis* Ep. XV.
V. Anim. T. II. P. II. p. 116.
p. 186. *Philippi Thessalonicensis* Ep. LXXXV.
V. Anim. T. II. P. II. p. 210.
p. 195. *Antistii* Ep. I. *a.*
V. Anim. T. II. P. II. p. 320.
p. 234. *Philetae* Fragmenta [III. V. (ad calcem
T. II. Anal. p. 523. 524.)
V. Anim. T. I. P. I. p. 388. 390.]
Ejusdem Fragm. XII. XIII. XIV. XV. XVI.
V. Anim. T. I. P. I. p. 392. sqq.
p. 236. *Archilochi* Fragm. XLIV. XLV.
V. Anim. T. I. P. I. p. 177. sq.
p. 267. *Sullae* Epigr. Τόνδε σοι αὐτοκράτωρ.
V. Anim. T. II. P. I. p. 198.
p. 274. *Incerti:* Οἵδε βίτων. Ep. CCCVII. *b.*
V. Anim. T. III. P. II. p. 55.
p. 274. *Incerti:* Ἑβλαίῳ κήρυκι. Ep. CCCXIII. *b.*
V. Anim. T. III. P. II. p. 61.
p. 286. Εἰκόνα τήνδ' ἐσάθρει. DCXII. *b.*
V. Anim. T. III. P. II. p. 205.

p. 287. Ἐσπερίης πάσης. Ep. DCXII. c.
V. Anim. T. III. P. II. p. 206.
p. 287. Σοί, παιῆον. Ep. CLXII. b.
V. Anim. T. III. P. II. p. 378.
p. 287. Πιστωθῆναι, Θεόδωρον. Ep. CCCLIX. b.
V. Anim. T. III. P. II. p. 76.
p. 288. Τέρπεο καὶ σκηνῆς. Ep. CCCLXXV. b.
V. Anim. T. III. P. II. p. 86.
p. 289. Ἰπνοίδης φίλιος. Ep. CCXCI. b.
V. Anim. T. III. P. II. p. 42.
p. 301. Τέρμα βίου. Ep. DCCLII. b.
V. Anim. T. III. P. II. p. 338.
p. 302. Τὸν πάσης ἀρετῆς. Ep. DCLXXXI. b.
V. Anim. T. III. P. II. p. 254.
p. 302. Μνῆμ' ἀρετῆς. Ep. DCCXXI. b.
V. Anim. T. III. P. II. p. 302.
p. 303. Ἡλικίᾳ, μορφῇ. Ep. DCCXXI. c.
V. Anim. T. III. P. II. p. 305.
p. 303. Μίαιδι Δημόκρατες. Ep. DCCXXI. d.
V. Anim. T. III. P. II. p. 306.
p. 303. Μοίρῃ καὶ λήθῃ. Ep. DCCX. b.
V. Anim. T. III. P. II. p. 288.
p. 303. Ζήσας ὡς δεῖ ζῆν. Ep. DCXCV. b.
V. Anim. T. III. P. II. p. 269.
p. 303. Τήμβος ὅδε κρύπτει. Ep. DCCX. c.
V. Anim. T. III. P. II. p. 288.
p. 304. Τὴν σεμνῶς ζήσασαν. Ep. DCCXVI. b.
V. Anim. T. III. P. II. p. 295.
p. 304. Ἐννεακαιδεκάμηνος. Ep. DCCXXIX. b.
V. Anim. T. III. P. II. p. 316.
p. 304. Ἀλλ' ἐγὼ ἡ τριτέλεινα. Ep. DCLXXXIV. b.
V. Anim. T. III. P. II. p. 256.
p. 308. Αἶνός τις ἐστιν. Aenigmata nr. XXXIX.
V. Anim. T. III. P. II. p. 365.

ADDENDA

ET

EMENDANDA

AD TOMUM SEXTUM

SIVE

COMMENTARII TOM. I. PART. I.

P. 2. Locis, in quibus poëtae dicuntur coronas nectere, adde hunc *Themistii* Orat. IV. p. 54. B. στέφανον – ὃν ἐγὼ ἐπλεξάμην, ἄνθη ἀκήρατα συλλεξάμενος ἐκ τῶν Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους λειμώνων. Id. Or. XV. p. 185. A. διὰ τί μοι τῆς αὐλῆς ἡ γλῶττα ἀποκεκλείσεται, καὶ οὐκ ἐπιτρέψει, καθάπερ μοι ἔθος, ἐκ τῶν Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους λειμώνων δρεψαμένῳ ἄνθη ἀκήρατα, καὶ ὧν σίδηρος οὐ θιγγάνει, στεφάνους πλέξαι τῷ βασιλεῖ. ubi facile agnoscis imitationem *Euripidis* in Hipp. v. 73. Cf. *Valckenar.* p. 170. sq. et cl. *Mitscherlich* ad *Horat.* I. Carm. XXVI. 8. et IV. Carm. II. 27.

P. 9. In Meleagri C. I. v. 35. verba de Anacreonte: τὸ μὲν γλυκὺ κεῖνε μέλισμα Νέκταρος – sic accipienda, quasi poëta dixisset μέλισμα πλέον νέκταρος. *Meleager* se nectarea Anacreontis odaria et florentes elegos coronae suae intexuisse ait. Vir doctus in Ephem. Gothan. ann. 1799. nr. 30. p. 252. corrigendum suspicabatur: τὸ μὲν γλυκὺ κεῖνο μέλημα Ἔλαρος. – *rosam* significari existimans ex *Anacr.* Od. V. 3. ῥόδον ἔλαρος μέλημα. Elegans conjectura; at vocabulum νέκταρ in mendo cubare vix crediderim, praesertim ob *Antipatri* locum in notis laudatum. Notanda autem *Meleagri* audacia, qua non solum Anacreontem ipsum — non florem quendam —

coronae intexit, id quod etiam in aliis locis facit, verum etiam illum ipſum μέλισμα νέκταρος et ἀνθέμιον εὔοπτον εἰς ἐλέγους appellat. Sic enim hic locus accipi debet, unde apparet, vanam eſſe conjecturam, quam propoſui p. 10. εὔοπτος εἰς ἐλέγους eſt *elegorum fertilis*.

P. 12. Ad *Meleagri* Carm. I. 48. Hermodori nomen griphis locum dediſſe, intelligitur ex *Athen.* L. X. p. 445. E. — Mox l. 23. lege *proinde* pro *proindo*.

P. 14. l. 14. corr. *Huic* pro *Hic*. — V. 54. κυάνων τ' ἄνθεα. Cum *cyani* jam in ſuperioribus facta ſit mentio (v. 40.), *Purgold*, juvenis eruditiſſimus, in Obſſ. crit. p. 283. hoc loco κυάμων δ' ἄνθεα corrigendum cenſet. Fabarum flores non quidem inter coronaries referri ſolere; at eſſe etiam v. 17. 18. platani atque nucis racemos, v. 30. βρωτὴν κεφάλα. Fieri poſſe etiam, ut *Meleager* ad indolem atque argumenta Epigrammatum *Phaniae* reſpexerit, quae, cum nihil alti atque magnifici ſpirent, facile cum fabarum floribus comparari potuerint.

P. 15. *Meleagri* Ep. II. V. 5. in Ap. Pauwiani margine notatur, tanquam *Guyeti*, καὶ μὲν, et ſeq. vſ. ἂν βόδον. In eodem Apogr. v. 3. 4. 6. ἴν habetur pro ἐν. — V. 10. ibidem conjectura proſtat tanquam *Guyeti*: ἱμερτόν τ' ἀρετῆς κλῶν' ἐπαπεδρέπετο. nihil vidi infelicius.

P. 19. *Meleagri* Ep. IV. 3. Haec *Corn. de Pauw* ſic diſtinguenda et emendanda cenſebat:

ἥρπασας' ἄλλον ἔρωτ', ἄρνες λύκον οἷα, κεραύνῳ
σκέρπιον ὥς, τέφρῃ πῦρ ὑποθαλπόμενον;

interrogative enim haec efferenda eſſe. Deinde proponit etiam ἐρῶντα, et totum diſtichon ſic exponit: Vos oculi, arripuiſtisne alium amantem, qui ignem fovet ſub cinere, qui, prout auguramini et creditis, vos ada-

mat, ſed iſtius erga vos amoris indicium hactenus non praebuit ſatis apertum, qui vos amat, nec tamen videri vult veſtrum amator? Eſtisne queruli ea de re, ac ſi conditio veſtra ſit eadem, quae agnorum lupum invadentium vel cornicis ſcorpium tenentis, ut vulgo dici ſolet, ubi de negotio difficillimo et ejus auctore plerumque noxio verba fiunt, ut juſtus proinde metus ſit, ne forſitan ſitis carituri in poſterum et nova iſta captura amantis, qui laqueis veſtris nondum ſatis arcte videtur irretitus, et me, cui factum iſtud ſuſpicamini valde displiciturum. — V. ult. idem corrigit:

ἔρκος ἀπὸ ψυχῆς εἷλε μάγειρος Ἔρως.

P. 21. *Meleagri* Ep. V. 5. Scribendum procul dubio, ne litera quidem in Cod. lectione immutata:

λαίνοι δὲ Αἴων τόδ' ἐύστοχον ἐν χερὶ τείνων
σὸν κέρας, Οὐδιάδης δ' αὐτὸ περισκυθίσαι.

P. 23. *Meleagri* Ep. VII. 1. ἱμπνείοις corrigit *de Pauw*, male. — Pro δυςέρωτες *Purgold* in Obſſ. crit. p. 285. mallet: ὦ δυςέρωτος, quia nihil ſit in hoc Epigrammate, cur poëta ſe ad ſocios malorum convertat. Non perſuadet. Poëta δυςέρως iis, qui in eadem Charybdi laborant, aptiſſime ſuos cruciatus enarrat. — ἥμισυ μευ ψυχᾶς. *Statius* Sylv. III. 2. 6. *juvenis dubio committitur alto, Mezius, atque animae partem ſuper aequora noſtrae Majorem transferre parat.*

P. 24. *Meleagri* Ep. VIII. Simile acumen ap. *Ovidium* X. Metam. 515. ubi Adonis comparatur cum Amoribus: *Sed ne faciat diſcrimina cultus, Aut huic adde leves, aut illi deme pharetras.*

P. 25. *Meleagri* Ep. IX. 3. μὰ inſertum debetur *Salmaſio*. — V. 4. τεὔμπαλιν idem correxit, cum membr.

habeant τάμπαλιν. Scribe τἄμπαλιν. Quum enim τὰ ἴμπαλιν dicatur (cf. *Antip. Sidonii* Ep. IX. 5. *Herodotum* L. II. 121.) haud ſecus ac τὸ ἴμπαλιν, ſponte apparet, τἄμπαλιν non minus recte poni ac τοὔμπαλιν. Eadem forma revocanda in Ep. XXXIII. Sic eſt in *Aeſchyl.* Perſ. 221. *Euripid.* Helen. 317.

P. 25. 26. *Meleagri* Ep. X. V. 1. ὡς eſt pro ὅτε. Quum quondam aeſtate ſiti laborans tenellum puerum oſculatus eſſem, ſitim ſubito extinctam ſenſi. τότε in ſequ. vſ. abundat, ut ap. *Anacreont.* Od. LII. 21. ὃ δὲ μὴ λόγοισι πείθων, τότε μὴ θέλουσαν ἄγχει. ubi *Fiſcherus* ſimilia congeſſit, noſtri loci non memor. — V. 2. Pro εἶπα marg. Ap. Guy. et Ruhnk. οἶδα. — V. 3. ἦ ῥα φ. curr. C. *de Pauw.* — Lectio apographorum quorundam φίλημ' ὅτε ex marg. Ap. Guy. profluxit. — V. 4. 5. pro ſpuriis et addititiis habet margo Guy. et Ruhnk.

P. 27. *Meleagri* Ep. XI. 1. ἄνυες πρῶτος legendum eſſe contendit *Corn. de Pauw.* Idem v. 8. καὶ τὸν ἔρωτα νέον tentat: quae amorem novum nutris et ſecundum, alterum ab ipſo Cupidine, Veneris gnato.

P. 28. *Meleagri* Ep. XII. 1. Lectio in Analectis non ex *Brunckii* ingenio profecta, ut olim exiſtimabam, ſed ſic legitur in marg. Ap. Guy. ex *Salmaſii* procul dubio conjectura, cui etiam v. 4. emendatio debetur. — V. 5. pro ἦ τάχα *Pauw* tentabat ἦ μάλα ſeu ἦ μάλα. — V. 7. ὄφρα τυπωθεὶς corr. Vir Doctus in Ap. Ruhnk. ſubaudiens, ὁ Πραξιτέλης, *in templum, quod amor ſolet occupare.* — Locis allatis, quibus mortalium pectora Deos dicuntur continere, adde *Ovidium* III. ex Ponto VI. 25. *Nuper eam* (Juſtitiam) *Caeſar facto de marmore templo, Jam pridem poſuit mentis in aede ſua.*

P. 30. *Meleagri* Ep. XIII. 1. σιγῶν αὐδᾷ. *Ovidius* I. A. A. 573. *Atque oculos oculis ſpectare fatentibus ignem. Saepè tacens vocem verbaque vultus habet.* — V. 6. πόθοις prae-

cedentibus non ſatis reſpondere cenſens *Pauw* τοῦ δὲ χροὸς corrigit.

P. 30. *Meleagri* Ep. XIV. 2. emendatus ad mentem *Salmaſii*, ut etiam v. 5. 6. — V. 6. πίτνεα πολλῶν damnans ut ineptum V. D. in Ephem. Goth. ann. 1799. nr. 30. p. 252. πίτνεα πόδων corrigebat, ex Ep. CIX. 4. Idem *Schneidero* in mentem venerat, qui etiam v. 5. αἰτοῦμαι tentabat. — V. 9. C. *de Pauw* corr. εἰ δὲ πίλη μοι ſive μαν, *ſi ad me accedat puer*; quod ſoloecum.

P. 32. *Meleagri* Ep. XVI. 1. 2. emendati ad mentem *Guyeti*, ut diſerte affirmatur in marg. Ap. Ruhnk.

P. 35. *Meleagri* Ep. XVIII. 1. ψυχεοπότας *Salmaſio* deberi, recte ſuſpicatus ſum. Varia tentat *Pauw*, quae repetere piget, niſi quod v. 5. ἢ γὰρ corrigit. — V. 3. in marg. Ap. Ruhnk. et Guy. conjicitur: ψυχρὸν ὕδωρ ψυχῆς εἶκος (ſic in utroque Cod. ſed nullus dubito, quin emendationis auctor ἅμας ſcripſerit) ἄρτι. In marg. Ap. Pauw. tanquam *Guyeti* habetur: ψυχρὸν ὕδωρ διψῶ ψυχῆς εἶκας κ. τ.

P. 37. (*Meleagri* Ep. XIX.) lin. 4. verba *prorſus negligenda ſit*, ſic refinge: *non admodum urgenda ſit.* — V. 4. ἐπασπερόντες reperitur jam in marg. Ap. Guy. et R. ubi praeterea ἀεὶδὲς corrigitur pro παιδὲς. — Mox v. 5. in marg. Cod. Guy. ἠδὲ φίλοις. In Apogr. Ruhnk. praeterea: f. ἠνφιλὲς *vel* ἠδόφιλον *Salmaſius.* — *Purgold* in Obſſ. crit. p. 285. propoſuit: εἶδος ἀφαμύζων χείλεσιν ἠνφιλῶ. *imaginem amplexu venens.* Verbum ἀφαμύζειν reſpondet Latinorum *applicare*, quod in re amatoria uſurpatum illuſtrat *Ruhnkenius* ad *Rutil. Lup.* p. 97.

P. 39. *Meleagri* Ep. XX. V. 2. Κύπλωπας προφυγόντ' margo Apogr. Lennep. idque ipſum in contextu Ap. Pauwiani reperitur. At copula abeſſe non poterat. — V. 6. Ex *Propertii* loco, quem et nos laudavimus, *Huſchkius* emendat in Anal. crit. p. 71. αὐτομάτοις δ'

ἄχαν ποσσὶ –. Nihil hac emendatione verius et acutius. Idem comparat *Tibull.* II. 6. 13.

Juravi quoties, rediturum ad limina nunquam?
Cum bene juravi, pes tamen ipse redit.

Adde *Apollon. Rhod.* L. III. 1152. αὐτομάτοις δὲ πόδεσσι θοῦς ἐπεβήσατ' ἀπήνης. — V. 7. Margo Ap. Guy. et Ruhnk.: »γεμισθεὶς οἶνου recte dicitur, οἶνον, πῦρ nonnisi barbare dici videtur. Ineptum et frigidum distichon et supposititium forte.« — V. 8. *Cornel. de Pauw* corrigendum vidit: ἀλλὰ φίλῳ, ξεῖνοι, – sive versu sequ. ἀρκέσατε ξείνῳ. — V. 9. Ex lect. membr. ἀρκεσάτω procul dubio scribendum:

ἀρκέσατ', ὦ ξεῖνοι.

idque ipsum, simul cum ea lectione, quam *Br.* recepit, in marg. Ap. Guy. et Ruhnk. notatum est.

P. 41. *Meleagri* Ep. XXII. 1. ἄτ' ἦν ποτε. sive ὅθ' ἦν. margo Ap. Guy. et Ruhnk. Ineptius etiam *de Pauw*: ὦ ἦν π. *vaeh, erat aliquando!* Nihil vulgata sincerius. Laudatis adde Ep. ἀδέσπ. (quod *Tymnae* est) DCCLVI. Ταῦρόν μιν καλέσκον, ὅτ' ἦν ἔτι. Ap. *Meleagrum* distinguendum:

ἦν καλὸς Ἡράκλειτος, ὅτ' ἦν, ποτε.

P. 42. *Meleagri* Ep. XXIII. 5. Ὀλύμπου est in membr. quod pro ἐξ Ὀλύμπου accipiebat *Pauw*, qui νέος praeterea legebat. In marg. Ap. Guy. et Ruhnk.: *Ordo*: ὡς γὰρ ὁ Ζεὺς οἶδε κεραυνοβολεῖν Ὄλυμπον, τὸ ὄρος, οὗτος ὁ παῖς τὸν νέον i. e. τοὺς νέους οἶδε κεραυνοβολεῖν.

P. 43. *Meleagri* Ep. XXIV. 14. ἐτοσφέμων emendatur etiam in Ap. Guy. et R. ut et v. 5. μνήμην.

P. 45. *Meleagri* Ep. XXV. 1. ἀλόων *errabundus amor*. Margo Ap. Guy. — *Pauw* jungebat ἀλόων ἀφρονυχί, *qui*

prima nocte obterat, quia tunc ſcilicet animus maxime in amorem pronus. At ἀκροκυχὶ cum ἔκνεφε copulari debet, poſitum ſcil. pro ἄκρῃ ὄνυχι. — V. 4. χειόμενος μέλεσι corrigitur in marg. libri Lennepiani. Unice verum eſt καιόμενος. — Pro κρᾶμα *Pavoni* τραῦμα in mentem venit.

P. 46. *Meleagri* Ep. XXVI. 2. *Purgold* in Obſſ. crit. p. 285. corr.: ἀστιβόμεν καρπὸν καιομένου θέρεος.

P. 47. (*Meleagri* Ep. XXVII.) lin. 26. corr. *Parthenium* c. XXIX. — V. 3. 4. *Pauw* plane ſic conſtituit et interpretatur, ut *Toupius*. Hunc locum, olim a me ſine ſucceſſu tentatum, ſic fortaſſe reſtitueris:

μηδὲ σὺ τὸν στεφθέντα, λύρη, Φοίβοιο προφήτᾳ,
δάφνῃ παρθενίῃ μέλφ' Ὑάκινθον ἔτι.

Hyacinthum lauro virginali coronatum ne amplius celebra, lyra, Phoebi interpres. In marg. Apogr. Guy. haec leguntur tanquam *Salmaſii*: „An quod apud Delphos et alibi Hyacinthus ab Apollinis prophetiſſa praedicari in honorem Apollinis ſoleret. Δάφνη hîc ἡ προφῆτις vocatur, nomine Apollini caro et famulis ejus imponi ſolito. Alludit autem ad Daphnen ab Apolline amatam.“

P. 51. *Meleagri* Ep. XXX. 4. νύκτατον *Salmaſio* debetur.

P. 51. *Meleagri* Ep. XXXI. Monendum erat, receptam apud veteres opinionem fuiſſe, inter nomina hominum et fata ipſis deſtinata conjunctionem quandam intercedere. In qua conjunctione cum eſſet, quod animum admiratione et timore impleret, ſaepe nomina a Tragicis tanquam omina rerum futurarum repraeſentari, nemo mirabitur. Ex hac obſervatione plura loca, Tragicorum inprimis, quae Criticorum prava ſedulitas tanquam interpolata damnavit, defendenda ſunt. — Quod *Brunckius* noſtrum Epigr. pro mutilo habet, id *Salmaſii* obſervationi debetur.

P. 53. *Meleagri* Ep. XXXIII. 2. revocanda membranarum lectio:

τόνδε δὲ μή, τἄμπαλιν οὐδὲν ἐγώ.

Cf. ſupra notata ad Ep. IX.

P. 53. *Meleagri* Ep. XXXIV. V. 3. αὐτὸν marg. Ap. Guy. et R. *ſuſtinuiſti Theronem.* Hoc idem placebat *C. de Pauw* et Viro D, in Actis Erud. anu. 1753. p. 278. qui hoc Ep. latinis numeris, ſed minime bonis, reddere conatus eſt. — P. 54. lin. 10. adde: *Sapphus* ap. *Athen.* L. XIII. p. 564. D. στᾶθι κἄντα φίλος καὶ τὰν ἐπ' ἔσχατα ἄμπεκον χάρων. — V. 5. Marg. Ap. Guy.: *Lege* τὰν *i. e.* τὰν Νιόβαν.

P. 55. *Meleagri* Ep. XXXVI. 1. καὶ eſt in Ap. Ruhnk. et Pauw. Hic proponebat: ἠγρεύθην, αἰ πέραχθέν! *Capius ſum, peracta res eſt!* Inepte. — V. 3. idem ναὶ μ' ἐπὶ — malebat.

P. 57. *Meleagri* Ep. XXXVII. 5. ἀμπνεύσας. marg. Ap. Guy. et Ruhnk. θάμβος eſt in utriusque contextu. In marg. Ruhnk. θαμβεῖς. *Cod. Salm. an* θαῦμα?

P. 57. *Meleagri* Ep. XXXIX. 4. ψυχᾶς habet Ap. Guy. et Ruhnk.

P. 59. *Meleagri* Ep. XL. 3. ἐπὶ ſuppletur in Ap. Ruhnk. In marg. ἐνὶ et ὑπὸ conjicitur.

P. 60. (*Meleagri* Ep. XLI.) lin. ult. adde: *Nonni* Dion. L. X. p. 284. 8. de Baccho Ampelum depereunte: δείδια, μὴ Κρονίδαο ἐρασσάμενος ὄφρις ἐρώτων Ἀπρεϊδὴς ἀκίχητος ὑπὲρ Τμώλοιο Φανείη, Φειδομένοις ὀνύχεσσιν ἐς ἥβεα παῖδα κομίζων.

P. 62. *Meleagri* Ep. XLIII. 1. γλυκὺ γ' margo Ap. G. et R.

P. 62. *Meleagri* Ep. XLIV. 2. λειπὸν pro λειφθὲν emendat *Zeune* in Anim. ad Anacr. p. 34.

P. 64. *Meleagri* Ep. XLV. 3. Idem hemiſtichium cum eadem lectionis varietate legitur Ep. XXIX. Utroque loco *Corn. de Pauw* χειμαίνει retinendum cenſebat.

Ibid. *Meleagri* Ep. XLVI. 1. Pro τερπνὸς Vir Doctus in Ephem. Goth. ann. 1799. nr. 50. p. 252. λεπτὸς emendandum cenſebat, comparato loco *Sapphûs*, ubi eſt λεπτὸν χρῶ. Equidem λεπτὸς abſolute de homine poſitum, vix aliud quid, quam *macilentum*, ſignificare, exiſtimaverim.

Ibid. *Meleagri* Ep. XLVII. 2. et 5. reſtituendae membranarum lectiones. ἐν' ἄγρης ſincerum. ἐπὶ etiam cum verbis motum ſignificantibus genitivum adſciſcit. *Theocrit.* XXI. 58. ναυτίλον ἐπ' ἰχνείοντα.

P. 65. *Meleagri* Ep. XLVIII. 1. ἐρῶντι habet margo Ap. Guy. et R. Reſtituendum Ἐρῶντες. — V. 3. probata emendatio noſtra *Lenzius* V. Cl. in Ephem. Goth. ann. 1799. nr. 30. p. 252. praeterea corrigit: αἰὲν' χαῖρ' ἄρσην κ. λ. — V. 4. Margo Ap. G. et R. λαβίειν *matulam.* (fort. mentulam.)

P. 66. lin. 2. Adde: *Maximian.* El. II. 30. de Lycoride: *primae retinet monumenta figurae, Atque inter cineres condita flamma manet.*

P. 67. *Meleagri* Ep. L. V. 3. 5. veterem ſcripturam ſed praefero. Ad v. 6. *H. Stephanus* in Epigr. Selectis haec notavit: „Haec verba γενέτης δ' οὔτε τίς, οὔτε τίνος videntur per parentheſin poſita eſſe, et ejus nota debere includi, ut videlicet perinde ſit ac ſi diceretur, Taceo de patre, quippe qui omnino ignoretur. Addit autem οὔτε τίνος, quod ſolerent, cum dixiſſent, quis eſſet aliquis, ſtatim addere, cujus eſſet filius. At Urſinus Velius quomodo haec verba intellexerit, non facile quis dixerit. Ita enim interpretatur: genitor nemo nec alterius.“

P. 68. *Meleagri* Ep. LII. 5. *Purgold* in Obſſ. crit. p. 286. legendum cenſet: ἢ γάρ σευ τάδ' ἐδηγὰ ποεῖν

ἀκόντιστε κέλλας. ut δέμνια ποδῶν sint alae, quae pedibus viam per auras quasi muniunt. — V. 8. λυγρά, quae est membr. et Planud. lectio, non in ἀθέα mutandum erat, sed in

λύγκα παρ' αἰνολίοις.

P. 70. lin. 16. adde: *Themist.* Or. XX. p. 234. C. et p. 244. B. — V. 5. μοι καὶ ποτ' emendandum censet *Huschke* in Anal. cr. p. 61. comparato *Propert.* II. 12, 13. *Evolat heu nostro quoniam de pectore nunquam, Assiduusque meo sanguine bella gerit.* *Purgold* in Obss. crit. p. 286. ναὶ καὶ ποτ' ἐφ.

P. 71. *Meleagri* Ep. LIV. 3. In lectione membr. et Plan. ἦ γάρ τοι τρία fortasse latet:

ἦ γὰρ ὁ παῖς τρία — —

P. 71. *Meleagri* Ep. LV. 1. πρωνθέν. Ap. Guy. et R. in marg. τὸ πάροιθεν. — V. 3. φιλόβουλα *Salmasius* in marg. Apogr. Guy.

P. 72. *Meleagri* Ep. LVI. 5. ὁ πολὺς φθόνος. Ap. G. et R. cum interpretatione: *invidiosa sapientia valeat.*

P. 73. *Meleagri* Ep. LVII. 4. Ad δύσας haec notantur in Ap. G. et R. τῷ οἴνῳ i. e. vino altero vinculo devinctum trahis. — Versum olim a me tentatum nunc sincere scriptum esse puto. Sensus est: Amoris flammis, o Bacche, faves, et me, a vino auxilium contra Amoris cruciatus petentem, supplicem tuum, tuis vinculis oneras, et catenis irretitum trahis. — V. 5. κρίνιστος habet etiam margo Ap. G. et R. Ibidem v. 6. κώμῳ *jactans, glorians*; male.

P. 75. *Meleagri* Ep. LVIII. 7 — 14. integrum fortasse Epigramma constituere suspicatur *Huschkius* Anal. cr. p. 43. me non adsentiente. — V. 9. ἄτευκτον. marg. Ap. Guy. In Ap. *Rubnken.* praeterea ἄτευκνον i. e.

πανύεργον proponitur. — V. 7. C. *de Pauw* aut ἐν πυρὸς αἴθει ab αἴθυς, aut ἀκμῇ, aut denique ἐμπυρος αἴθῃ. Poſterius mihi quoque in mentem venerat. — V. 11. οὐκ ᾔδεις. Malim per interrogationem efferri.

P. 76. 77. *Meleagri* Ep. LX. 3. Vehementer me poenitet conjecturarum, quas ad h. l. expromſi, de cujus integritate ne dubitandum quidem. Junge ὠδε, τὸ βεβαρημένον ὄμμα μυνόει σε ἄγρυπνον, γεγονέναι ſcil. *oculus ſomno gravatus te noctem transegiſſe vigilem indicat.* Optime hoc monuit *Purgold* in Obſſ. cr. p. 286.

P. 78. *Meleagri* Ep. LXI. 3. ante *Reiskium* ſic emendavit *Salmaſius*. — V. 7. τάχε πάντα λέγ' αὐτῇ. et mox προάγω. margo Ap. G. et R.

P. 80. lin. 1. Adde poſt *lectio*: ex marg. Ap. Guy. derivata, ubi tamen adſcriptum ἐκτέχω. — V. 8. In marg. Ap. G. et R. δεῦρ' αὐτῇ δέσμιον ὦδε νέμε, ἔχε. V. D. ſibi fingebat poëtae rivalem vinctum.

P. 81. *Meleagri* Ep. LXIV. 4. πόλλ' ἀποδυρομένῳ. *Propertii* Cynthia L. I. El. III. 43. *Interdum graviter mecum deſerta querebar.* — Cl. *Huſchke* in Anal. crit. p. 56. re ipſa mecum conſentiens, verius tamen putat, quod ipſe legendum eſſe conjecit: πόλλ' ἀποκλαομένην. ἀποκλάειν ſive ἀποκλαίειν interdum eſt *elugere*. *Aeſchyl.* Prom. 642. ὡς κἀποκλαῦσαι κἀποδύρασθαι τύχας. *Ariſt.* Veſp. 564. οἱ μὲν γ' ἀπόκλαονται πενίαν αὑτῶν. — V. 6. ἐκδήσω. marg. Ap. G. et R.

P. 82. *Meleagri* Ep. LXV. 1. 2. 3. 4. ὦ emendatum in marg. Ap. G. et R. additis verbis: „notandum ὦ cum accuſativo jungi, quae latina conſtructio eſt.“ Propter ſequens carmen, quod noſtro ad amuſſim reſpondet, Vir doctiſſimus, *Godofr. Henr. Schaefer* in literis ad me datis, improbata *Brunckii* lectione, οὐ ſervandum cenſet per totum hoc Epigramma. οὐ omiſſo μὲ poni, docuit *Valcken.* Ep. ad *Roever.* p. 28. *Koen.* ad *Gregor.* p. 117. *Brunck* ad *Soph.* Oed. T. 660. Veriſ-

sime! Eandem emendationem V. D. nunc proposuit ad *Longi* Pastor. p. 416. sq.

P. 83. *Meleagri* Ep. LXVI. 2. καὶ hoc quoque loco reponendum esse, verissime censet *Schaeferus*. — P. 84. l. 15. Lege *parasitus* pro *parasita*, quod vitium, ortum ex loco *Horatii* I. Serm. II. 98. male intellecto, passim recurrit.

P. 85. lin. 14. parum feliciter tentavi versum *Anaxilae* Comici ap. *Athen.* XIII. p. 558. C. Fortasse fuit:

ἢ δὲ Νάννιον τί δεινῆς διαφέρειν Σκύλλης δοκεῖ.

Adde *Alciphron.* I. Ep. VI. de meretrice: κωμάζουσι γὰρ εἰς αὐτὴν ἡ πρὸς θάλασσαν νεολαία, καὶ ἄλλος ἄλλο δῶρον ἀποφέρει· ἡ δὲ εἰσδέχεται, καὶ ἀναλοῖ Χαρύβδεως δίκην. ubi vide *Wagnerum* p. 41.

P. 86. lin. antepen. Lege Καλλίσχιον pro Θαλλίσχιον. Monuit me cl. *Lenzius*, verba ἤλλακται διπλοῦν γράμμα Συρακόσιον dicta esse per brachylogiam pro: *mutando inducta est duplex littera Syracusia* Comparat idem *Eurip.* Bacch. v. 53. ὧν οὕνεκ' εἶδος θνητὸν ἀλλάξας ἔχω Ibid. v. 1329. Ἐνθηριωθεὶς' ὄφεος ἀλλάξει τύπον. *Lycophr.* v. 195. et 334. *Mitscherl.* ad H. in Cerer. 274. *Valcken.* in Diatr. p. 246. sq.

P. 88. *Meleagri* Ep. LXXII. 4. Verba καὶ τὸ φιλεῖν, quae depravata esse suspicabar, acute refinxit cl. *Huschke* Anal. cr. p. 73. παῖδα φιλεῖν vel παιδοφιλεῖν corrigens; subaudiendum πάρεστι, ut in loco *Sophocl.* Phil. 1165. εὖ γιγνῶσ', ὅτι σοι Κῆρα τάνδ' ἀποφεύγειν. vide *Schol.* — Quod speraveram, ad v. 5. emendandum alios meliora reperturos esse, quam ipse repereram, jam contigit ejusdem perspicacissimi viri ingenio, qui certa emendatione scribendum proposuit:

ἆδε φίλα θρασυτῆρι χάρις; καὶ τὸν βαθὺν ὄρθρον — —.

Haeccine eſt gratia, quam nutritori tuo refers? Idem in mentem venerat *Purgoldio* Obſſ. cr. p. 287.

P. 90. *Meleagri* Ep. LXXVII. 1. 2. Legendum, una litera leviter immutata:

Οὐκέτι Τιμαρίου τὸ πρὶν γλαφυρὸῖο κέλητος
πῆγμα φέρει πλωτὸν Κύπριδος εἰρεσίην.

Junge: τὸ πρὶν πλωτὸν πῆγμα κέλητος Τιμαρίου. Timarii cymba, navigationi olim apta, Veneris remigium non amplius perfert. — V. 5. χαλᾷ. *Epicrates* ap. *Athen.* L. XIII. p. 570. D. de Laïde vetula: τὰς ἁρμονίας δὲ διαχαλᾷ τοῦ σώματος. — V. 6. margo Ap. G. et R. „γάστρη. γάστρα et γάστρη eſt venter navis; hîc autem pro γαστὴρ poſitum. Poſt v. 6. diſtichon intercidiſſe videtur.“ γαστρὸς poëtice pro γαστήρ, ut φύλακος pro φύλαξ. — V. 9. τοι ζωός. marg. Ap. G. et R. ubi ad ſeq. vſ. haec notantur: „An ἄνωθι i. e. in ſuperis, ap. ſuperos, vivus videnſque, ut ait ille. τὸ ἄνωθι hîc mire facit, alias ἄνωθε legendum. τὸ ἄνωθι inuſitatum.“ Ad ἄνωθε tuendum vide an faciat *Ariſtoph.* in Eccl. 1100. ubi juvenis vetulae mancipatus miſeram ſuam ſortem deplorans: — δεῦρ' ἐκπλέων, Θάψαι μ' ἐν αὐτῷ τῷ στόματι τῆς ἐκβολῆς, Καὶ τῶν ἄνωθεν ἐπιπολῆς τοῦ σήματος Ζῶσαν καταπίττώσαντας. — In εἰκόσορος reſpicitur ad σορός· nam vetuli vetulaeve σοροὶ et τάφοι vocantur. Cf. notata ad *Ruſin.* Ep. XXXII. T. II. P. III. p. 176.

P. 94. *Meleagri* Ep LXXIX. 5. *Corn. de Pauw* tentabat φλογμὸς πάντη vel ἐκ δὲ φλογὸς καυτῆς, *ex flammula uſtor me invaſit.* — Quae olim propoſui, nimis foriaſſe recedunt a membr. ſcriptura. Num fuit: ἐκ δὲ φλόγος πάντη μοι ἐπέδραμον. i. e. ἐξεπέδραμον. *ex illa ſcintilla flammae undique exortae me circumdederunt.*

P. 94. *Meleagri* Ep. LXXX. Argumentum hujus Epigrammatis ſic concepit *C. de Pauw*: „Meleager quan-

do verſus hos pangebat, ex inſula Co, in qua habitabat et tandem mortuus eſt, peregre profectus erat, relicto domi puerulo ſuo, Phanio, quem dum meruit, ne abſentiam ejus forte longiusculam impatientius ferret, vel de felici ejus reditu animo foret ſollicitus, nautis, neſcio quibus, mandat, ut, ſi forte puerum viderint, ei haec nuntient.“ V. 3. idem ſic explicat: „Si videatis forte Phanium meum ad litora inſulae Cos, oculos habentem defixos in mare coeruleum et quotquot mare peragrant naves.“ Deinde ſequens diſtichon ſic corrigit: Τοῦτ' ἔπος ἀγγείλασθε καλῷ νοΐ· σῶν με κομίξει Ἵμερος οὐ ναύταν, ποσσὶ δὲ χανυσπόρον. Haec nuntiate animo laeto: ſalvum et incolumem me advehet ipſe Cupido Deus, non nautam et navi vectum, ſed per aërem volantem. καλῷ νοΐ addidit ominis cauſa. Reliqua, quae ad lectionem ſuam χανυσπόρον explicandam affert, (vult autem eam ἀερσπόρον ſignificare, a χάος deductam) adſcribere piget. — ἀγγείλασθε et καλῇ νυΐ, *pulchra ſponſa*, emendatur in marg. Ap. G. et R. Cod. *Gaulmini* καλῇ νύσσος, inepte.

P. 101. *Meleagri* Ep. LXXXVII. 2. λιγέως emendavit etiam *Zeune* ad *Anacr.* p. 23. — V. 3. Idem πορισταίχοντες. — V. 4. Fortaſſe, ne copula deſideretur, legendum:

κοὐδ' ὅσον ἀμπνεῦσαι βαιὸν ἐᾷσι χρόνον.

P. 102, lin. 6. θάλλος illuſtravit nuper *Fiorillo* in Obſſ. crit. in Athen. p. 69. ubi etiam *Philoxeni* locum ſic ut nos emendavit. — V. 2. ἄπτερος ὡς εἶην conjic. *Zeunius* ad *Anacr.* p. 91. — Comparabat doctiſſimus *Lenzius Statium* V. Sylv. IV. 16. ad Somnum: *Inde veni, nec te totas infundere pennas Luminibus compello meis — extremo me tange cacumine virgae.* — V. 3. Pro ἐπὶ

σοι margo Ap. G. et R. ἐπείγ. et v. 4. φοιτᾷ σοι καταθὲ ἐ' αὐτός. *te ſolus ut poſſim deponere ſomno.*

P. 103. *Meleagri* Ep. LXXXIX. 1. Pro συνεύνᾳ marg. Ap. G. et R. σύνευτι *dorice pro* σύνεισι.

P. 109. *Meleagri* Ep. XCVI. 2. Vat. C. habet αὐτὸς ἔπλασεν Ἔρως. quod vulgata concinnius, modo ἔπλασσεν ſcribas.

P. 111. *Meleagri* Ep. XCVIII. Hoc Epigramma cum ſequente copulandum eſſe, cenſebat *Purgold* in Obſſ. crit. p. 287. Nam prius diſtichon Ep. XCIX. niſi ex priore Epigr. lucem accipiat, obſcurius eſſe, et ejusdem verſum ultimum idem Epigr. firmo quaſi vinculo priori annectere videri. Poëtam enim ita redire ad carminis initium, ut novam ſententiam adjiciat. Non perſuadet V. D. immo ſingulum per ſe ſpectatum mihi quidem videtur elegantius.

P. 112. *Meleagri* Ep. C. Margo Ap. G. et R. „Aliquid deeſſe videtur initio. V. 1. an ſic legendum: ἀμπαῦσαι τίς τόσσον ἀναιχμάσαι, ἄγριος εἶη. Heſych. αἰχμάσει. πολεμεῖ. μάχεται.“ — V. 3. τις eſt in Ap. Voſſ. — *Purgold* in Obſſ. crit. p. 289. haec ſic emendat et explicat: ἅπτε τάχος πεύκας, καὶ . . . (lumen accenditur, poëta adſpicit puellam.) τίς τύπος; Ἡλιοδώρας. τύπος, corporis figura, ſpecies, ſtatura. Cf. Ep. XXIX. 5. LIII. 5.

Ibid. *Meleagri* Ep. CI. 1. ἀνατράφη. Margo Ap. G. et R.

P. 114. *Meleagri* Ep. CIII. 2. V. D. in Ap. G. et R. κρυερῶν corrigit. — κνίσματα δακρυχαρῆ, ut *Manſo* emendabat, etiam in marg. Ap. G. et R. notatur. Ibidem v. 3. καί τι φίλημα; et v. 4. μ. ψυχᾶς θάλπετ' ἀποικεσίᾳ. *Purgoldio* noſtro in Obſſ. crit. p. 289. in mentem venit: κἄτι φίλῃ μου Μναμόσυνον ψυχῇ θάλπεται εἰκασίᾳ. cui conjecturae haec addit cl. auctor: κἄτι eſt pro καὶ ἔτι. μου conjungendum cum μνημόσυνον, ſive cum εἰκασίᾳ, a quo verſ

ba tamen nimis longe diſtant. εἰκαία *imago, quae ſub pectore quaſi fovetur.* Heſych. εἰκαία. ὁμοιότης. Sic τέκος ſupra Ep. LIII. 4. ubi cfr. Huſchke Anal. cr. p. 60. et quem laudat Propert. II. El. XII. 13. et Ovid. Metam. II. 339. *nomen – aperto pectore fovet.*

P. 116. l. 21. corr. *quantum* pro *quanti.*

P. 118. *Meleagri* Ep. CVIII. 5. Lectio Cod. Vat. ſic refingenda:

ναὶ δοκέω τοῦτ' εἶπας· ἄγ', ὦ φιλέρατε, –

P. 123. *Meleagri* Ep. CXII. 8. V. D. in Ephem. Goth. an. 1799. nr. 30. p. 253. ſuſpicabatur, σχιζομένας mutandum eſſe in σιφομένας a forma σίφω pro σιφάω· hoc enim locuſtae, fiſtula ſive ſiphone guttas forbenti, accommodatum eſſe.

P. 124. *Meleagri* Ep. CXIII. De latina hujus Epigrammatis verſione disputat *Purgold* in Obſ. crit. p. 290. qui ejus auctorem in graeco exemplari ἤλυθ' ὁ κοῦρος legiſſe exiſtimat. Quo poſito totum carmen ſic refingit:

Infantem Nymphae Bacchum, quo tempore ab igne
Prodiit, inductum (vel *inunctum*) *abluerant*
cinere.
Ex illo Nymphis cum Baccho gratia multa eſt,
Sejunctus queis fit ignis et urit adhuc.

V. 3. vulgata lectio τοὔνεκΑΣΤΙΝ Νύμφαις ſic refingenda videtur:

τοὔνεκ' ΑΕΙ Νύμφαις.

P. 127. *Meleagri* Ep. CXVII. Caedem liberorum Niobes *Libanius* graphice deſcribit T. IV. p. 1015. ſq. ed. Reisk.

P. 128. *Meleagri* Ep. CXVIII. 1. ſervandum, quod Vat. C. praeſtat, ἄνθεα', ἦρ. ionica enim dialecto

ſcriptum Epigramma. Totum autem diſtichon ſic refinge;

ὦνθρωπ', Ἡράκλειτός ἐγὼ σοφὰ μοῦνος ἀνευρὼν
φημὶ τὰ δ' ἐς πάτραν κρέασσονα καὶ σοφίης.

Junxit poëta φημὶ ἀνευρὼν pro infinitivo, quae enallage inprimis poſt verba *indicandi*, *monſtrandi*, *dicendi* locum habet. *Soph.* Ajax v. 471. δηλώσω πατρὶ Μή τοι φύσιν γ' ἄσκληγχος ἐκ κείνου γεγώς, ubi *Brunckius* comparat *Plautum* in Aſin. III. 3. *Argenti viginti minae — quas hodie adulescens Diabolus ipſi daturus dixit.* Cf. *Hermann.* ad *Vigerium* p. 752. nr. 218. — Jam manifeſta eſt antitheſis: ſolus inter ſapientiae antiſtites eminui; at quae in magiſtratu pro patria feci, laudem ſapientiae ſuperant etiam. — V. 3. in τοκέων haud ſcio an κοτ' ἐὼν lateat, in praecedentibus autem λὰξ γὰρ καὶ, magiſtratus ap. Epheſios nomen delidero . . . . . ἄρχων κοτ' ἐὼν Ἀσίᾳ, ξ. δ. α. υ. Dum . . . . . munere fungebar, Aſiae hoſtes allatrabam. — Vir Doct. in Ephem. Goth. an. 1799. nr. 30. p. 253. Heracliti ſtatuam cenſet minaci geſtu in tumulo fuiſſe poſitam. V. 3. corrigendum eſſe: λὰξ ἐπέβαν τοκέεσσιν· ἐμοὶ, ξένε, δύσφρονα πάντα. Calce petebam parentes; mihi quippe, o hoſpes, ſevera omnia. Allatrare eos, qui me educavere, hoc vero meum educationis pretium eſt. — Idem cenſet, ultimo diſticho Heraclitum Epheſios cives haud ſecus ac peregrinos abigere, χαῖρε per *abi in malam rem* explicans. At cum philoſophus ſua in patriam merita jactet hoc Epigrammate, neque quidquam addatur, unde eum civibus alienatum fuiſſe intelligatur, non poſſum, quin inhaeream interpretationi, quam olim attuli, cenſeamque priorem diſtichi partem hoſtes et peregrinos in malam rem amandare, poſteriorem Epheſios ſalvere jubere.

P. 132. lin. 24. corr. *videret* pro *videat*. — In ultimo diſticho Ep. CXX. omnem conjecturam lubricam eſſe puto. Senſus obſcurus, quem fortaſſe oculatior interpres aliquando eruet.

P. 136. *Meleagri* Ep. CXXIII. 3. margo Ap. G. et R. ἄχρι δ' ἐπ' α. Ibidem v. 5. νικάσαντα ut *Salmaſii* laudatur lectio. — V. 11. οὐ ψεύσω καὶ τῆδε. *Heliodor.* l. I. 26. p. 69. κἂν ἔκ τινος ὑποψύχοιμι ποτε τῶν ἡμετέρων. *ſi quid noſtrarum rerum ſuſpicando attigerit.* — V. 16. marg. Ap. G. et R. καὶ Μούσας ποικίλος ὑμνοθέτας. Ibid. v. 19. τὸ δ' εὔνομα τἀνδρὸς et φύντα περιθενέων.

P. 138. *Meleagri* Ep. CXXIV. 5. γονῆς procul dubio revocandum. — V. 9. ὁμιλήσαι emendavit *Salmaſ.* in Ap. Ruhnk et Lennep. ubi etiam ὁμήλιξι tentatur. — V. 10. τοῖς δ' ἀγνὸν π. legendum cenſebat *Purgold* in Obſſ. crit. p. 291.

P. 142. (*Meleagri* Ep. CXXVII.) lin. 29. poſt *confundit* adde: ſive potius perperam ſibi perſuaſit, h. l. etiam μελητείοις legendum eſſe, id quod ex not. mſt. apparet.

P. 145. *Meleagri* Ep. CXXVIII. V. 9. *Huſchke* V. D. in Anal. cr. p. 39. egregie corrigit: ἄλλως οὐδ' ἀμφῆκες ἔχεις γέρας. *non fruſtra, ſed dedita opera.* Sic paſſim Epigrammatum ſcriptores, qui opera artium exponunt, *Antip. Sidon.* Ep. XCI. οὐχὶ μάταν ἔστακα. *Palladas* Ep. XCIV. οὐδὲ μάτην παλάμαις κατέχει δελφῖνα καὶ ἄνθος. Idem autem οὐ μάτην et οὐκ ἄλλως. *Propertius*, qui iſtam priſcae artis opera deſcribendi rationem, qua ſingulis partibus probabilis ſubjicitur interpretatio, pulcre imitatus eſt L. II. El. XII. hanc etiam emendationem confirmat:

Quicunque ille fuit, puerum qui pinxit Amorem,
Nonne putas miras hunc habuiſſe manus?

Hic primum vidit, ſine ſenſu vivere amantes,
Et levibus curis magna perire bona.
Idem non fruſtra *ventoſas addidit alas.*

His et aliis palmariam ſuam conjecturam confirmavit auctor. Idem p. 51. monet, minime veriſimile eſſe, ejusmodi opus unquam ab artifice graeco fuiſſe elaboratum. Saepenumero enim poëtas ſeriores opera expoſuiſſe, aut quae nunquam vidiſſent, aut quorum exempla nusquam extarent. Tum haec addit: „Utcunque tamen ſit, in hoc ſaltem diligentia adhibenda erat epigrammatis auctori, ut interpretatio ſibi conſtaret. Igitur figuram pueri, quam in tumulo iſto ſtetiſſe fingit, ejusmodi ſymbolis ornavit, ut aliquis incidere poſſet in Meleagrum Calydonium. Eandem alis inſtruxit, ut appareret, hunc Meleagrum res amatorias tractaſſe, *καί που μέτρον ἐρωτογράφον.* Accedebat *γέρας ἀμφήκες*, gladius anceps, qui ſignificaret dicendi genus *σπουδογέλοιον.* Menippum ſcil. Gadarenſem imitatus erat Meleager, ut multi alii; inter Romanos, Varro, quemadmodum ipſe teſtatur ap. *Ciceron.* Acad. Qu. I. 2. *Et tamen in illis veteribus noſtris, quae Menippum imitati, non interpretati, quadam hilaritate conſperſimus, multa admiſta ex intima philoſophia, multa dicta dialectice* etc. Tandem ſummam faciens omnium, quae per partes eundo, ſingulatim indigitaverat poëta dicam an ſophiſta? addit: *χαῖρε καὶ ἐν φῷ.* Ita recte Brunckius vitioſam Planudis lectionem *σοφίαν εἰς μίαν* emendavit. Graeci utrumque dixiſſe videntur, *εἰς ἕνα*, et *εἰς μίαν τινὶ* v. c. *ἁρμόττεσθαι, καθεύδειν*, ratione habita ſubjecti praecedentis. De forma communi *εἰς ἕν* nemo dubitat. Maſculini generis exemplum occurrit ap. *Theocr.* Eid. XX. 37. *καὶ εἰς ἕνα παιδὶ κάθευδε.*“ Hactenus ille, qui praeterea comparat *Eurip.* Med. 843. et in Hercul. Fur. v. 673. *οὐ παύσομαι τὰς Χάριτας Μούσαις συγκαταμιγνύς, Ἀδίστων συζυγίαν,* —

De ἐς μίαν conf. not. ad Ep. λύσετ. CCCXCVIII. 6. —Verba καὶ τοῦ μέτρου ἐφωτογράφων mihi ne nunc quidem expedita videri fateor.

P. 146. *Meleagri* Ep. CXXIX. 3. Margo Ap. G. et R. „φαμὶ τόδ' ἐκ π. η. εἰς ἓν ἄμοργμα. Heſych. ἄμοργμά. Sic placet φαμὶ τὸν ε. π. η. εἰς ἓν ἄμοργμον. ἄμοργμας idem quod ἄμοργμα. Ex εἰς ἓν ἄμοργμον factum eſt εἰς ἕνα μόχθον, quod monſtrum eſt lectionis." Quod ad me attinet, parum abeſt, quin μόχθον ſincerum exiſtimem, verbis ſic inter ſe junctis: τὸν ἐκ πάντων ὑμνοθετᾶν (ſic lege) ἡθροισμένον μόχθον εἰς ἕνα ἐνελ. Magis offendit participiorum ἐσύνδετον. — V. 7. Margo Ap. G. et R. „μαλακᾶς molliter εἰλιγμέναις γραμμαῖς. i. e. ego coronis lineis volubilibus molliter ducta. ἄνθοι. i. e. flores ex lineis effecti. des cadeaux." Ibidem pro τέρμασι tentatur στέμμασι.

P. 148. lin. 3. corr. *qui* pro *qui.* — In *Archilochi* loco ex *Athenaeo* allato nunc *Caſauboni* emendationes meis hariolationibus praefero. — P. 149. lin. ult. poſt *fugetis* adde: Hunc Parii poëtae locum expreſſiſſe videtur *Horatius* Epod. XVI. 39. *I vos, quibus eſt virtus, muliebrem tollite luctum* — Exemplis de verbis τλῆναι et τολμᾶν cum participio adde *Aeſch.* VII. c. Th. 739. Agam. 1050. *Soph.* Electr. 943.

P. 155. lin. 15. adde *Plutarch.* Vit. Cat. Major. c. 1. p. 386. ed. Tub. παρεῖχε δ' αὐτὸν ἐν ταῖς μάχαις τῇ μὲν χειρὶ πλήκτην, τῷ δὲ ποδὶ μόνιμον καὶ βέβαιον, γαῦρον δὲ τῷ προσώπῳ.

P. 158. *Archilochi* Fr. XIV. Fortaſſe in hoc carmine locum habebant ea, quae *Ariſtoteles* laudat Polit. L. VII. 7. διὸ καὶ Ἀρχίλοχος προσηκόντως τοῖς φίλοις ἐγκαλῶν, διαλέγεται πρὸς τὸν θυμόν· οὐ γὰρ δὴ παρὰ φίλων ἀπάγχεο. — V. 2. *Purgold* in Obſſ. crit. p. 292. ex veſtigiis corruptae lectionis eruit haec: δυσμενοῖς ἐνάλλαν, πρὸς βαλὼν δ' ἀλέξευ ἐναντίον vel ἀντίον. ἐνάλλεσθαι eſt *vehementi cum impetu in inimicos incurrere. Sophocl.* Oed. T. 1261.

Adde *Aeſchyl.* in Perſ. 515. ὦ δαῖμον, ὡς βαρὺς ἐνήλου πεφυκὼς γένει. *Poëta* ap. *Stobae* in Ecl. phyſ. p. 108. ed. *Heer.* ἡ Δίκη τῷ δυσσεβοῦντι ἐνήλατο. — At violentior eſt medicina, quam quae probari queat, praeſertim ſpondeo impari ſedi immiſſo. — Exhibuit hoc fragmentum doctiſſimus *Ilgen* in Scoliis Graecorum p. 189. nr. XXXVI. qui v. 2. ἔναγε poſuit, interpretatus: *accingere ad bellum*, cujus ſignificationis vellem exempla laudaſſet idonea. Idem v. 5. acute corrigit: ἐν οἴκτῳ καταπεσών vel καπτεσών, laudans *Eurip.* Fr. Archel. XXVII. ἔστι καὶ παρὰ δάκρυσι κείμενον ἡδὺ βροτοῖς, ὅταν ἄνδρα φίλον στενάχῃ τις ἐν οἴκτῳ. et v. 7. βύμβος ſuſpicatur, licet βυθμὸς non improbet.

P. 159. *Archilochi* Fr. XV. Cf. *Ilgen* in Scol. nr. XXXVII. p. 193. qui v. 1. verba transpoſuit, πάντα τοῖς τίθει θεοῖσι. Minori mutatione legerim:

τοῖς θεοῖς τιθεῖν ἅπαντα.

infinitiva pro *imperativo*. Notanda rarior infinitivi forma verbi τιθέω. — V. 3. *Ilgen* καὶ μάλ' εὖ ἐστηκότας. ſine cauſa. et v. 5. χρήμη et νέος παρήορος. Sic ap. *Heſiod.* Ἔργ. 100. μυρία λυγρὰ dicuntur ἀλᾶσθαι inter homines. Ibidem docet, παρήορος ſine jota ſcribendum eſſe.

P. 160. *Archilochi* Fr. XVI. *Ilgen* in Scol. nr. XXXVIII. p. 203. v. 4. ὑγρὸν δέος recepit, de timore explicans, qui oculos humore aliquo repleat, ſimilitudinem quandam cum lacrymis habente. Rectius fortaſſe, timor, qui ſudorem elicit. Idem V. D. v. 5. dedit: ἐκ δὲ τοῦ οὐκ ἄπιστα πάντα καπέλπτα γίνεται Ἀνδρᾶσιν; praeeunte *H. Stephano*. Me nondum poenitet conjecturae olim expromtae, qua enuntiationes lenius copulantur. — V. 6. μηδεὶς ἔθ' ὑμῶν ſuſpic. *Ilgen*.

P. 171. *Archilochi* Fr. XXXI. *Purgold* in Obſſ. crit. tentat: κρήξω Ἐριθύμοις γὰρ ξυνὸς ἀνθρώποις Ἄρης. quod quomodo cum metro conciliari poſſit, non dixit.

P. 173. *Archilochi* Fr. XXXVIII. De hoc et ſequ. fabulae fragmento docte nuper diſputavit V. cl. *Huſchke* in Diſſert. de Fabulis Archilochi, quae inſerta eſt *Miſcellaneis Philologicis* Vol. I. quae prodierunt Altenburgi. 1803. Ibi ex Etymol. MS. profert haec: Αἶνος. — ὥςπερ ὁ Ἀρχίλοχος· Αἶνός τις ἀνθρώπων, ὡς ἄρ' ἀλώπηξ ἡ ἑστὸς (l. κἀστὸς) ξυνωνίαν ἔθεντο. καὶ ἄλλως· τὸ δὲ ἄρ' ἀλώπηξ κερδαλέη συνῆντο το πικνὸν ἔχουσα νόον. Fabulam ipſam ex Cod. Auguſtano (quem deſcripſit *Benecke*. Cf. *Harleſ.* ad *Fabric.* Bibl. gr. T. I. p. 631.) eruit p. 16. ſq. ſimulque noſtram de hac et ſeq. fabula in Lycambae contumeliam ſcriptis conjecturam egregie confirmavit. — Fr. XXXVIII. ex *Ammonio* fortaſſe profert *Euſtath.* ad Od. ξ. p. 556. 38. His fabulae laciniis cl. *Huſchke* non dubitat addere haec ex *Ariſtoph.* Acharn. v. 119. Ὦ δεξί' μέβουλον πρωκτὸν ἐξυρημένε· Τοιόνδε δ', ὦ πίθηκε, τὸν πώγων' ἔχων, Εὐνοῦχος ἡμῖν ἦλθες ἐσκευασμένος. ubi *Scholiaſtes*: καὶ τοῦτο παρῴδηκεν ἐκ τῶν Ἀρχιλόχου ἐπῶν (ἐπῳδῶν corrigit *Huſchke*): Τοιάνδε δ', ὦ πίθηκε, τὴν πυγὴν ἔχεις. Idem V. D. p. 25. ex Cod. Auguſt. protulit fabulam, ad quam haec pertinebant, ſimul monens, priorem fabulam ad perfidiam Lycambae perſtringendam, alteram ad faſtum ejus deridendum pertinuiſſe.

P. 177. lin. 18. Plura veterum loca de Tantali ſaxo laudat cl. *Porſon* ad *Euripid.* Oreſt. v. 5.

Ibid. *Archilochi* Fr. XLIV. metri cauſa legebat *Meibomius* de Cereviſia Veter. c. VI. 8. in *Gronov.* Theſ. IX. p. 563. ὥςπερ μὲν αὐλῷ βρυττίον.

P. 179. *Arionis Methymnaei* Hymnum *Hermannus* ad *Ariſtotel.* Poët. p. 235. venuſtiſſimum praedicat, manifeſtis autem corruptelis depravatum. Eum ſic emendatum dedit:

Ὕψιστε θεῶν,
πόντιε, χρυσοτρίαινα Πόσειδον,

γαιήοχ', ἐγκύμον' ἀν' ἅλμαν
βραγχίοις περὶ δή σε πλωτοὶ
θῆρες χορεύουσιν ἐν κύκλῳ,
κούφοισι ποδῶν
ῥίμμασιν ἐλάφρ' ἀναπαλλόμενοι σεσιμῷ,
φριξαύχενες ὠκύδρομοι σκύλακες,
φιλόμουσοι δελ-
φῖνες, ἔναλα θρέμματα κουρᾶν
Νηρηίδων θεᾶν,
ἃς ἐγείνατ' Ἀμφιτρίτα
οἵ μ' εἰς Πέλοπος γᾶν ἀμφὶ Ταιναρίαν
ἀκτὰν ἐπορεύσατο,
πλαζόμενον Σικελῷ ἐνὶ πόντῳ,
κύρτοισι νώτοις ὀχέοντες,
ἅλοκα Νηρείης πλακὸς
τέμνοντες, ἀστιβῆ πόρον,
φῶτες ἁλιοὶ
ὥς μ' ἀφ' ἁλιπλόου γλαφυρᾶς νεὼς
εἰς οἶδμ' ἁλιπορφύρου
λίμνας ἔρριψαν.

P. 182. *Sapphus* Epigr. I. 4. τᾶ Σαοναΐδα habet margo Ap. G. et R. — In Ep. III. ejusdem poëtriae v. 3. καὶ languere videbatur *Purgoldio* in Obſſ. crit. p. 293. qui ἃς κατ' ἀποφθ. i. e. καθ' ἃς pro ᾇ κατέθεντο κόμαν, *cui puellae comam ſuam depouebant.*

P. 186. *Erinnae* Ep. I. 1. *Purgold* Obſſ. crit. p. 296. ἀταλὰς χεῖρας cuicunque artifici perito tribui poſſe, negans, in Cod. Vat. ſcriptura δεξα ταλαν aliud quid latere exiſtimat. Poëtriam fingere, ſe nunc primum imaginem egregie puellam referentem adſpicere, cujus admiratione abrepta exclamaverit:

δαιδαλεᾶν χειρῶν τάδε γράμματα!

δαιδαλέη χεὶρ eſt in *Platon.* Ep. XV.

P. 188. *Erinnae* Ep. II. 3. ἐμὲν debetur *Salmaſio*; qui etiam v. 7. ſic, ut *Brunckius*, conſtituit. In marg. Ap. Pauwiani haec conjectura notatur: τήνια ὡς εἰδόντι καὶ ὅτι μοι ἃ συνεταιρὶς Ηρ. cui conjecturae ſubſcribit *C de Pauw*, qui hanc interpretationem addidit: Dic, quod Tenia ſim, ut ſciant quoque, Epicedium, quod hic conſpiciunt, poſitum eſſe mihi ab amica Erinna, quae originem ducit ex eadem inſula Teno. Certe Erinna a nonnullis dicebatur Tenia *Stephan. Byz.* in Τῆνος· — ὁ πολίτης Τήνιος, καὶ τὸ θηλυκόν, Τηνία· ἀφ' ἧς καὶ Ἤρινναν Τηνία ποιήτρια. *Suidas* in Ἤρινναν· Τενία ἢ Λεσβία· ὡς δὲ ἄλλοι, Τηλία. Τῆλος δέ ἐστι νησίδιον ἐγγὺς Κνίδου. τινὲς δὲ καὶ Ῥοδίαν αὐτὴν ἐδόξασαν. quae profert etiam *Euſtath* Ιλ. β. p. 247. 28. unde apparet illam conjecturam Brunckianae lectioni longe praeferendam eſſe, licet eam omnes veritatis numeros habere dubitem. Τήνῳ ſincerum videtur; in θωσιδόντι vero aliud quiddam latere ſuſpicor, quam quod Viri D. elicuerunt.

P. 189. Ep *Erinnae* III. Vertit cl. *Millin dans les Mélanges de Littérature étrangère* T. I. p. 89. — V. 3. Marg. Ap. G. et R. καλὰς μὲν ὠμοτάταν Βαύκου: α. interpretatione non addita. *Pauwii* molimina transcribere ſupersedeo. *Purgold* in Obſſ. crit. p. 297 τὰ δέ τοι τὰ γραφάμαν' ὀρῶντι Ὠμοτάταν β. τὰ δὲ τὰ pro ταῦτα τά. Fateor, mihi hanc monoſyllaborum accumulationem parum elegantem videri; adde quod ſic verſus bucolici numeri perimuntur. Quare mihi nunc etiam aut verum aut veriſimile videtur, quod olim emendare conatus ſum: τὰ δὲ ποιήλια γράμμαν' ὀρῶντι Ὠμοτάταν β. quae tamen ita accipi velim, ut non de ſimplici inſcriptione, ſed de figuris allegoricis cogitetur, quales plurimae in cippis reperiuntur. — V. 7. καὶ σύ μεν vel μοι corrigendum ſuſpicatur *Purgold* in Obſſ. cr. p. 297.

P. 192. *Solonis Scolion.* *Ilgen* de Scoliis Gr. p. 210. nr. XXXIX. v. 1. mutavit in anapaeſt, dime-

trum acatal. et secundum transpositione verborum primo reddidit aequalem sic:

περφυλαγμένος ἄνδρα ἕκαστον, ὄρα,
μὴ κρυπτὸν ἔχων ἔγχος κραδίᾳ —

Deinde v. 3. dedit πρός σ' ἐνάτῃ, et ἐκ μέλανος φρενός, sive ἐκ μελάνας φρενός. — V. 2. ἔγχος damnat, quia non fieri possit, ut lanceam quis habeat ἐν κραδίᾳ. Recte; at ἔγχος, instrumentum hostile, pro hostili animo est positum.

P. 193. Ex *Cleobuli Lindii* Ep. colorem duxit *Critias* ap. *Athen.* L. XIII. p. 600. E. Οὔποτέ σου φιλότης γηράσεται, οὐδὲ θανεῖται, Ἔστ' ἂν ὕδωρ οἴνῳ συμμιγνύμενον κυλίκεσσι παῖς διαπομπεύσῃ προπόσεις ἐπὶ δεξιὰ νωμῶν. — In ejusdem Ep. II. 2. *Menagius* δὶς τριάκοντα tentabat. Nostram lectionem tuetur *Stobaeus*. Solonis aevo mensis Atticus constabat triginta diebus, annus CCCLX, quod nuper etiam demonstravit Vir Doct. *Fr. Guil. Sturz* in Comment. Soc. Lipsi. Philolog. T. II. P. II. p. 239.

P. 195. *Anacreontis* Ep. LXXIII. τόνδ' ἀφ' ἑκείνου *Salmasii* est emendatio in marg. Ap. R. et G.

P. 202. *Anacreontis* Ep. LXXXIII. comparavit Editor Marmorum Taurinensium T. I. p. 43. cum opere anaglypho, Bacchas repraesentante. Recte monuit, ex iis mulieribus, quas noster describit, unam gestasse thyrsum, Xanthippen fortasse canistrum uvis plenum, Glaucen traxisse hircum aut hoedum, et tria proinde munera, quae hic commemorantur, tribus mulieribus respondere.

P. 202. *Simonidis* Fr. I. Conf. *Euripid.* Alcest. v. 989. καὶ θεὸν ἐκ τοῦ φθίνουσι παῖδες ἐν θανάτῳ.

P. 203. *Simonidis* Fr. II. Edidit *Ilgen* inter Scolia (quibus hic certe locus minime annumerandus) nr. XL. p. 213, versibus sic distinctis et emendatis:

Aliud quid latet in verbis θοὰν χθόνα, quae ab oscitantibus librariis ex θῶκον vel θᾶκον efficta esse nullus dubito. Scribo itaque:

ἐν δέ μιν θῶκον
ἀγνὸν ἀμφέπειν.

V. 4. οὐ δέ ἐστι πάντων β. — οὐκ ἂν ἵκηι' εἰς ἄκρον ἀνδρείας. *Ilgen.* qui contra meam hariolationem recte tuetur vulgatam ἐνδόξου, comparato *Lucretio* VI. 94. *sudor e corpore manans.*

P. 212. *Simonidis* Fr. XV. *Ilgen* inter Scolia nr. XLI. p. 216. totum hoc carmen pro interpolato habet, et v. 4. proscribit verba προγόνων τε μνῆστις, in quibus tamen vehementer probat emendationem *Hermanni*, πρὸ χοῶν, quam equidem unice veram puto, repudiata ea, quam ipse olim expromsi. — Mox v. 7. cl. *Ilgen* circumscripsit verba ἐνδοξῶν ἀγαθῶν, ut otiosa et a substantivo ἐντάφιον nimis remota. Idem verba μαρτυρεῖ usque ad finem a *Simonide* profecta esse, se tum crediturum esse ait, quum — *pascentur in aethere cervi*; cujus judicii cum alias causas affert, tum hanc, quod non intelligi queat, cujusnam rei testis advocetur Leonidas. At sententiarum nexus hic est: In hoc sepulcro nobilis et illustris Graecorum virtus est condita, cujus praeclarum exemplar est Leonidas, Spartanorum rex, qui magnam et nunquam intercidentem sui reliquit gloriam. sive disertius: quanta fuerit horum hominum gloria et virtus, ex Leonidae exemplo intelligi potest.

P. 215. lin. 4. a fin. ad ἴδρυσε adde: Utrumque emendavit *Vindingius* in Hell. ap. *Gronov.* Th. Ant. Gr. XI. p. 170. C.

P. 219. Ep. XXVIII. Cf. *Theocriti* Ep. III. T. II. p. 515.

P. 230. *Simonid.* Ep. XLVI. 7. Apogr. G. et R. ἔστενεν Ἐννοσίγαιος. In Kuhnk. autem monetur, hanc vocem a *Salmaſii* exemplari abeſſe.

P. 232. *Simonid.* Ep. XLIX. 2. ὑποῳώφιαι φόεμιγγες. *Pindar.* Pyth. I. 188.

P. 238. lin. 3, poſt *Reisk.* adde; et ad Marmor Sandvic. p. 70. ſq.

P. 234. *Simonid.* Ep. LXV. 3. malim: σὺν δ' ἀρεταῖσιν.

P. 244. lin. 14. lege *Hinc* pro *Hic.*

P. 246. *Simonid.* Ep. LXIX. 1. Marg. Ap. G. et R. ὄλπις. ex Theocrito ὄλπις ὁ γειτονός.

P. 248. *Simonid.* Ep. LXXI. 2. Ap. G. et R. ἐπεβ-μοτον. in marg. ἐπικέρονον. V. 3. marg. Fortaſſe legendum Ὀλυμπία δύ', ἐν δὲ Πύθωνι τρεῖς i. e. τρεῖς. V. 4. marg. πέντε καὶ Νεμέᾳ δέκα.

P. 249. *Simonid.* Ep. LXXV. 4. *Corn. de Pauw* tentat: ἔξοχον' ἀμφορεῖς ἐλαίου. Idem in explicando v. 6, mire mutatur. Quod ipſe emendavi, ἔχει πέλονται (ſic leg. pro πένονται) Ἀκτῇ Ποντομέδοντος ἄθλοι, partim improbo, partim probo. ἔχει πέλονται nimis jejunum eſt; nec, quod poſtea in mentem venit, ἢ πονέονται probandum. Sed ſcribe leni mutatione;

Ἰσθμῷ δ' ἐν ζαθέῳ τρὶς ἐπιαχεῖ εἶδεν ἑλόντα
Ἀκτῇ Ποντομέδοντος ἄθλα.

Lituus Neptuni vidit eum tribus continuis victoriis in Iſthmo praemia accipientem. Hanc emendationem, in *Muſeo Aſtico* a me propoſitam (Tom. IV. faſc. 2. p. 88. ſq. ubi vitioſe ἑλόντα excuſum) impugnavit V. D. in Ephemer. Lipſ. literar. an. 1803. nr. 201. p. 331. qui verba εἶδεν ἑλόντα rhythmo (melius dixiſſet, ſenſui et linguae; nam ἑλόντα ne graecum quidem) adverſari pronuntiat. Tum addit, ſibi perſuaſum eſſe, poëtam

ſcripſiſſe: οὐδ' ἐγένοντο Ἐκ νικῶν ταμίδων ποτ' ἄθλα. quae ſic explicat: „Der Dichter will ſagen, (vernacula lingua enim haec adſcribam, ne quid aut addidiſſe aut immutaſſe videar) daß Nicolaidas dreymal den Sieg auf dem Iſthmus davon getragen, ihn aber nicht einzeln errungen habe. Es waren keine Preiſe (οὐδ' ἐγένοντό ποτ' ἄθλα) für einzeln erworbene Siege. Darum ſagt er auch vſ. praec. τοῖς ἐπὶ σχερῶ, was durch τομὰς, einen theilweiſe gewonnenen Kampf, ſeine völlige Bedeutung erhält.“ Fateor, mihi haec obſcuriſſima videri.

P. 251. *Simonid.* Ep. LXXVI. 1. δὲ φυλῆς praeſtat margo Ap. G. et R. Ibid. v. 9. κύκλον habetur.

P. 253. lin. 1. poſt Καρίτων adde: Similiter *Famae, Gloriae* currus tribuitur apud poëtas. Vide *Markland.* ad *Statii* Sylv. p. 245.

P. 255. *Simonid.* Ep. LXXVII. 3. a *Salmaſio* ſic, ut ap *Brunckium* exhibetur, emendatus eſt.

P. 256. *Simonidis* Ep. LXXXV. 2. Marg. ap. Guy. ἔθρεψε Πειρήνης ἄπο.

P. 257. *Simonidis* Ep. LXXXVII. habetur inter Epigrammata inedita Anthologiae Grotianae T. III. p. 436. unde probabile fit, ductum eſſe ex membr. Vat. Sed in noſtro Apogr. ad hunc usque diem fruſtra quaeſivi.

P. 257. *Simonid.* Ep. LXXXVIII. 1. τοῖς emendavit *Salmaſ.* in marg. Ap. G. et R.

P. 259. *Simonid.* Ep. XCI. 1. ἔρμ' ἔχων eſt in marg. Ap. G. et R. his additis: „i. e. τὸ ἔρεισμα. τὸ ἔρυμα. Suid. καὶ τὸ ἔρμα τοῦ ὀχυρώματος.“ Ridicule haec vertuntur in Ap. Ruhnk.: „Periandri, qui olim praefectus munimentis Corinthi altis ea turribus inſtruxit.“

P. 260. *Simonid.* Ep XCII. 1. Habet *Grotius* in Mantiſſa Quarta T. III. p. 428. qui v. 4. vertit: *Vallis ubi nivibus ſparſa Methuriados.* μεθουριάδος emend. *Salmaſ.* in marg. Ap. G. et R.

P. 261. *Simonid.* Ep. XCIV. 1. τὸ τὰν ἴδαμαι. *Jenf.* qui τὸ τ' ἂν emendavit. V. 2. οἱ ἔπαθες. *Jenf.* tentat οἷς ἔπ. i. e. οἰκτείρω σε τούτοις ἃ (οἷς) ἔπαθες.

P. 262. *Simonid.* Ep. XCVI. 1. Margo Ap. Guy. pro αἰδὼς habet ἆδης, quod quamvis ineptum, unice probatur *Pauwio.* Fatendum tamen, αἰδὼς non ſatis commodum videri. Exſpectabatur ἄρης, ſive potius ἀρετή, θυμὸς vel ſimile quid. Si tamen ſincera eſt membran. lectio, ſenſus eſſe debet, quem indicavimus in argumento, Cleodemum, generoſo pudore impeditum, quominus fugam capeſſeret, ſuperiori hoſtium numero ſuccubuiſſe. — V. 4. Διφίλεος margo Ap. Guy. ubi verba ſic ordinantur: τοῦ Κλεοδήμου πατρὸς υἱὸς Διφίλος αἰχμητὰς τὸ ὄνομα κλεινὸν ἔθηκε. male. Cleodemus, Diphili filius, nobili illa pugna edita, etiam patris ſui nomen illuſtravit.

P. 264. *Simonidis* Ep. C. 1. Vide, an in lect. Vat. Πρόμαχος lateat nomen Τιμόμαχος, quod proxime accedit. Frequenter enim literae ϱ et μ confunduntur in Codd.

P. 265. l. 5. poſt *videbitur* adde: modo reſtitueris nomen proprium hominis, quod in vocibus γὰϱ ἀνδϱὸς latere videtur.

Ibid. *Simonid.* Ep. CIV. 5. στέϱνοις ἐγκατέθεντο. Similes locutiones comparavit *Valckenar.* ad *Callim.* Eleg. p. 245. ſqq.

P. 267. *Simonid.* Ep. CV. 3. ἐδάφθη optime emendavit *Porſon.* ad *Euripid.* Phoen. 986.

P. 271. *Simonid.* Ep. CXII. 5. 6. *Fiorillo* in Not. ad *Herodis Att.* Inſcr. p. 70. recte emendavit: αὐτὰϱ ὁ πιπταμένῃ μέγα τύμπανον ὡς σχέθε χειϱί. ille tympanum, uti manu gerebat, illud percuſſit. — νόμον forte fortuna in textum venit, ut apparet ex nota marginali Ap. Ruhnk.: „νόμον ſuſpectum eſt. Fortaſſe: μόνον. Sed legendum βρόμον, ut habent membranae Salmas.“

P. 273. *Timocreontis. Ilgen* in Scoliis nr. XLIV. p. 230. v. 1. emendavit ὄφελέν σ', ὦ τ. π. rariorem dicendi usum exemplis confirmans. Cf. *Hermann.* ad *Vigerium* p. 742. sq. — V. 5. 6. sic constituit:

κἀχέροντα· διά σε γὰς πάν-
τ' εἰνὶ ἀνθρώποις κάκ' ἐστί.

vel omisso ἐστί, quod *Brunckius* de suo addidit: πάν-τ' εἰνὶ ἀνθρώποις κακά.

P. 276. *Aeschyli* Ep. II. 4. βαθυχαιτήεις. Adde *Spanhem.* de Usu et Pr. Num. Diss. VIII. p. 450. *Reimar.* ad *Dion. Cass.* T. II. p. 1091. 74.

P. 277. *Pindari* Epigr. 2. Ad nostram emendationem firmandam laudat *Lenzius* V. cl. versum tabulae Iliacae: μάθε τάξιν Ὁμήρου, Ὄφρα δαὴς πάσης μέτρον ἔχῃς σοφίης.

P. 280. *Bacchylidis* Fr. II. *Ilgen* in Scoliis nr. XLV. p. 235. in novem versus dispescuit. — V. 3. Si sincerum est φρενί, verba sic ordinari debent: ὦ τὸ κέας μυρία ἀμφιπολεῖ φρενί. quod tamen duriusculum. — μὲν γ' metri causa scripsit *Ilgen* qui mox, sicut ego, ἀνίᾳ δάπτεται κέας emendavit. Sed in *Addendis* p. 276. novam correctionem proposuit: ἦ ἄνοον λάπτεται κέας· quae an priori anteponenda sit, aliorum judicium facio. ἀνίᾳ equidem verissimum puto; in relíquis autem syllabis πτεται fieri possit ut πτοεῖται lateat, quod de vehementioribus affectibus usurpatur. Verum δάπτεται praeferendum videtur.

P. 283. *Bacchylidis* Fr. IX. 13. ὕμνοι φλέγονται. Cf. inprimis *Brunck.* ad *Aesch.* Pers. v. 393.

P. 285. *Bacchylidis* Fr. XI. *Ilgen* in Scol. nr. XLVI. p. 237. revocavit veterem priorum versuum distinctionem:

γλυκεῖ ἀνάγκα στενομένα κυλίκων
θάλπησι θυμὸν Κύπριδος,
ἐλπὶς δ' αἰθύσσει φρένας,

hac interpretatione addita: ἀνάγκη eſt *tormentum: Lene tormentum, quod admovent calices, facit, ut animus incaleſcat amore, incalfacit e Venere.* Ad Κύπριδος intelligendum ἐκ vel ὑπό, ut καὶτοι μὲν Ναννοῦς etc. vel potius θάλπεσθαι eſt per metonymiam pro θάλπεσθαι ἔρωτος vel ἔρωτι: *incalfacit animum Venere.* Hanc interpretationem et ego nunc admittere malim, quam violentiorem illam correctionem, quam in notis propoſui, defendere. — V. 9. μοναρχήσειν quomodo accipiendum ſit, ex *Platonis* loco, quem laudavi, ſpunte apparet, nec neceſſarium puto, cum *Ilgenio* μοναρχεῖν ſcribi. — V. 10. *Ilgen* comparat Od. Δ. 71. ſqq. — V. 16. Scr. ὡς πίνοντος pro ὡς π.

P. 286. lin. ult. poſt *docet* adde: Cf. *Ritterſhuſ.* ad *Oppian.* III. Halieut. 360.

P. 287. *Bacchylidis* Ep. XIII. 2. οὔτε χρυσός. Hunc locum ante oculos habuiſſe videtur *Teles* de Virtutibus et Officiis ap. *Stobae.* Flor. XCI. p. 509. 38. οὐ γὰρ ἐκ χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος κατεσκευασμένας κλίνας καὶ ποφύρεα στρώματα, οὐδὲ ὑπόβαθρα καὶ παστάδες ὕπνους ποιοῦσι, quae ſimilia ſunt Horatianis III. Od. 1. 20. *non avium citharaeque cantus Somnum reducent.* — *Ilgen* poſuit hoc quoque fragmentum inter Scolia nr. XLVII. p. 245. et verba in ſeptem verſus trochaicos dimetros diverſae longitudinis diſpeſcuit.

P. 288. *Bacchylidis* Fr. XVII. Locus *Cyrilli* eſt L. I. p. 7. B. ἀληθὲς μὲν γάρ, ὅτι κατὰ τὸ τιθὶ παραδούμενον, ἀφὸς ἄλλος ἐπ' ἄλλου.

P. 289. *Bacchylidis* Fr. XIX. De Νίκη Pallantis filia vide *Daviſium* ad Cicer. de Nat. Deor. III. 23. *Boettiger* de Victoria in der A. L. Z. 1803. T. III. p. 111. ſqq.

P. 291. De Scoliis disputavit *Adrian. Junius* in Animadvff. L. III. 7. in Thef. crit. IV. p. 387. ſqq. ubi quaedam ab *Athenaeo* ſervata Scolia laudantur et explicantur. Omnia graecae antiquitatis Scolia, Lyricis nonnullis admixtis, quae huic carminum generi adnumerari non debebant, in unum corpus collegit et docte illuſtravit, praemiſſa copioſa de Scoliis Diſſertatione, *Carol. Dav. Ilgen.* Jenae 1798. 8. — P. 292. *Scolion* I. *Ilgen* nr. XXX. p. 134. v. 3. λαλέει. v. 4. καρδίῃ metri cauſa ſcripſit. V. 1. et 3. conſtat penthemimeri jambica et hephthemimeri dactylica. v. 2. eſt anapaeſticus dimeter. v. 4. poſt *Ilgenii* emendationem anapaeſticus logaoedicus. Comparat idem in Addend. p. 267. *Homer.* IA. ι. 312. ſq. — *Scolion* II. *Ilgen* nr. XXIX. p. 133. Hoc Scolion reſpicit *Stobae.* Flor. T. CVI. p. 170. 20. Πιττακὸς συνετὸν μὲν ἀνδρῶν εἶπεν ἔργον ἵνα μὴ γένηται (legendum videtur ἵνα μή τι γένηται) πολύοιδα, ἀνδρείων δὲ γενόμενα φέρειν ἐγκρατῶς. — V. 2. *Ilgen* πρόνοιά' ὅπως, numerorum cauſa, qui ſunt Ionici a majori. — *Scolion* III. *Ilgen* nr. XXVIII. p. 130. ſic verba diſpeſcuit: Ἀστοῖσιν – πόλει ‖ αἶκε – χρέιν ‖ αὐθάδης – βλαβερὰν ‖ ἐξ. ἅπαν, Numeri ſunt Ionici a majori, intermixtis trochaicis. — *Scolion* IV. *Ilgen* nr. VIII. p. 31. V. 1. triſyllabum deeſſe initio verſus ſuſpicatus eram, ut verſus evaderet Alcaicus. In eadem haereſi fuit V. D. in libro menſtruo *Monthly Review.* 1798. January. p. 10. qui ἄνηλον ſupplet. Idem v. 3. tentat ἐπεὶ δ' ἂν ἐμπορίας γένηται. inepte! et v. 2. δύναιτ' ἄν. At meae conjecturae aſſenſum denegavit cl. *Ilgen* et poſt cum *Raphael Fiorillo* ad *Herod. Attic.* p. 118. ſq. et iterum in Obſſ. ad *Athenae.* p. 117. Hic etiam v. 3 in eandem cum docto Britanno conjecturam incidit. Senſum *Ilgenius* ſic explicuit: E terra oportet nautam de navigatione videre, an poſſit per temporis opportunitatem (εἰ δύναιτο) et ſcientiam rei nauticae habeat (καὶ πολλὰμην ἔχοι); in mari

deprehenſus tempeſtate, quaecunque eſt, cogitur curſum continuare. — *Scolion* V. *Ilgen* nr. VI. p. 23. — *Scol.* VI. *Ilgen* nr. XXIV. p. 98. V. 1. πρεσβυστατειον a futuro πρεσβύω derivandum. — V. 4. Ex ἦσαν *Athenaei* fecit ἴσαν, ut hic verſus ſimilis fieret ultimo verſui eorum Scoliorum, in quibus idem ſyſtema regnat. — *Scolion* VII. *Ilgen* nr. X. XI. XII. XIII. p. 47. ſqq. Hoc carmen in duo dividendum eſſe monuit *Caſaubonus*, qui verbis φίλταθ' Ἀριδαῖε novi Scolii initium fieri ſtatuebat; *Ilgen* autem quatuor Scolia perperam in unum contracta eſſe. Omnia enim Scolia μονόστροφα eſſe; et quae hujus Scolii haberentur ſtrophae, tertiam et quartam, eas eſſe imitationes primi Scolii vel, quae putaretur, ſtrophes primae. — V. 2. καὶ Ἀρ. *Athen.* quod verſum jugulat. — V. 7. ἵνα πᾶς ποθῶμεν Ἀχιλέα Τυδείδην τε ἰφθίμους Διομήδεα *Ilgen* emendavit. Neſcio, quid alii ſentiant. At mihi *Lowthii* emendatio, quam *Bruncius* exhibuit, lenior eſſe videtur et elegantior. — V. 4. Ἀριδαῖος ſcripſit *Ilgen*, quia breves vocales in trochaïcis numeris propter caeſuram non producuntur. Eſt nominativus attice pro vocativo. Conſtantiae cauſa etiam Ἀριστογείτων retinuit. — *Scol.* VIII. *Ilgen* nr. IV. p. 10. qui acute monuit, hoc Scolion ex *Pindari* carmine expreſſum eſſe imitatione. „*Pindarus* dixit ὦ πὰν Ἀρκαδίας μελέων, laudante *Schol. Pindari* Pyth. III. 139. auctor Scolii ἰὼ πὰν Ἀρκαδίας μελέων κλεεννᾶς. *Pindarus* μητρὸς μεγάλας ὀπαδὸς (erat nimirum Pan πάρεδρος Rheae, magnae matris divum); ſcriptor Scolii βρομίας ὀπαδὲ νύμφαις. *Pindarus*, teſte *Ariſtide* T. I. p. 29. vocarat eum χορευτήν, dederatque Baccho comitem; auctor Scolii vocat eum ἐρχηστάν.“ V. 1. idem V. D. retinuit ἰώ, μονοσυλλάβως pronuntiandum, et μελέων ſcripſit. — V. 4. γελάσαις, ἰὼ Πάν, ἐπ' ἐμαῖς E. in reliquis cum *Hermanno* conſpirat. In Addendis p. 256. opportune comparat *Ariſt.* Theſm. v. 977. Ἑρμῆν τε Νόμιον ἄντομαι, Καὶ Πᾶνα καὶ Νύμφας φί-

λας, Ἐπιγελάσαι προθύμως Ταῖς ἡμετέραις χαρέντα χορείαις. At haec non ſatis placuerunt *Raphaeli Fiorillo*, qui in Obſſ. ad Athen. p. 114. poſteriorem Scolii partem ſic emendari poſſe putavit:

βρομίαις ὁπαδὲ Νύμφαις
ηλασίαις· ἰὼ Πάν, ἐπ' ἐμαῖς
Εὐφροσύναις ἄνιδε
κεχαρημένος.

ηλασίαις, vocabulum aliunde non cognitum, ipſe emendationis auctor derivat a verbo γλάζειν, *clamare*, et pro ſynonymo τοῦ βρόμιος habet. At hoc ipſum parum probabile, poëtam duo epitheta ejuſdem ſignificationis cum uno ſubſtantivo junxiſſe. Et verbum γλάσιος, novum ſane et inauditum, quem fidejuſſorem inveniet? — V. 8 - 11. qui peculiare Scolion conſtituunt, *Ilgen* exhibuit nr. 5. p. 21. et ſic explicuit: „Eſt carmen ἐπινίκιον poëtae, cui in Panathenaicis ludis victoria obtigerat. — Pandroſus, filia Cecropis, quum una cum reliquis ſororibus ciſtam, qua Erichthonius incluſus erat, a Minerva acceperat, addito mandato, ne curioſe inſpicerent, ſola dictis paruit, fidemque praeſtitit; haec igitur templo digna eſt habita, reliquae, quae aperuerant, in furorem actae ſunt. Templum ejus proximum erat templo Minervae, atque adeo cum eo cohaerebat. vid. *Pauſan.* I. 21. p. 64. Hinc intelligitur, cur dicat poëta: νίκην ἔδοσαν αἱ θεαὶ φέροντες παρὰ Πανδρόσου, ὡς φίλην Ἀθηνᾶν.“ — *Scolion* IX. *Ilgen* nr. I. p. 1. *Guil. Jones* in Comment. Poëſ. Aſiat. (Works. T. II. p. 555.) hoc Scolion et tria alia, nempe nr. X. XI. et nr. VIII. in Pana, pro totidem ſtrophis unius ejusdemque Hymni habet, in Minervam ac Jovem, Cererem et Proſerpinam, Apollinem et Pana decantati; eamque ſententiam probari putat metri in ſingulis ſtrophis continua-

tione. — *Scol.* X. *Ilgen* nr. II. p. 4. V. 1. πλ. μῆτερ, Ὀλυμπία, ε' ἀείδω, in reliquis cum *Hermanno* conſpirans. Cererem Ὀλυμπίαν dictam eſſe ſuſpicatur discriminis cauſa; nam ap. Lacedaemonios et Hermionenſes Δημήτηρ χθονία colebatur. — Ad noſtram correctionem Δήμητερα στεφανηφόροις (ſic corrige) σὺν Ὥραις facit etiam *Orpheus* Hymn. XXVIII. 9. ubi Proſerpina dicitur Ὡρῶν συμπαίκτειρα ex certiſſima emendatione *Heringae* in Obſſ. crit. p. 87. quod monuit *Ilgen* in Addend. p. 254. — *Scolion* XI. *Ilgen* nr. III. p. 7. qui v. 2. Ἀπέλλω emendavit, ſimul fontem hujus Scolii indicans Hymn. Homer. in Apoll. Del. 14 – 18. χαῖρε, μάκαιρ' ὦ Λητοί, ἵνα τέκες ἁγλαὰ τέκνα, Ἀπόλλωνά τ' ἄνακτα καὶ Ἄρτεμιν ἰοχέαιραν, Κεκλιμένη πρὸς μακρὸν ὄρος καὶ Κύνθιον ὄχθον. — *Scolion* XII. *Ilgen* in duo diviſit nr. XV. et XVI. a verbis Τὸν Τελαμῶνα alterius initium faciens, quod pro imitatione prioris habet. Ea autem ſic conſtituit:

Παῖ Τελαμῶνος, Αἶαν,
αἰχμητά, λέγουσί σ' ἐς Τροίαν ἄριστον
ἐλθεῖν Δαναῶν μετ' Ἀχιλλέα.

* *

Τὸν Τελαμῶνα πρῶτον,
Αἶαντα δὲ δεύτερον Τροίαν λέγουσιν
ἐλθεῖν Δαναῶν μετ' Ἀχιλλέα.

Aliam viam inſtitit *R. Fiorillo* in Obſſ. ad Athen. p. 116. qui lectiones *Athenaei* preſſe ſequitur, Τροίαν tantum et v. 6. λέγοιεν, ſcribens; ceterum totum Scolion in octo verſus dactylicos et anapaeſticos logaoedicos diſtribuit. — *Scolion* XIII. *Ilgen* nr. XIV. p. 73. — *Scolion* XIV. *Ilgen* nr. IX. p. 36. ex *Canteri* (Nov. Lect. IX. 1.) lectu ſic conſtituit:

'Ο καρκίνος ὧδ' ἔφη
χαλᾷ τὸν ὄφιν λαβών'
εὐθὺν τὸν ἑταῖρον ἴμεν,
καὶ μὴ σκολιὰ φρονεῖν.

qui ſunt verſus ionici a majori dimetri catalectici. Sententiam eſſe putat eandem, quam exponit *Cato* I. Diſt. 30. *Quae culpare ſoles, ea ne tu feceris ipſe. Turpe eſt doctori, quum culpa redarguis ipſum.* Cancer ridiculus et impudens reprehenſor eſt; forfice arripit ſerpentem, cum quo amicitiam colit, monetque, non decere ſodalem tortuoſam perſequi viam, ſed recta incedendum eſſe; non meminit, ſe graviori laborare vitio, et retrogradum incedere; unde illud ap. *Ariſt.* in Pac. 1083. σὺ ποτε ποιήσεις τὸν καρκίνον ὀρθὰ βαδίζειν. — *Scolion* XV. *Ilgen* nr. XXI. p. 88. — *Scolion* XVI. *Ilgen* nr. XXV. p. 101. — *Scolion* XVII. *Ilgen* nr. XXIII. v. 1. ἔγχει corr. verba ſic distribuens: Ε. κ. διάνους || Μ. ἐπιλήθου || εἰ δὴ χ. τ. α. || α. ο. Idem hoc Scolion antiquitus elegiacis numeris ſcriptum eſſe ſuſpicatur, fortaſſe ſic:

ἔγχει πάθωνι, διάνους, παῖ, οὐκ ἐπιλήθου,
εἰ δὴ χρὴ ἀγαθοῖς ἀνδράσιν οἰνοχοεῖν.

ſive ſic:

ἔγχει πάθωνι, διάνουσον, μηδ' ἐπιλήθου — —

— *Scolion* XVIII. *Ilgen* nr. XIX. p. 86. — *Scolion* XIX. p. 82. *Ilgen* nr. XVII. p. 82. etiam hoc in duo diſpeſcuit, alterius initium faciens a verbis εἴθ' ἄπυρον. V. 1. 2. 3. ſic plane conſtituit, ut *Brunckius*; reliquos, ex imitatione priorum, ut exiſtimat, natos, illis ſimiles reddidit, v. 4. et 5. in unum conjungens. Idem in Addend. p. 263. χρύσεον fortaſſe legendum eſſe ſuſpicatur, ut ἄπυρον ſit vas feſti aliqua

ſolemnitate a femina geſtatum. Hac ratione enim geſtationem hujus ἀπόρου majorem ſimilitudinem habere cum lyrae geſtatione. — *Scolion* XX. *Ilgen* nr. XXI. p. 91. — *Scolion* XXI. *Ilgen* nr. XXII. p. 93. v. 1. τωὐτὸν. — P. 307. lin. 10. in *Alciphronis* loco lege potius cum *Berglero*: κἂν ἑνὸς εἶναι δοκῇ. — *Scolion* XXII. *Ilgen* nr. XXVI. p. 102. verſus paulo aliter diſtribuit ac *Hermannus*, verſum primum ἔστι μοι πλ. μέγας, δ. κ. ξ. καὶ τ. κ. λ. π. χρωτὸς efficiens Ionicum a maj. hexametrum acataleƈticum; λαισήϊον eſſe τρισυλλάβως pronuntiandum; huic ſimilem effecit v. 5. τὸ δὲ μὴ τ. ε. δ. κ. ξ. καὶ τὸ κ. λ. πρόβλημα χρωτός. quae eſt *Athenaei* lectio. In vſſ., qui his interpoſiti ſunt, cum *Hermanno* conſpirat, niſi quod ἀμπέλων ſervavit. — In v. penult. *Ilgen* emendavit γονυπετητότες ἔμ' ὃν κυνέοντι Δ. *me, qui ſum dominus eorum, venerantur oſculo.* et v. ult. καὶ μέγαν βασιλῆα Φ. Vult miles, eos, qui arma non ferrent, meticuloſe ipſum tanquam Perſarum regem venerari, genubusque flexis, benevolentiae aucupandae gratia, dicere magnum regem. Idem V. D. olim emendaverat: πάντες γόνυ πεπτηότες ἀμὸν κυνέοντι, Δεσπόταν καὶ μέγαν βασιλέα φωνέοντες. — P. 307. lin. penult. Adde poſt ἀρῶ haec: πρόβλημα ſimiliter dixit *Ariſtoph.* in Veſp. 613. τάδε κέκτημαι πρόβλημα κακῶν, σκευὴν βελέων ἀλεωρήν. *Euripid.* Suppl. 208. πρὸς δὲ τοῖσι χείματος Προβλήματα. In his tamen genitivus appoſitus rerum, contra quas defenſio paratur, cum apud *Hybriam* genitivus rem defendendam indicet. Cf. *Valcken.* ad *Callim.* Eleg. p. 291. — *Fiorillo* in Obſſ. in Athen. p. 118. totum carmen in duas ſtrophas deſcripſit, nonnullis reciſis, aliis immutatis, ſic:

Ἔστι. ἐμοὶ πλοῦτος μέγας δόρυ καὶ ξίφος,
καὶ τὸ καλὸν λαισήϊον, πρόβλημα χρωτός,
τούτῳ γὰρ ἐγὼ,
τούτῳ πατέω

τὸν ἀόδν οἶνον ἀπ' ἀμπέλων,
τούτῳ δεσπότας μυσίας κέκλημαι.

Τοὶ δὲ μὴ τολμῶντες ἔχειν δόρυ καὶ ξίφος,
καὶ τὸ καλὸν λαισήϊον, περίβλημα χρωτός,
πάντες γονυ-
πετηότες
λιὰ κυνέοντι δεσπόταν
καὶ μέγαν βασιλέα φωνέοντι.

— *Scolion* XXIII. *Ilgen* nr. XXVII. p. 120. nihil a *Brunckio* discrepans.

P. 311. *Aſtydamantis* Epigr. v. 4. προσέχουσ' habet *Apoſtolius*, qui hoc Ep. laudat Proverb. Cent. XVII. 29. p. 212. *Bentlejus* in Emend. in Menandri Fr. p. 135. corrigit: νῦν δὲ χρόνῳ προέχουσ', ᾧ φθόνος οὐχ ἕπεται.

P. 312. lin. 23. Lege περιπτύξατο πήχει, pro πτύξῃσι, quod calami errore ſcriptum. In αἰθέρος arboris nomen, cui vitis applicatur, latere, non dubito. δένδρια longius abeſt.

P. 315. *Ionis* fr. II. 5. Scribe Ἡρακλεῖ, quo verſus evadit concinnior. Eandem ob cauſam lege ap. *Callim.* H. in Apoll. 40. ἀλλ' αὐτὴν πανάκειαν, ἣν ἄστει δ' ᾧ κεν ἰκηῖ-νται, pro ἄστει. et in Ep. *Archiae* XXIV. 9. Ἡρακλεῖ.

Ibid. *Ionis* fr. III. 1. σῶς δ μὲν emendabat doctiſſimus *Lenz* pro ὡς δ μέν. Cf. *Schaefer* V. D. ad *Longi* Paſt. p. 346. ſq.

P. 317. *Empedoclis* Ep. I. De Acrone medico videndus *Fabricius* Bibl. Gr. T. XIII. p. 32.

P. 320. *Eveni* Ep. II. Similia congeſſit *Rittershuſ.* ad *Oppian.* II. Halieut. 53.

P. 325. lin. 7. dele verba *pro zona — utuntur*, μίτραι ſunt muliebria capitis ornamenta. Cf. *Graevius* in Lect. Heſiodeis c. XXIII. Ariadne ap. *Catull.* LXIV. 62. *Non flavo retinens ſubtilem vertice mitram — Non tereti ſtrophio lactantes vincta papillas.* Bacchus, ut in

reliquis muliebri veſtitu ornatus, mitrâ quoque redimitus repraeſentabatur. v. *Lucian.* T. VII. p. 304. ubi etiam p. 305. θηλύμιτρις vocatur.

P. 327. *Eveni* Ep. XV. Aptiſſime *Mitſcherlich* hoc Epigr. contulit ad *Horat.* III. Carm. XXI. 1 – 4. T. II. p. 208. ſq.

P. 328. *Eveni* Ep. XVI. 3. 4. aut ex alio Epigrammate huc traductos, aut diverſam praecedentium lectionem eſſe, ſuſpicatur *Corn. de Pauw*, qui v. 2. tentat σοφίης στίμματα aut λήμματα. At ſi verum video, vitium non eſt in κλέμματα, ſed in proximo verbo. Fortaſſe fuit;

ἀεὶ σοφίης κλέμματα διερχομένη.

ſemper furtis ex literis et libris faciendis intenta. Sic dicunt ἰδεῖν, βλάπτειν κέρδος, et ſimilia. — V. 4. *Pauw* ſic interpretatur: τὴν φθονερὰν ἰλύνα πλαττομένη. pro τὴν φθόνου ἰλύνα, ſcil. blatta libros exedens, eo ipſo *invidiae imaginem effigit*; ſinguli enim morſus vel foramina potius oſtendunt, illam chartae et libris ſalutem et vitam invidere. Idem in ultimo diſticho nihil mutandum eſſe contendit praeter ἐπεισαγόντες, vertitque: „A Muſis procul ſis, longe abeas, neque, quamdiu vivas, in calculo malevolam ſententiam exprimas. ψήφῳ hic elegantiſſimam habet emphaſin, nam et libros denotat, et calculum, quo olim ſententia lata in judiciis; patet ex voce δόξαν et ἐπεισαγόντες.“ — In hac explicatione inepta ſunt verba δόξαν ὄψει, quod *Pauw* pro ὄψῃ accipiebat. Num fuit: δόξαν ὀψέ? *nec tantum ſero* i. e. *et ne ſero quidem.* Reliqua fortaſſe ſic ſuerunt concepta:

βάσκανον ἐν ψήφοις δόξαν ἐμαῖς ἐπάγοις.

Quum libri inutiles et oblivioni tradendi tineis et blattis concedi dicantur, poëta, qui ſua opera in hominum

manibus versari cupit, optat, ut tinea nunquam ea invadat et quasi judicium de iis ferat. — In *tineam* est Aenigma *Symposiani* XVI. *Litera me pavit, nec, quid sit litera, novi. In libris vixi, nec sum studiosior inde. Exedi Musas, nec adhuc tamen ipsa profeci.*

P. 334. in *Philisci* Epigrammate v. 1. emendationem a me propositam nunc improbo, quippe qua hexametri bucolici elegantia perit. Hoc Epigramma, quo *Philiscus* hymnum in Lysiae honorem polliceri existimatur, mihi nunc *orationem* potius *funebrem* promittere videtur. Tale quid Philisco, oratori, convenit; nec ὕμνος de oratione panegyrica absonum foret. At incerta est hujus vocis lectio, et fortasse cum αἶνον commutanda. Jam si de oratione agitur, Καλλιόπης ἴυγάτης eloquentia fuerit, quae magnorum hominum laudes pedestri oratione celebrat, ut mater Calliope versibus et numeris. Hoc si mihi concedatur, totum hoc Epigramma sic constituendum esse credam:

Καλλιόπης ἴυγάτης, πολυήγορε φρόντι, διδάξεις,
εἴτι φρονεῖς, σοφίης καί τι περισσὸν ἔχεις.
τῷ γὰρ ἐς ἄλλο σχῆμα μεθαρμοσθέντι καὶ ἄλλαις
ἐν κόσμοισι βίου σῶμα λαβόντ' ἕτερον,
δεῖ σ' ἀρετῆς κήρυκα τενεῖν τινα Λυσίᾳ αἶνον,
ζῶντι κατὰ φθιμένων, καὶ στέφος ἀθάνατον
ἐς τό τ' ἐμῆς ψυχῆς δείξει φιλόταιρον ἅπασι
καὶ τὴν τοῦ φθιμένου πᾶσι βροτοῖς ἀρετήν.

V. 1. φρόντις est studium et cura, quam orator operi elaborando impendit; h. l. pro ipsa *eloquentia* accipiendum est. Jam minime ineptus est lusus in verbis φρόντις et εἴτι φρονεῖς: *jam, docebis, an nomine tuo digna sis.* — V. 3. Verba ἐς ἄλλο σχῆμα ducta fortasse ex *Euripid.* Medea v. 1039. εἰς ἄλλα σχήμ' ἀνασταίντες βίου. — V. 5. Id quod reposui, ΛΥΣΙΑΙ ΑΙΝΟΝ, proxime abest a vulgata

ΛΥΣΙΔΑΙΜΝΟΝ. Quod ſi cui tamen ὕμνον magis arriſerit, etiam hoc cum noſtra interpretatione conciliari poteſt. — V. 6. ζῶντι κατὰ φθιμένων *Wyttenbachio* debeo, de cujus emendationibus ſtatim dicam. Junge: ἀρετῆς κήρυκα καὶ στέφος ἀθάνατον. Poſteriora haec jam olim illuſtravi in Notis. — Paulo diverſa ratione hoc carmen emendavit Vir acutiſſimus *Wyttenbach.* in not. ad *Plutarchum* Tom. IV. p. 356 ubi haec poſuit: „Equidem non in Lyſiam, ſed Lyſidem Pythagoreum, ſcriptum arbitror. Ceterum ita conſtituendum videtur:

Εἰ δ' ἄγε, Καλλιόπης θύγατερ, πολυηγόρε φρόντι,
δείξεις εἴ τι φρενεῖς καί τι περισσὸν ἔχεις.
τῷ γὰρ ἐς ἄλλο σχῆμα μεθαρμοσθέντι καὶ ἄλλοις
ἐν κόσμοισι βίου σῶμα λαβόνθ' ἕτερον,
δεῖ σ' ἀρετῆς κήρυκα τεκεῖν τινα Λύσιδι ὕμνων,
ζῶντι κατὰ φθιμένων καὶ σοφῷ, ἀθάνατον,
ὅς τό τ' ἐμῆς ψυχῆς δείξει (δείξαι) φιλέταιρον ἅπαν-
στον,
καὶ φὴν τοῦ φθιμένου πᾶσι βροτοῖς ἀρετήν.“

Poſtremi diſtichi emendationem neceſſariam non puto. At in reliquis ſi qui elegantiſſimas eruditiſſimi viri lectiones meis conjecturis praetulerint, non intercedam equidem, nec me a tanto viro ſuperari aegre feram.

P. 337. *Platonis* Ep. I. 1. εἰςάθρει, vulgo. Emendavit *Joſ. Scaliger.*

P. 349. *Platonis* Ep. XIII. 3. 4. *Gregorius Nazianz.* Ep. XXVIII. in *Muratorii* Anecd. p. 27. αὖραί τοι μαλακὸν συρίγμασι κῶμα φέρουσαι Καὶ κῦμοι Χαρίτων εἰς ἓν ἀγειρομένων.

P. 351. *Platonis* Ep. XVII. 3. 4. Haec facile crediderim obverſata eſſe *Heliodoro* in Aethiop. L. V. 14. p. 33. ed. Bip. ubi, deſcriptâ gemmâ, cui grex ovium inſculptus, ὅσοι δὲ αὐτῶν, addit, πρωτόγονοι καὶ

θρασύτεροι καὶ ὑπεραλλεσθαι βουλομένοις τὸν κύκλον ἐμήκεσαν, εἰργομένοις δὲ ὑπὸ τῆς τέχνης ὥσπερὶ μάνδραν χρυσῆν τὴν σφενδόνην αὐτοῖς τε καὶ τῷ πέτρᾳ περιβαλλούσης.

P. 353. *Platonis* Ep. XXI. Expreſſiſſe hoc *Virgilium* Aen. VIII. 587. de Pallante: *qualis ubi* Oceani *perfuſus Lucifer unda*, *Quem Venus ante alios aſtrorum diligit ignes*, *Extulit os ſacrum coelo, tenebrasque reſolvit*; exiſtimat *Gorius* in Inſcr. T. II. p. 31.

P. 355. *Platonis* Ep. XXVI. 1 — 4. Diſtinctione juvandus locus, non emendatione. Scribendum eſt ſcilicet:

νανηγὸν μὲ δέδορκας· ὃν οἰκτείρασα θάλασσα
γυμνῶσαι πνεύμασιν φάρεος ἐδέσατο,
ἄνθρωπος παλάμῃσιν ἀτρεβήτοις ἀπέδυσε.

verbis ſic junctis: ἐμέ, ὃν θάλασσα ἐδέσατο γυμνῶσαι, ἀπέδυσε ἄνθρωπος. Sic omnia optime procedunt et apparet antitheſis, quae in vulgata diſtinctione deſiderabatur.

P. 356. *Platonis* Ep. XXVIII. ἄρμενος ἦν ξείνοισι. *Plutarch.* T. II. p. 773. C. ἦν δὲ χρηστὸς ὁ Σκέδασος καὶ τοῖς ξένοις ἐπιτήδειος. — Quae ſequuntur, φίλος ἑαυτοῖς, manifeſto reſpiciunt locum *Pindari* in Nem. VIII. 64. ἐγὼ δ' ἑαυτοῖς ἀδὼν καὶ χθονὶ γυῖα καλύψαιμι. — P. 358. Ep. XXX. 4. *Bion.* fr. IV. ταὶ Μοῖσαι τὸν Ἔρωτα τὸν ἄγριον οὐ φοβέονται.

P. 362. *Ariſtotelis Hymnus in Virtutem.* Praeter eos, quos in Notis laudavi, eum edidit et illuſtravit cl. *Ilgen* inter Scolia nr. XXXI. p. 137. qui v. 1 — 5. ſequitur V. D. ap. *Hurd.*, cujus emendationes nos ſub textu notavimus. — V. 6. *Ilgen* τοῖον ἐπὶ φρένα βάλλεις καρπὸν σεῖ' ἀθάνατον, talem tuum fructum animo objicis, repraeſentas, qui majorem poteſtatem in animum exerceat, quam aurum, parentes et ſomnus. Aurum

vim habet animos alliciendi; parentum amor ac desiderium multos a nobilibus auſis abstrahit; somnus et vitae mollities multum suavitatis spondet; sed horum omnium vires, quae sunt maximae, non possunt cum vi virtutis comparari, si quem sui haec alumnum elegerit. — At si hunc sensum efficere voluit poëta, γενέων cum reliquis non bene coïre apparet. — Mox idem V. D. ἀρέσεσθαι adoptavit et μαλακαυχήτοις, quod vocabulum ab αὐχή αὐχάζεσθαι derivat, ut sit, *qui molliter tuetur, qui vitia res consuescit molli ac languido.* — Ad v. 12. praeter ea *Horatii* loca, quae jam attuli, laudandus erat inprimis III. Carm. 3. 9. ubi cum virtutis vim laudavit poëta, *Hac arte*, ait, *Pollux et vagus Hercules Enisus arces attigit igneas.* ubi cl. *Misscherl.* nostrum locum aliosque similes comparavit. — P. 365. lin. 7. falsa sunt, quae de metris dixeram, monente *Ilgenio.* Vers. ἔργοις αὖ λογοιδικ. ες est antispasticus dimeter; alter δύναμιν τοῖς δὲ πόθοις Ἀχιλλεύς est logaoedicus cum basi anapaestica. — V. 18. καὶ ὁ Ἀταρνέος s. *Ilgen.* — Ead. pag. lin. 7. a fine lege *decasyllabus* pro *hendecasyllabus.* — V. 19. »Exquisitius dictum est ἠελίου χήρωσεν αὐγὰς *solis viduavit lumen* pro *mortuus est*, quam ἠελίου χ. αὐγᾶς *solis luce orbus factus est.* quanquam ap. *Plutarch.* Ἐρωτ. p. 764. χηρόω intransitive legitur. Maittairio placuit legere χήρωσεν. *Homer.* Od. ε. 124. ἀνδρῶν χηρώσει νῆας. Sed verum est χήρωσεν αὐγάς. *Homer.* Ιλ. ε. 642. ἐχήρωσεν ἀγυιὰς i. e. ἐρήμους ἀνθρώπων ἐποίησε. Sic declaratur desiderium, quod Sol sentiat, quum Hermias non amplius in conspectum ejus veniat.« Haec cl. *Ilgen.* — V. 20. 21. idem ἀοίδιμον et αὐξήσουσι recepit, deleto Μοῦσαι; item v. 23. αὔξουσαι delevit. — His locis, quae p. 366. de Hermia tyranno collegi, adde *Himerium* Orat. VI. 6. p. 506. ubi plura de familiaritate inter tyrannum et Aristotelem commemorantur, interque ea etiam hoc: πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα τῶν ἐπ' αὐτῷ πόθων Ἀριστοτέλης

ἐπεδείξατο, ὡς ἐστὶν ἀκούειν γνωρίσματα· καὶ γὰρ λόγους αὐτὸν ἐξήσκησε, καὶ ἑρετὴν ἐξεπαίδευσε, καὶ ἐλεγεῖα τὸν Σάμιον μόνα τῶν γνωρίμων ἐτέρπησεν. ad quem locum *Wernsdorfius*, Hermiam nuptias nunquam celebraſſe, non ſatis caute pronuntiat. *Ilgen*, eum ſpadonem fuiſſe, veriſimile eſſe negat propter ea, quae de filia et concubina traduntur. At illum revera mutilum fuiſſe et ſemivirum, non dubitavit *Lucianus*, apud quem Eunuchus quidam, philoſophiam publice profeſſurus, Hermiae exemplum citat, quem, Eunuchum licet, Ariſtoteles mirum in modum coluerit. Vide T. V. p. 211. ed. Bip.

P. 368. *Ariſtotelis* Peplum ordinem heroum in Catalogo Navium Homerico ſequi, acute monuit cl. *Lenz.* in Bibl. Artium, quae Ipſiae prodit, T. LXIV. p. 193. Idem ſuſpicatur, poſt nr. 3. excidiſſe Epigr. in Schedium et Epiſtrophum, Phocenſes. Poſt nr. 9. idem collocat diſtichon in Diomedis matrem, quod a *Tzetza* ſervatum, edidi ad Ejus Homerica. v. 113. — Epigr. nr. 6. propter ſtili diverſitatem aliunde in Peplum veniſſe cenſet *Lenzius*, qui etiam nr. 16. 2. Παφίων recte emendavit pro Ταφίων. Agapenor poſt Trojam everſam Paphum in Cypro condidit. In eandem emendationem, quod ſero vidi, inciderat *Vindingius* in Hellade. Vide *Gronov.* Theſ. Ant. Gr. T. XI. p. 63. E. — Nr. 20. *Slotbower* in Tirocin. crit. quod prodiit Leovardiae 1792. nomen viri deſiderans p. 36. corrigit: Λαρτιάδην κολπ. cujus emendationis, ut et aliarum, indicium *Schneidero* debeo. Viro cl. — Nr. 27. Prioris verſus numeros, qui vehementer elumbes ſunt, nonnihil emendaveris ſcribendo:

Φειδίππου Τροίην πέρσαντα καὶ Ἄντιφον ἥρω,

ſed non tanti eſt. De v. 2. disputat *Lenzius* l. c. p. 195. Phidippus et Antiphus Coi erant; quomodo fit,

ut h. l. in *patria Ephyra* ſepulti dicantur? Suſpicatur V. D. quem modo laudavi, traditionem fuiſſe de Theſſalo, Ephyrae in Theſſalia conditore; in quam urbem filiorum ejus cineres relati fuerint. Res obſcura. — N. 31. *Slothower* l. c. p. 35. proponit: Ποδάρκην, δῖον Ἄρηος, ex Il. β. 211. — N. 35. idem p. 36. emendavit Ὀρμενίδη, ut nos quoque ſcripſimus.

P. 375. De *Choerili* Epigrammate vide inprimis *Oliveti* ad calcem notarum in Cicer. Qu. Tuſc. (*Remarques ſur les Tuſcul. de Ciceron*) T. III. p. 372. ſqq. — Locus *Suidae*, quem excitavi p. 376. lin. 17., ductus eſt ex *Arriani* Exp. Alex. II. 5. 5. — V. 5. λέλειπται. Sic *Theocrit.* Eid. XVI. 42. ἄμμαστοι δέ, τὰ πολλὰ καὶ ὄλβια τῆνα λιπόντες, Δειλοῖς ἐν νεφέεσσι μαχεοὺς αἰῶνας ἔχειντο. Attigit hunc locum *D. Heraldus* ad *Martialem* L. IX. p. 184.

P. 378. *Cratetis* Ep. I. inter Scolia retulit *Ilgen* p. 246. nr. XLVIII. — Item Fr. III. nr. XLIX. p. 248. ubi el. Editor λεπτὸν ſe malle ait pro κανόν. Illud eſt monetae genus minutiſſimum, τοῦ χαλκοῦ pars ſeptima. — P. 383. lin. 5. poſt *gibbere* adde: *Julian.* Orat. VI. p. 201. B. ὁ Κράτης εἰς τὸ σῶμα βλαβοὺς ἐσκωπτεν ἑαυτὸν τὴν χωλότητα τοῦ σκέλους καὶ τὸ κυρτὸν τῶν ὤμων.

P. 387. *Philetae* Epigr. I. 1. ἔτι eſt in marg. Ap. G. et R. — V. 5. 6. *Brunckius* dedit ex emendatione *Salmaſii*, qui τῶν σχημάτων τῶν ἀφροδισίων πίνακας intelligebat; quod reliquis parum convenit. Unde enim tabulae pictae inter veſtimenta et ornamenta muliebria? Nunc etiam inſtrumenta intelligi puto, libidini exſtinguendae adhibita; at conjecturam a me olim propoſitam, nec tum valde probabam, et nunc prorſus repudio. Satis erat dixiſſe ἃ τ' οὐ φωνητὰ πρὸς ἄνδρας, nullo ſubſtantivo addito. Vide, an ſcribendum ſit:

ἃ τ' οὐ φωνητὰ πρὸς ἄνδρας·
ἀλλ' ἴσθ' ὁμῶς πάσης Κύπριδος ὀπτασίην.

Aliam propoſuit emendationem doctiſſ. *Lenzius*:

ἃ τ' οὐ φωνητὰ πρὸς ἄνδρας,
οὔτ' ἐσοπτά, πάσης Κύπριδος ὀπτασίην.

Loquitur de his rebus, velut ad arcana nec viris adeunda ſacra pertinentibus. Cf. *Hymn.* in Cerer. v. 477. ex emend. *Ilgenii.*

P. 388. Fr. III. 2. Emendationem ſuam τὸ μένος *Valckenarius* repetivit ad *Callimach.* Eleg. p. 268. at veriſſima eſt vulgata lectio ἀνίμων τέμενος, quam jam olim, poſt *Heinrichium* V. cl., tueri conati ſumus. Rem extra dubium ponit uſus ſynonymorum ἄλσος et ἀλωή ap. *Aeſchyl.*, qui πόντιον ἄλσος habet in Perſ. v. 109. ἁλίρρυτον ἄλσος in Suppl. 868. utrumque de mari. *Oppian.* Halieut. I. 796. ἀπειρεσίῃσι . . . περιπλυθὴς ἀγέλῃσι Φαίνεται ἀργινόεσσα Ποσειδάωνος ἀλωή.

P. 391. *Philetae* Fr. VI. 2. Legendum ὅμως. *mei, quamvis defuncti, memineritis.* — Ibid. lin. 20. Verſſ. ex *Plutarcho* citati, ſunt *Aeſchyli* in Prom. 378. ſq. — *Ejusd.* Fr. XI. *Fiorillo* ad *Herodis* Inſcr. p. 89. ſq. hos verſus non *Philetae*, ſed ex *Philetae* gloſſa ab *Athenaeo* cum reliquis translatos eſſe exiſtimat, v. 1. corrigens: ἕστηκ', ἀμφὶ κόμαις εὐώδεσιν, ἀγχ. π *prope patrem puella adſtitit, comisque ſuaveolentibus impoſuit pulchram coronam Iacchéam.* Eadem repetivit in Obſſ. ad *Athenaeum* p. 103. Lubrica in ejusmodi locis critica. Non minori enim probabilitate ſcripſeris:

ἕστηκ' ἀμφὶ κόμαις εὐώδεος ἀγχόθι πατρός.

prope eadem thure et odoribus fragrantem ſtabat, Iacchéa corona comas cincta.

P. 393. Fr. XIII. 1. Ad ἀλὲν propius accedit ἀνίαν. Νῦν δ' ἀνίαν πέσσω. Media in hac voce apud poëtas epicos et lyricos paſſim corripitur. V. *Ruhnk.* Ep. crit. p. 276. et *Porſon.* ad *Eurip* Phoen. v. 1334. — Ibid. lin. 15. Verſus *Alcaei* ſic fortaſſe ſunt diſtinguendi et emendandi:

πρὸς ὀ' αὖ γε κῦμα
τῷ πρωτέρῳ μεταιχμὶς ἦκεν.

Poſtrema haec ΝΕΩΡΕΣΗΚΕΙ a vulgatis ΝΕΟΜΩΣΤΙΧΕΙ proxime abſunt. Alterum *Alcaei* fragmentum a *D Heinſio* ad *Silium Ital.* X. 325. tentatum, ſed minime perſanatum eſſe, video ex *T. H.* notis ad *Lucian.* T. I. p. 341. ed. Lip. Idem ne de noſtris quoque conaminibus pronuntietur, valde vereor. — V. 2. vitioſe expreſſum τὸ μέσσον pro τὸ μέσσον, quod metrum poſtulat. Pro φορήμεθα legendum φορεύμεθα cum *Hermanno im Handbuch der Metrik* p. 224. ſq. qui nihil praeterea mutandum cenſet.

P. 398. *Mnaſalcae* Ep. II. 4. ἐνύησεας ἴτυν debetur *Salmaſio* — Ibid. Ep. III. 1. revocanda membranarum lectio ἰερὸν ἄδος pro ἄδε. ut etiam Ep. XI. 1. *Theocrit.* Eid. V. 33. ὧδε πεφύκει Πολία, χἀ στιβὰς ἧδε καὶ ἀκρίδες ὧδε λαλεῦντι.

P. 399. *Mnaſalcae* Ep. IV. 1. *Hermannus* de Diff. prof. et poëſ. P. I. p. 13. „Neminem puto fore, cui placeat καλὸν στέρνον, viro bellatori tributum, praeſertim cum idem περιμάκετα πάχυν habuiſſe dicatur. Tamen quis neget, pulcrum pectus poſſe etiam tale intelligi, quale vel maxime virum valentem et robuſtum deceat. Nihilominus quis non perſuaſiſſimum ſibi habeat, illud καλὸν non eſſe a *Mnaſalca* profectum? Hic, ni fallor, κάμνον ſcripſerat. "

P. 400. *Mnaſalcae* Ep. VI. 1. In marg. Ap. G. et R. „τοῦτο σύ γ' εὐ τήρευ. nota ellipſin.“ Ibidem notatur, in fine ſaltem unum diſtichon deſiderari. At nihil deeſſe apparebit, modo recte emendaveris. *Mnaſalcas* enim ſic videtur ſcripſiſſe:

Τῇδέ σοι, Ἄρτεμι δῖα, Κλεώνυμος εἵσατ' ἄγαλμα
τεῦτε· εὐ δ' εὐθήρου τοῦδ' ὑπέρισχε βίου,
ἥ γε κατ' εἰνοσίφυλλον ὄρος ποσὶ πότνια βαίνεις,
δεινὸν μαιμώσαις ἐγκονέουσα κυσίν.

Haec proxime abſunt a lectionibus membranarum et *Suidae*. V. 1. τῇδε verum videtur. Ep. IV. ἥδη τῇδε μένω πολέμου ἔλχα. *Anyte* Ep. I. ἕσταθι τῇδε χράνεια. Ib. Ep. IX. Ἑρμᾶς τῇδ' ἵσταμαι. — V. 2. adoptavi *Suidae* lectionem τοῦδε, ſecutus ejusdem interpretationem verbi ὑπέρισχε. ὑπερμάχει. προίστασο. Etiam *Heſych.* ὑπερέχει. βοηθεῖ. — βίου et βίευ ſimillima. Ne quis βίον minus aptum exiſtimet, cf. *Theocrit.* XXV. 227. αὐτὰρ ἐγὼ θάμνοισιν ἅμα σκιεροῖσιν ἐκρύφθην Ἐν βίῳ ὑλήεντι. *Apoll. Rhod.* I. 1223. μέλε γὰρ σφίσι πάσαις, Ὅσσαι κεῖσ' ἐρατὸν Νύμφαις βίον ἀμφενέμοντο, Ἄρτεμιν ἐννυχίῃσιν ἀεὶ μέλπεσθαι ἀοιδαῖς.

P. 407. *Mnaſalcae* Ep. XV. Habetur in Certamine Homeri c. Heſiod p. 491. ed. *Loesneri*. — P. 408. Ejusd. Ep. XVII. *Fiorillo* in Obſſ. ad Athen. p. 99. ſic conſtituit:

Αἳ αἳ παρθενικᾶς ἐλοίφρενος, ἅ σ' ἀπὸ φαιδρᾶν
Ἔκλασ' ἀν' ἁλικίαν, ἱμερόεσσα Κλεοῖ,
Κάδδε σ' ἀμυξάμεναι περὶ δάκρυσιν αἶψ' ἐπὶ τύμβῳ
Λᾶες Σειρήνων ἵσταμες εἰδάλιμοι.

His additis: „Carmen hoc viros doctiſſimos fruſtra exercuit; nos vero vix literula mutata elegantiſſimam le-

ctionem exſculpſimus.“ Interpretationem non adjecit.

P. 412. lin. 14. poſt *notum eſt*, adde: Sunt haec verba ex Ap. Guy. Recte ſic emendatum eſſe, dubitare licet, cum ob ductuum diſſimilitudinem, tum propter numeros minus concinnos. ὄλβια autem, quod in membranis eſt, hexametrum efficit bucolicum. Quare vide, an in his verbis ἄδιον οὐδὲν ἔρωτος τάδ' ὄλβια δεύτερα πάντα haec lateant:

ἄδιον οὐδὲν ἔρωτος, ἀνόλβια δ' ἐν πάρα πάντα
ἐστίν.

i. e. παρ' ὃν πάντα ἐστὶν ἀνόλβια, *quocum comparata alia omnia jacent et ſordent.* Hoc mihi in mentem venit; alii fortaſſe meliora reperient.

P. 414. (*Noſſidis* Ep. III. 2.) lin. ult. poſt νισσομένη adde: Sed rectius fortaſſe ad Ειλειθυίας βέλη reſpici dicas, quod exiſtimat V. D. in Bibl. Phil. T. II. p. 120. Cf. *Homer.* Ιλ. XI. 269.

P. 416. *Noſſidis* Ep. VI. 1. βεούττιοι. Marg. Ap. G. et R.

P. 419. *Noſſidis* Ep. XI. 2. exhibuit cl. Editor ad mentem *Salmaſii*. *Sladus*, cujus emendationes paſſim laudat C. *de Pauw*, τᾶν Σαπφοῦς χαρίτων ἄνθος ἀνοψόμενος corrigit, nihil praeterea immutandum cenſens. At Sapphus carmina i. e. χάριτες etiam in peregrinis terris ſpectari poterant, nec opus erat, propterea Mitylenen navigaretur. Ob eandem cauſam nunc meam conjecturam repudio ἀμησόμενος, quod pro *frui* deberet eſſe poſitum; et rectius de eo diceretur, qui ipſum puellae florem decerp[illegible]ut de poëta in Muſarum viretis flo[illegible]es [illegible]e, an fuerit:

χαρίτων ἄνθεσι γανυμένην.

Mitylenen, Sapphûs carminibus ſuperbientem et ſpectabilem. Haec lectio proxime accedit ad lectionem membranarum, ſi ab ultima ſyllaba diſceſſeris, in qua Cod. Vat. ſaepe vitioſus deprehenditur.

P. 421. lin. 7. ante πολὺς ſupple: *Alciphr.* L. III. 48. T. II. p. 151. ed. *Wagn.* — V. 3. κορύμβων probat *Koppiers* in Obſſ. p. 87.

P. 422. *Anytes* Ep. I. 3. ἡμένα emendavit *Salmaſius.*

P. 423. *Anytes* Ep. II. 2. Margo Ap. G. et R. ἢ Κλεόβροτος an Κλεόβροτος. ex quo Κλεόμβροτος pleonasmo. — V. 3. In membr. Vat. non ἐβόησε, ut *Br.* ait, ſed ἐκόησεν legitur. ἐκόλησε marg. Ap. G. et R.

Ibid. *Anytes* Ep. IV. Amorem hirco inſidentem exhibet gemma in *Begeri* Theſ. Brandenb. p. 176.

P. 427. *Anytes* Ep. VIII. 3. Talia de Fauno praedicat *Horat.* I. Carm. XVII. ubi capellas nihil per ſylvas periculi timere ait: *utcunque dulci - fiſtula Valles et Uſticae cubantis Laevia perſonuere ſaxa.*

P. 428. *Anytes* Ep. X. 1. βρομίου τράγος. Non ea tantum, quibus Dii delectantur, ſed ea quoque, a quibus poenas petunt, iis ſacra dicuntur.

P. 430. lin. 6. ad *Vir Doctus* adde: qui *Salmaſius* eſt. In Ap. Rulink. ἐν βαχιᾷ in contextu exhibetur. — Ibid. Ep. *Anytes* XIII. *C. de Pauw* prius diſtichon ſic refingere conatus eſt: πῆβαι μὲν σύ, Πρόαρχε, μέσαι παίδων τά τε ματρὸς εὔχεα ἐν δνοφερῷ πένθει ἕδου φθίμενος. *In media juventa tu quidem, Proarche, liberorum gloriam et eorum matris, uxoris tuae, in tenebricoſo luctu collacaſti occumbens.* παίδων τά τε ματρὸς εὔχεα ſcriptum pro εὔχεα παίδων ματρός τε. — V. 3. Margini Apogra-

phorum quorundam adſcriptum τύμβος λαΐδι, idque arripuit *C de Pauw*.

P. 435. *Anytes* Ep. XXII. *Salmaſius* in notis ineditis cum Epigrammate *Mnaſalcae* XVII. jungendum cenſebat. In Cod. Vat. (p. 285.) juxta leguntur, auctorum tamen nominibus recte diſtincta.

AD TOMUM SEPTIMUM

SIVE

ANIMADVERSIONUM TOM. I. P. II.

P. 3. *Simmiae* Ep. I. *Boettiger* V. D. in literis ad me datis agi putat de ibicis cornu, a venatore olim arbori affixo, ita ut ei corollae in Dianae Panisve honorem appenderentur. Hoc cornu poſtea detractum a fabro in arcum mutatum eſſe. Tum haec addit: Si de victima ageretur, putarem, v. 2. legendum eſſe δ. ἐπιχρύσοις ἐ πετάλοις, et interpretarer de aureis bracteolis, quibus hoſtiarum cornua inducebantur. *Virgil.* Aen. IX. 627. *Homer.* Od. γ. 382. 423. 436. Has bracteolas qui faciebant, πεταλοῦργοι appellabantur, bracteolae ipſae πέτηλα, quod docuit *Taylor* ad Marm. Sandv. p. 75. ſq.

P. 4. lin. 17. poſt *viciſti* adde: *Callimach.* Ep. LXII. ὁ δ' ἥσσω κρέσσονα βασκαίνης. *Horat.* II. Odar. XX. 4. *neque in terris morabor Longius; invidiaque major Urbes relinquam.* ubi cf. *Mitſcherl.*

P. 7. *Simmiae Alae.* Figurata haec carmina ἀναθήμασι inſcripta et hinc figuram nacta eſſe, me monuit *Boettigerus.* Certe hic uſus ejusmodi luſibus grammaticis originem dediſſe putandus eſt. *Simmiae* Alam et

Securim illuſtrare conatus eſt *I. Brodaeus* in Miſcell. L. VII. 25.

P. 22. *Aſclepiadae* II. 2. παῖ eſt in marg. Ap. Guy. et R.

P. 24. *Aſclepiad.* Ep. V. 1. „An ſic legendum: Μητρὸς Ἔρως ἐκ χειρὸς ἔτ' αὐθήρατος ἀκοπτὰς Εἰς οἶκον τρυφερσῦ Δ. οὐ π.“ Margo Ap. Guy. et R. — V. 4. οὐχὶς marg. Ap. Guy. Multa hîc inepte molitur *Pauw.* Ad noſtram conjecturam εἷς ἑνὶ συμφέρομαι confirmandam facit *Athenaeus*, de caſtis, quas Cerops primus inter Atticos inſtituiſſe dicitur, nuptiis agens L. XIII. p. 555. D. ἐν δὲ Ἀθήναις πρῶτος Κέκροψ μίαν ἑνὶ ἔζευξεν. Alia hujus generis collegit *Toup.* in Emend. ad Suid. I. p. 221.

P. 25. *Aſclepiad.* Ep. VI. 1. οὐράγιος *Salmaſio* debetur. Elegans eſt emendatio et docta; an vera, non dixerim. Propius etiam ad membranarum ſcripturam accederet:

οὔπω τοξοφορῶν, οὐδ' ἥριος, ἀλλὰ νεογνὸς —

et ſenſum praeſtaret aut contextui aptiorem, aut certe non deteriorem. οὔπω τοξοφορῶν, nondum ſagittis inſtructus, ſed innocens adhuc et plane puer; οὐδ' ἥριος, nondum adultus. — V. 3. In not. Ap. Ruhnk. vertitur: „Pugillares habet aureos et molli et tracta voce recitat carmina amatoria Philocratis tibicinis in Antigenem.“ ubi vides Δίαυλον in *tibicinem* mutatum. — V. 4. ψυχῆς eſt in Ap. G. et R. Rectius C. *de Pauw* ψυχῇ emendavit, male tamen totum locum interpretatur. Sic accipe: Amor meus, quamvis nondum armatus nec adultus, tamen vires ſuas experitur, blaeſa et puerili lingua Philocratis illecebras *animae* recitat. Poëta ſibi Amorem finxit ſimilem puero, qui literas apud magiſtram, Pſychen, diſcit; ſed innata ipſi laſcivia jam ipſam magiſtram tentat et verbis vulnerare conatur. Similis eſt

ἔννοια In *Bionis* Fr. III. — Sic tamen haeremus in verbis κατ' Ἀντιγένους.

P. 26. *Aſclepiad.* Ep. VII. 1. In marg. Ap. G. et R. εὑρεῖν ἔρως καλὴν μίξιν καλός. et v. 2. „ὃ μήτ' ἀνθεῖ, ſubint. ἐν ἴσῳ. ἴσως, ἀπὸ κοινοῦ, ex poſterioribus ad anteriora.“ — C. *de Pauw* haec notavit: „Veriſſime emendatum a Salmaſio εὑρεῖν ἔρως τι καλῷ μίξαι καλόν. mox pro ὃ μήτ' recte Guyetus ἃ μήτ', nam et aurum et ſmaragdum haec reſpiciunt ſimul. Elegans autem illud ἐν ἴσῳ, quae nec decora ſunt ſatis, nec ſibi invicem aequalia. Fulvus ſcilicet auri color, ſmaragdo viridis; elephas candidus, ebenus niger; in quibus ſumma proinde inaequalitas et tantum discrimen, ut vix miſceri poſſe videantur. At illa mixtura Cleandri cum ipſis flosculis ſuadae et amicitiae, quam ipſe Cupido fecerat, ita egregia, ut nihil in ea diſſimile conſpici poſſit, ut una eademque materia eſſe videatur.“ — Mea in v. 2. conamina nunc damno, licet vulgata lectio mihi nunc non magis expedita videatur quam olim.

P. 28. *Aſclepiad.* Ep. IX. 5. δάκτυλος ὡς. Vide de hac paroemia *H. Stephanum* in Schediasm. L. III. 30. — P. 29. lin. 12. poſt *Salmaſius* adde: cui diſerte tribuitur haec emendatio in Ap. *Rubnk.* — Eidem debetur emendatio vſ. 3.

P. 29. *Aſclepiad.* Ep. XI. 1. „ἐθλίβετο. mihi affricabat latus, ſe frottait à moi. Sed forte legendum ἐφλίβετο. Cf. Heſych. Sed ἐπέχω.“ Margo Ap. R. et G. — Hoc loco nuper ad *Horatium* illuſtrandum uſus eſt doctiſſ. *Lenzius* in Miſc. phil. quae Altenburgi prodeunt, I. p. 54.

P. 31. *Aſclepiad.* Ep. XII. In marg. Ap. G. et R. „ἰκέσταται ὡς α. π. ἔσθαι i. e. ἵέναι. mittere, jaculari, v. 3. κατ' ὄμμ. i. e. ἐξ ὄμματος.“ V. 4. ἐν πετάλῳ contextus. In marg. „ἐν πετάσῳ legendum videtur. Sic autem locus forte corrigendus: ἧς ὑπὲρ ὄμμα ἐν πετάσῳ γυμνόν. notae

sunt φαινομηρίδες." — Deinde additum: „De hoc loco, quem corruptissimum esse mihi constat, nescio quomodo emendandus sit, melius tamen legi puto σὺν πετάσῳ aut πετάλῳ, ut per πέταλον vel πέτασον τὸν ἰφυβαῖον intelligat."

P. 32. *Asclepiad.* Ep. XIII. 1. ἔρωτες. marg. Ap. G. et R. Ibid. v. 5. ἐμ' ἐσκληκώς. — V. 6. ἐξ ὑμέων τοῦτό γ' εἰσέτι β. ε. emendabat *Pauw.* An fuit:

ἐνεσκληκὼς γὰρ ἀνίαις
ἐξ ὑμέων, τούτων μείζονα βούλομ' ἔχειν.

P. 34. *Asclepiad.* Ep. XV. 1. a *Salmasio* emendatus est, ut et Ep. XVIII. 1.

P. 37. lin. 9. Lege *conciliat* pro *conciliavit.* — *Asclepiad.* Ep. XVIII. 4. μέμψεων. marg. *Rubuk.* ubi etiam πότε reperitur. — Ibid. lin. 5 a fin. post *videri* adde: ex mente V. D. in marg. Ap. G. et R. — *Asclepiad.* Ep. XIX. 3. μοιχὸς marg. Ap. G. et R.

P. 40. lin. 14. Lege *pronae ruebant* pro *nubant.* — *Asclep.* Ep. XXII. 2. εἰς ἕτερα. ἑτερόζηλον pro *cinaedo* posuit *Lucill.* Ep. V. 4.

P. 44. lin. 3. Ut h. l. Καρίων διαλλάβως pronuntiandum est, sic in Epigr. ap. *Pausan.* L. V. 10. p. 397. Φειδίας Χαρμίδου υἱὸς Ἀθηναῖός μ' ἐποίησε. et L. V. 22. p. 435. μνέματ' Ἀπολλωνίας ἀνακείμεθα. quamvis in posteriore loco *Brunckius* (Anal. T. III. p. 177. nr. CXXXV.) Ἀπολλωνίας exhibuit. — *Asclepiad.* Ep. XXVII. 4 Λαπίθην. V. D. in Ephemerid. Gothl. ann. 1799. nr. 30. p. 253. de Ixione, qui Lapitha fuit, cogitabat. Nonne quis eum ut Ixionem rotae illiget?

P. 48. *Asclepiad* Ep. XXIX. 1. Plangon famosa meretrix Milesia. *Athen* L. XIII. p. 594. B. — V. 3. πὴν πολύχαρμον, τὴν πολεμικήν. margo Ap. G. et R. In Ap.

Ruhnk. πολύκαρπον. — In Ep. XXX. *Brunckius* v. 3. ad *Salmaſii* mentem emendatum dedit.

P. 51. *Aſclepiad.* Ep. XXXI. *Martorelli* de Theca calam. II. p. 392. ſic interpretatur: „Vides in hoc Epigr. pueros de poëſeos victoria certantes, vincentemque Conarum, ita ut tulerit octoginta aſtragalos i. e. puncta omnia, atque adeo eam ob rem exhilaratus eſt Conarus, ut etiam comoedum Charetem, ſervum licet longaevum, cum pueris poëſi ſtudere coëgerit, quo de imperio ſenex conqueritur.“ — Neſcio, quid alii ſentiant; mihi quidem haec explicatio vehementer videtur inepta. *Tali* inter munera pueris data numerantur in *Glauci* Ep. I. ubi vide not. *Euſtath* ad Ια. ψ. p. 1398. 45. τοὺς τοιούτους ἀστραγάλους ἀστρίζας ἢ ἄστριας ἔλεγον. Καλλίμαχος οὖν ζοχκὸς ποτ λέγει δωρηθῆναί τινι πέντε νεοσμήκτους ἄστριας.

P. 54. *Aſclepiad.* Ep. XXXIV. 8. emendatus ad mentem *Salmaſii*. In ἡμιθέων incidit etiam *Daviſius* ad *Maxim. Tyr.* Diſſ. XXXVIII. 2. p. 219. ed. *R.* qui comparat *Heſiod.* Oper. et D. v. 159. ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἳ καλέονται Ἡμίθεοι. — In noſtro loco ſuſpectum voc. γένος, quod modo praeceſſit. Num fuit:

καὶ κλέος ἐσχαίων ἔγραφες ἡμιθέων.

P. 56. *Aſclepiad* Ep. XXXVII. *Brunckius* ad *Salmaſii* mentem emendatum dedit. — V. 1. Cod. offert εἴ τι καινὸν εἶης ἄκουσον. χαρτόν, quod *Salmaſius* emendavit, non ſatisfacit.

P. 56. *Aſclepiad.* Ep. XXXVIII. 3. ante oculos habuit *Gregor. Nazianz* in Anecdot. Murator. p. 163. τίπτε μ' ἀνοχλίζεις κενεὸν τάφον; ὀστέα μοῦνα Κεύθω καὶ σποδιὴν τοῖσιν ἐπερχομένοις. et p. 164. τίπτε μ' ἀνοχλίζοις; νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα Μοῦνα φέρω· τύμβων ὀστέα πλοῦτος ἅπας.

P. 58. lin. 7. poſt *diſtinguuntur* adde: De Antigenide disputavit etiam *Nic. Loënſis* in Epiphyll. VI. 8. — *Leonid. Tar.* Ep. I. 1. πανυχίκες habet jam Ap. G. et R. Ibid. v. 2. καὶ M. v. 3. τραχυχειλεῖς. παχυχειλεῖς non improbavit *Schneider* in Lexic. crit. Append. p. 1024. — V. 7. marg. Ap. G. et R. σὺν ᾧ ποθ' ὑπόφωνος ἠὼς Αὔγασεν αὐλείους ἐγκονέουσα θύρας.

P. 60. *Leonidae* Ep. III. 3. Verba ἐκ τόκου cum praecedentibus arcte cohaerent, quod vel ex ſequ. Epigr. apparet. Zonam et cypaſſin tibi, o Latonia, Atthis poſt puerperium dedicavit, quod etc. — V. 4. rectius fortaſſe ſcripſeris: σῶον ἀπ' ὠδῖ.

P. 64. *Leonidae* Ep. VI. 1. τὸν μόνιν *Salmaſio* debetur, qui h. v. recte de *lupo* interpretabatur.

P. 65. *Leonidae* Ep. VII. 5. προνήια. an τὰς πρὸ τοῦ ναοῦ ὀρχήσεις, χορὰς. marg. Ap. G. et R. — P. 66. Ep. VIII. 5. pro ἑστῶν *Salmaſ.* in marg. ἰσχνὰν emendavit; omnino male. V. 6. ſic, ut *Br.* habet, legitur in marg. Ap. G. et R. ἐργαστὰ *videntur eſſe inſtrumenta textoria.* — V. 6. ποτιρρογεὰς Codicis fortaſſe ortum ex

ποτ' εἰροδεχεῖς

quod formatum ut πανδεχής. Ea, quae ad rem textoriam in hoc et ſeq. Epigr. ſpectant, illuſtravit *Schneider* in Indice ad Scr. Rei Ruſt. v. *Tela.* p. 366. ſqq.

P. 69. *Leonidae* Ep. IX. 4. ὀρφνίτην *Salmaſ.* in Ap. G. et R. per νυκτοῦργον interpretatur, ab ὀρφνὴ derivans. At ὀρφνίτης idem eſt quod ἐρφανές; *calathus orbus Leonidae* ingenium ſapit. Ejusdem autem originis ὀρφνὴ et ὀρφανία; unde ὀρφανὸς modo *orbum*, modo *tenebricoſum* ſignificat. *Heſych.* ὀ ρ φ α ν ὸ ς· ὁ γονέων ἐστερημένος καὶ τέκνων. Ὀ ρ φ ν ῆ ε ν· μέλαν. σκοτεινόν. καὶ ὀρφανόν. Ὀ ρ φ α ν α ί α· νυκτερινή. σκοτεινή. ὅθεν καὶ ὀρφανὸν εἰρῆσθαι τὸν ἐν σκότει ὄντα.

vim habet animos alliciendi; parentum amor ac desiderium multos a nobilibus ausis abstrahit; somnus et vitae mollities multum suavitatis spondet; sed horum omnium vires, quae sunt maximae, non possunt cum vi virtutis comparari, si quem sui haec alumnum elegerit. — At si hunc sensum efficere voluit poëta, γονέων cum reliquis non bene coire apparet. — Mox idem V. D. κρέσσονα adoptavit et μαλακαυχήτους, quod vocabulum ab αὐχὴ αὐχέζεσθαι derivat, ut sit, *qui molliter tuetur, qui visus res consuetur molli ac languido.* — Ad v. 12. praeter ea *Horatii* loca, quae jam attuli, laudandus erat inprimis III. Carm. 3. 9. ubi cum virtutis vim laudavit poëta, *Hac arte*, ait, *Pollux et vagus Hercules Enisus arces attigit igneas.* ubi cl. *Mitscherl.* nostrum locum aliosque similes comparavit. — P. 365. lin. 7. falsa sunt, quae de metris dixeram, monente *Ilgenio.* Vers. ἔργοις σὺν ἀγορεύε-ις est antispasticus dimeter; alter δύναμιν ἐσσὶ δὲ πόδοις Ἀχιλλεύς est logaoedicus cum basi anapaestica. — V. 18. καὶ ὁ Ἀταρνέως s. *Ilgen.* — Ead. pag. lin. 7. a fine lege *decasyllabus* pro *hendecasyllabus.* — V. 19. »Exquisitius dictum est ἡλίου χέρσωσεν αὐγὰς *solis vidnavit lumen* pro *moriuus est*, quam ἡλίου χ. αὐγὰς *solis luce orbus factus est.* quanquam ap. *Plutarch.* Ἐρωτ. p. 764. χηρόω intransitive legitur. Maittairio placuit legere χήρωσεν. *Homer.* Od. ε. 124. ἀνδρῶν χηρώσει νῆας. Sed verum est χήρωσεν αὐγάς. *Homer.* Il. ε. 642. ἐχήρωσεν ἀγυιάς i. e. ἐρήμους ἀνδρώπων ἐποίησε. Sic declaratur desiderium, quod Sol sentiat, quum Hermias non amplius in conspectum ejus veniat.« Haec cl. *Ilgen.* — V. 20. 21. idem δοίδιμον et αὐξήσουσι recepit, deleto Μοῦσαι; item v. 23. αὔξουσι delevit. — His locis, quae p. 366. de Hermia tyranno collegi, adde *Himerium* Orat. VI. 6. p. 506. ubi plura de familiaritate inter tyrannum et Aristotelem commemorantur, interque ea etiam hoc; πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα τῶν ἐπ' αὐτῷ πόδων Ἀριστοτέλης

ἐπεδείξατο, ὡς ἐστὶν ἀκούειν γνωρίσματα· καὶ γὰρ λόγους αὐτὸν ἐξήσκησε, καὶ ἑρετὴν ἐξεπαίδευσε, καὶ ἀλγεῖν τὸν θάλαμον μόνα τῶν γνωρίμων ἐποίησεν. ad quem locum *Wernsdorfius*, Hermiani nuptias nunquam celebraſſe, non ſatis caute pronuntiat. *Ilgen*, eum ſpadonem fuiſſe, veriſimile eſſe negat propter ea, quae de filia et concubina traduntur. At illum revera mutilum fuiſſe et ſemivirum, non dubitavit *Lucianus*, apud quem Eunuchus quidam, philoſophiam publice profeſſurus, Hermiae exemplum citat, quem, Eunuchum licet, Ariſtoteles mirum in modum coluerit. Vide T. V. p. 211. ed. Bip.

P. 368. *Ariſtotelis* Peplum ordinem heroum in Catalogo Navium Homerico ſequi, acute monuit cl. *Lenz.* in Bibl. Artium, quae Lipſiae prodit, T. LXIV. p. 193. Idem ſuſpicatur, poſt nr. 3. excidiſſe Epigr. in Schedium et Epiſtrophum, Phocenſes. Poſt nr. 9. idem collocat diſtichon in Diomedis matrem, quod a *Tzetza* ſervatum, edidi ad Ejus Homerica. v. 113. — Epigr. nr. 6. propter ſtili diverſitatem aliunde in Peplum veniſſe cenſet *Lenzius*, qui etiam nr. 16. 2. Παφίων recte emendavit pro Ταφίων. Agapenor poſt Trojam everſam Paphum in Cypro condidit. In eandem emendationem, quod ſero vidi, inciderat *Vindingius* in Hellade. Vide *Gronov.* Theſ. Ant. Gr. T. XI. p. 63. E. — Nr. 20. *Slothouwer* in Tirocin. crit. quod prodiit Leovardiae 1792. nomen viri deſiderans p. 36. corrigit: Λαρτιάδην κολπα. cujus emendationis, ut et aliarum, indicium *Schneidero* debeo. Viro cl. — Nr. 27. Prioris verſus numeros, qui vehementer elumbes ſunt, nonnihil emendaveris ſcribendo:

Φειδίππου Τροίην πέρσαντα καὶ Ἄντιφον ἥρω,

ſed non tanti eſt. De v. 2. disputat *Lenzius* l. c. p. 195. Phidippus et Antiphus Coi erant; quomodo fit,

ut h. l. in *patria Ephyra* ſepulti dicantur? Suſpicatur V. D. quem modo laudavi, traditionem fuiſſe de Theſſalo, Ephyrae in Theſſalia conditore; in quam urbem filiorum ejus cineres relati fuerint. Res obſcura. — N. 31. *Slothower* l. c. p. 35. proponit: Ποδάρκην, ὄζον Ἄρηος, ex Ιλ. β. 211. — N. 35. idem p. 36. emendavit Ὀρμενίδη, ut nos quoque ſcripſimus.

P. 375. De *Choerili* Epigrammate vide inprimis *Olivetum* ad calcem notarum in Cicer. Qu. Tuſc. (*Remarques ſur les Tuſcul. de Ciceron*) T. III. p. 372. ſqq. — Locus *Suidae*, quem excitavi p. 376. lin. 17., ductus eſt ex *Arriani* Exp. Alex. II. 5. 5. — V. 5. λέλειπται. Sic *Theocrit.* Eid. XVI. 42. ἄμμαστοι δέ, τὰ πολλὰ καὶ ὄλβια τῆνα λιπόντες, Δειλοῖς ἐν νεκύεσσι μακρούς αἰῶνας ἔκειντο. Attigit hunc locum *D. Heraldus* ad *Martialem* L. IX. p. 184.

P. 378. *Cratetis* Ep. I. inter Scolia retulit *Ilgen* p. 246. nr. XLVIII. — Item Fr. III. nr. XLIX. p. 248. ubi ei. Editor λεπτὸν ſe malle ait pro κανόν. Illud eſt monetae genus minutiſſimum, τοῦ χαλκοῦ pars ſeptima. — P. 383. lin. 5. poſt *gibbere* adde: *Julian.* Orat. VI. p. 201. B. ὁ Κράτης εἰς τὸ σῶμα βλαβεὶς ἐσκωπτεν ἑαυτὸν τὴν χωλότητα τοῦ σκέλους καὶ τὸ κυρτὸν τῶν ὤμων.

P. 387. *Philetae* Epigr. I. 1. ἔτι eſt in marg. Ap. G. et R. — V. 5. 6. *Brunckius* dedit ex emendatione *Salmaſii*, qui τῶν σχημάτων τῶν ἀφροδισίων πίνακας intelligebat; quod reliquis parum convenit. Unde enim tabulae pictae inter veſtimenta et ornamenta muliebria? Nunc etiam inſtrumenta intelligi puto, libidini exſtinguendae adhibita; at conjecturam a me olim propoſitam, nec tum valde probabam, et nunc prorſus repudio. Satis erat dixiſſe ἃ τ' οὐ φωνητὰ πρὸς ἄνδρας, nullo ſubſtantivo addito. Vide, an ſcribendum ſit:

ἃ τ' οὐ φωνητὰ πρὸς ἄνδρας
ἀλλ' ἴῳ' ὁμῆ πάσης Κύπριδος ὀπτασίην.

Aliam propoſuit emendationem doctiſſ. *Lenzius*:

ἃ τ' οὐ φωνητὰ πρὸς ἄνδρας,
οὔτ' ἐξερητά, πάσης Κύπριδος ὀπτασίην.

Loquitur de his rebus, velut ad arcana nec viris adeunda ſacra pertinentibus. Cf. *Hymn.* in Cerer. v. 477. ex emend. *Ilgenii.*

P. 388. Fr. III. 2. Emendationem ſuam τὸ μένος *Valckenarius* repetivit ad *Callimach.* Eleg. p. 268. at veriſſima eſt vulgata lectio ἀνέμων τέμενος, quam jam olim, poſt *Heinrichium* V. cl., tueri conati ſumus. Rem extra dubium ponit uſus ſynonymorum ἅλσος et ἀλωή ap. *Aeſchyl.*, qui πόντιον ἅλσος habet in Perſ. v. 109. ἁλίῤῥυτον ἅλσος in Suppl. 868. utrumque de mari. *Oppian.* Halieut. I. 796. ἀπειρεσίῃσι . . . περιπλυθὴς ἀγέλῃσι Φαίνεται ἀργινόεσσα Ποσειδάωνος ἀλωή.

P. 391. *Philetae* Fr. VI. 2. Legendum ὅμως. *mei, quamvis defuncti, memineritis.* — Ibid. lin. 20. Verſſ. ex *Plutarcho* citati, ſunt *Aeſchyli* in Prom. 378. ſq. — *Ejusd.* Fr. XI. *Fiorillo* ad *Herodis* Inſcr. p. 89. ſq. hos verſus non *Philetae*, ſed ex *Philetae* gloſſa ab *Athenaeo* cum reliquis translatos eſſe exiſtimat, v. 1. corrigens: ἔστηκ', ἀμφὶ κόμαις εὐώδεσιν, ἀγχ. π *prope patrem puella adſtitit, comisque ſuaveolentibus impoſuit pulchram coronam Iacchéam.* Eadem repetivit in Obſſ. ad *Athenaeum* p. 103. Lubrica in ejusmodi locis critica. Non minori enim probabilitate ſcripſeris:

ἔστηκ' ἀμφὶ κόμαις εὐώδεος ἀγχόθι πατρὸς.

prope aedem thure et odoribus fragrantem ſtabat, Iacchéa corona comas cincta.

P. 393. Fr. XIII. 1. Ad ἀλὲν propius accedit ἀνίαν. Νῦν δ' ἀνίαν πίσσω. Media in hac voce apud poëtas epicos et lyricos paſſim corripitur. V. *Ruhnk.* Ep. crit. p. 276. et *Porſon.* ad *Eurip* Phoen. v. 1334. — Ibid. lin. 15. Verſus *Alcaei* ſic fortaſſe ſunt diſtinguendi et emendandi:

πρὸς δ' αὖ γε κῦμα
τῷ πρωτέρῳ μεν-τοιρὲς ἦκει.

Poſtrema haec ΝΕΩΡΕΣΗΚΕΙ a vulgatis ΝΕΟΜΩΣΤΙΧΕΙ proxime abſunt. Alterum *Alcaei* fragmentum a *D. Heinſio* ad *Silium Ital.* X. 325. tentatum, ſed minime perſanatum eſſe, video ex *T. H.* notis ad *Lucian.* T. I. p. 341. ed. Lip. Idem ne de noſtris quoque conaminibus pronuntietur, valde vereor. — V. 2. vitioſe expreſſum τὸ μέσον pro τὸ μέσσον, quod metrum poſtulat. Pro φορέμεθα legendum φορεύμεθα cum *Hermanno im Handbuch der Metrik* p. 224. ſq. qui nihil praeterea mutandum cenſet.

P. 398. *Mnaſalcae* Ep. II. 4. ἐνίνεσας ἴτυν debetur *Salmaſio* — Ibid. Ep. III. 1. revocanda membranarum lectio ἰερὸν ἄδε pro ἄδε. ut etiam Ep. XI. 1. *Theocrit.* Eid. V. 33. ἄδε πεφόνει Πείσ, χἀ στιβὰς ἄδε καὶ ἀκρίδες ἄδε λαλεῦντι.

P. 399. *Mnaſalcae* Ep. IV. 1. *Hermannus* de Diff. prof. et poëſ. P. I. p. 13. „Neminem puto fore, cui placeat καλὸν στέρνον, viro bellatori tributum, praeſertim cum idem περιμάκετα πάχυν habuiſſe dicatur. Tamen quis neget, pulcrum pectus poſſe etiam tale intelligi, quale vel maxime virum valentem et robuſtum deceat. Nihilominus quis non perſuaſiſſimum ſibi habeat, illud καλὸν non eſſe a *Mnaſalca* profectum? Hic, ni fallor, κάμνον ſcripſerat. “

P. 400. *Mnaſalcae* Ep. VI. 1. In marg. Ap. G. et R. „τοῦτο σό γ' εὐ τήρευ. nota ellipſin.“ Ibidem notatur, in fine ſaltem unum diſtichon deſiderari. At nihil deeſſe apparebit, modo recte emendaveris. *Mnaſalcas* enim ſic videtur ſcripſiſſe:

Τῇδέ σοι, Ἄρτεμι δῖα, Κλεώνυμος εἵσατ' ἄγαλμα
τεῦτο· σὺ δ' εὐθήρου ταῦδ' ὑπέρισχε βίου,
ἥ γε κατ' εἰνοσίφυλλον ὄρος ποσὶ πότνια βαίνεις,
δεινὸν μαιμώσαις ἐγκονέουσα κυσίν.

Haec proxime abſunt a lectionibus membranarum et *Suidae*. V. 1. τῇδε verum videtur. Ep. IV. ἦλθ' τῇδε μένω πολέμου ἴλιχα. *Anyte* Ep. I. ἕσταθι τῇδε κράνεια. Ib. Ep. IX. Ἑρμᾶς τῇδ' ἕστακα. — V. 2. adoptavi *Suidae* lectionem τοῦδε, ſecutus ejusdem interpretationem verbi ὑπέρισχε. ὑπερμάχει. προίστασο. Etiam *Heſych.* ὑπερέχει. βοηθεῖ. — βίου et βίευ ſimillima. Ne quis βίον minus aptum exiſtimet, cf. *Theocrit.* XXV. 227. αὐτὰρ ἐγὼ δάμνοισιν ἅμα σκιεροῖσιν ἐκεύθην Ἐν βίῳ ὑλήεντι. *Apoll. Rhod.* L. I. 1223. μέλε γὰρ σφίσι πάσαις, Ὅσσαι κεῖθ' ἑκατὸν Νύμφαις βίον ἀμφενέμοντο, Ἄρτεμιν ἐννυχίῃσιν ἀεὶ μέλπεσθαι ἀοιδαῖς.

P. 407. *Mnaſalcae* Ep. XV. Habetur in Certamine Homeri c. Heſiod p. 491. ed. *Loesneri*. — P. 408. Ejusd. Ep. XVII. *Fiorillo* in Obſſ. ad Athen. p, 99. ſic conſtituit:

Αἰ αἰ παρθενικᾶς ὀλοφρένος, ἃ σ' ἀπὸ φαιδρᾶν
Ἕκλασ' ἀν' ἁλικίαν, ἱμερόεσσα Κλεοῖ,
Κάδδε σ' ἀμυξάμεναι περὶ δάκρυσιν ἀΐδ' ἐπὶ τύμβῳ
Λᾶες Σειρήνων ἕσταμες εἰδάλιμοι.

His additis: „Carmen hoc viros doctiſſimos fruſtra exercuit; nos vero vix literula mutata elegantiſſimam le-

ctionem exſculpſimus.“ Interpretationem non adjecit.

P. 412. lin. 14. poſt *notum eſt*, adde: Sunt haec verba ex Ap. Guy. Recte ſic emendatum eſſe, dubitare licet, cum ob ductuum diſſimilitudinem, tum propter numeros minus concinnos. ὄλβια autem, quod in membranis eſt, hexametrum efficit bucolicum. Quare vide, an in his verbis ἄδιον οὐδὲν ἔρωτος τάδ' ὄλβια δεύτερα πάντα haec lateant:

ἄδιον οὐδὲν ἔρωτος, ἀνόλβια δ' ἄρα πάντα
ἐστίν.

i. e. παρ' ὃν πάντα ἐστὶν ἀνόλβια, *quocum comparata alia omnia jacent et ſordent.* Hoc mihi in mentem venit; alii fortaſſe meliora reperient.

P. 414. (*Noſſidis* Ep. III. 2.) lin. ult. poſt νισσομένη adde: Sed rectius fortaſſe ad Ειληθυίας βέλη reſpici dicas, quod exiſtimat V. D. in Bibl. Phil. T. II. p. 120. Cf. *Homer.* IA. XI. 269.

P. 416. *Noſſidis* Ep. VI. 1. βεούτται. Marg. Ap. G. et R.

P. 419. *Noſſidis* Ep. XI. 2. exhibuit cl. Editor ad mentem *Salmaſii*. *Sladus*, cujus emendationes paſſim laudat C. *de Pauw*, τᾶν Σαπφοῦς χαρίτων ἄνθος ἀνοψόμενος corrigit, nihil praeterea immutandum cenſens. At Sapphus carmina i. e. χάριτες etiam in peregrinis terris ſpectari poterant, nec opus erat, propterea Mitylenen navigaretur. Ob eandem cauſam nunc meam conjecturam repudio ἀμησόμενος, quod pro *frui* deberet eſſe poſitum; et rectius de eo diceretur, qui ipſum puellae florem decerperet, aut de poëta in Muſarum viretis flores colligente. Vide, an fuerit:

τᾶν Σαπφοῦς χαρίτων ἄνθεσι γανυμέναν.

Mitylenen, Sapphûs carminibus ſuperbientem et ſpectabilem. Haec lectio proxime accedit ad lectionem membranarum, ſi ab ultima ſyllaba diſceſſeris, in qua Cod. Vat. ſaepe vitioſus deprehenditur.

P. 421. lin. 7. ante πολὺς ſupple: *Alciphr.* L. III. 48. T. II. p. 151. ed. *Wagn.* — V. 3. κορύμβων probat *Koppiers* in Obſſ. p. 87.

P. 422. *Anytes* Ep. I. 3. ἡμένα emendavit *Salmaſius.*

P. 423. *Anytes* Ep. II. 2. Margo Ap. G. et R. ἢ Κλεόβροτός an Κλεόβροτος. ex quo Κλεόμβροτος pleonasmo.“ — V. 3. In membr. Vat. non ἰβόης, ut *Br.* ait, ſed ἰκόησιν legitur. ἰκοίησα marg. Ap. G. et R.

Ibid. *Anytes* Ep. IV. Amorem hirco inſidentem exhibet gemma in *Begeri* Theſ. Brandenb. p. 176.

P. 427. *Anytes* Ep. VIII. 3. Talia de Fauno praedicat *Horat.* I. Carm. XVII. ubi capellas nihil per ſylvas periculi timere ait: *utcunque dulci – fiſtula Valles et Uſticae cubantis Laevia perſonuere ſaxa.*

P. 428. *Anytes* Ep. X. 1. βρομίου τράγος. Non ea tantum, quibus Dii delectantur, ſed ea quoque, a quibus poenas petunt, iis ſacra dicuntur.

P. 430. lin. 6. ad *Vir Doctus* adde: qui *Salmaſius* eſt. In Ap. Ruhnk. ἐν βαχιᾷ in contextu exhibetur. — Ibid. Ep. *Anytes* XIII. *C. de Pauw* prius diſtichon ſic refingere conatus eſt: πῆβαι μὲν σύ, Πρόαρχε, μέσαι παίδων τά τε ματρὸς εὔχεα ἐν δνοφερῷ πένθει ἔθου φθίμενος. *In media juventa tu quidem, Proarche, liberorum gloriam et eorum matris, uxoris tuae, in tenebricoſo luctu collocaſti occumbens.* παίδων τά τε ματρὸς εὔχεα ſcriptum pro εὔχεα παίδων ματρός τε.“ — V. 3. Margini Apogra-

phorum quorundam adſcriptum τόμβος ἀηδόνι, idque arripuit *C de Pauw.*

P. 435. *Anytes* Ep. XXII. *Salmaſius* in notis ineditis cum Epigrammate *Mnaſalcae* XVII. jungendum cenſebat. In Cod. Vat. (p. 285.) juxta leguntur, auctorum tamen nominibus recte diſtincta.

AD TOMUM SEPTIMUM

SIVE

ANIMADVERSIONUM TOM. I. P. II.

P. 3. *Simmiae* Ep. I. *Boettiger* V. D. in literis ad me datis agi putat de ibicis cornu, a venatore olim arbori affixo, ita ut ei corollae in Dianae Panisve honorem appenderentur. Hoc cornu poſtea detractum a fabro in arcum mutatum eſſe. Tum haec addit: Si de victima ageretur, putarem, v. 2. legendum eſſe δ. ἐπιχρύσοις ἐ πετάλοις, et Interpretarer de aureis bracteolis, quibus hoſtiarum cornua inducebantur. *Virgil.* Aen. IX. 627. *Homer.* Od. γ. 382. 423. 436. Has bracteolas qui faciebant, πεταλοῦργοι appellabantur, bracteolae ipſae πέτηλα, quod docuit *Taylor* ad Marm. Sandv. p. 75. ſq.

P. 4. lin. 17. poſt *viciſti* adde: *Callimach.* Ep. LXII. ὁ δ' ἥσσω κρέσσονα βασκαίνεις. *Horat.* II. Odar. XX. 4. *neque in terris morabor Longius; invidiaque major Urbes relinquam* ubi cf. *Mitſcherl.*

P. 7. *Simmiae Alae.* Figurata haec carmina ἀναθήμασι inſcripta et hinc figuram nacta eſſe, me monuit *Boettigerus.* Certe hic uſus ejusmodi luſibus grammaticis originem dediſſe putandus eſt. *Simmiae* Alam et

Securim illuſtrare conatus eſt *I. Brodaeus* in Miſcell. L. VII. 25.

P. 22. *Aſclepiadae* II. 2. παῖ eſt in marg. Ap. Guy. et R.

P. 24. *Aſclepiad.* Ep. V. 1. „An ſic legendum: Μητρὸς Ἔρως ἐκ χειρὸς ἔτ' εὐθήρατος ἀποπτὰς Εἰς εἶκον τευφερσῦ Δ. οὐ π.“ Margo Ap. Guy. et R. — V. 4. εὐχὰς marg. Ap. Guy. Multa hìc inepte molitur *Pauw.* Ad noſtram conjecturam εἷς ἑνὶ συμφέρομαι confirmandam facit *Athenaeus*, de caſtis, quas Cerops primus inter Atticos inſtituiſſe dicitur, nuptiis agens L. XIII. p. 555. D. ἐν δὲ Ἀθήναις πρῶτος Κέκροψ μίαν ἑνὶ ἔζευξεν. Alia hujus generis collegit *Toup.* in Emend. ad Suid. I. p. 221.

P. 25. *Aſclepiad.* Ep. VI. 1. οὐράγιος *Salmaſio* debetur. Elegans eſt emendatio et docta; an vera, non dixerim. Propius etiam ad membranarum ſcripturam accederet:

οὔπω τοξοφορῶν, οὐδ' ὅπλος, ἀλλὰ νεογνὸς —

et ſenſum praeſtaret aut contextui aptiorem, aut certe non deteriorem. οὔπω τοξοφορῶν, nondum ſagittis inſtructus, ſed innocens adhuc et plane puer; οὐδ' ὅπλος, nondum adultus. — V. 3. In not. Ap. Ruhnk. vertitur: „Pugillares habet aureos et molli et tracta voce recitat carmina amatoria Philocratis tibicinis in Antigenem.“ ubi vides Δίαυλον in *tibicinem* mutatum. — V. 4. ψυχῆς eſt in Ap. G. et R. Rectius *C. de Pauw* ψυχῇ emendavit, male tamen totum locum interpretatur. Sic accipe: Amor meus, quamvis nondum armatus nec adultus, tamen vires ſuas experitur, blaeſa et puerili lingua Philocratis illecebras *animae* recitat. Poëta ſibi Amorem finxit ſimilem puero, qui literas apud magiſtram, Pſychen, diſcit; ſed innata ipſi laſcivia jam ipſam magiſtram tentat et verbis vulnerare conatur. Similis eſt

ἴννοια in *Bionis* Fr. III. — Sic tamen haeremus in verbis κατ' Ἀντιγένους.

P. 26. *Aſclepiad.* Ep. VII. 1. In marg. Ap. G. et R. εὗρεν ἔρως καλὴν μίξιν καλός. et v. 2. „ὃ μήτ' ἀνθεῖ, ſubint. ἐν ἴσῳ. ἴσως, ἀντὶ κοινοῦ, ex poſterioribus ad anteriora.“ — *C. de Pauw* haec notavit: „Veriſſime emendatum a Salmaſio εὗρεν ἔρως τι καλῷ μίξαι καλόν. mox pro ὃ μήτ' recte Guyetus ἃ μήτ', nam et aurum et ſmaragdum haec reſpiciunt ſimul. Elegans autem illud ἐν ἴσῳ, quae nec decora ſunt ſatis, nec ſibi invicem aequalia. Fulvus ſcilicet auri color, ſmaragdo viridis; elephas candidus, ebenus niger; in quibus ſumma proinde inaequalitas et tantum discrimen, ut vix miſceri poſſe videantur. At illa mixtura Cleandri cum ipſis flosculis Suadae et amicitiae, quam ipſe Cupido fecerat, ita egregia, ut nihil in ea diſſimile conſpici poſſit, ut una eademque materia eſſe videatur.“ — Mea in v. 2. conamina nunc damno, licet vulgata lectio mihi nunc non magis expedita videatur quam olim.

P. 28. *Aſclepiad.* Ep. IX. 5. δάκτυλος ἡμῖς. Vide de hac paroemia *H. Stephanum* in Schediasm. L. III, 30. — P. 29. lin. 12. poſt *Salmaſius* adde: cui diſerte tribuitur haec emendatio in Ap. *Rubnk.* — Eidem debetur emendatio vſ. 3.

P. 29. *Aſclepiad.* Ep. XI. 1. „ἐθλίβετο. mihi affricabat latus, ſe frottait à moi. Sed forte legendum ἐφλίβετο. Cf. Heſych. Sed ἐπέχω.“ Margo Ap. R. et G. — Hoc loco nuper ad *Horatium* illuſtrandum uſus eſt doctiſſ. *Lenzius* in Miſc. phil. quae Altenburgi prodeunt, I. p. 54.

P. 31. *Aſclepiad.* Ep. XII. In marg. Ap. G. et R. „ἐκλεκταὶ ἀς α. π. ἔσθαι i. e. εἶναι. mittere, jaculari, v. 3. κατ' ὄμμ. i. e. ἐξ ὄμματος.“ V. 4. ἐν πετάλῳ contextus. In marg. „ἐν πετάσῳ legendum videtur. Sic autem locus forte corrigendus: ἧς ἀπὸ ὄμμα ἐν πετάσῳ γυμνόν. notae

sunt φαινομηρίδες." — Deinde additum: „De hoc loco, quem corruptissimum esse mihi constat, nescio quomodo emendandus sit, melius tamen legi puto σὺν πετάσῳ aut πετάλῳ, ut per πέταλον vel πέτασον τὸν ἐφηβαῖον intelligat."

P. 32. *Asclepiad.* Ep. XIII. 1. ἔρωτες. marg. Ap. G. et R. Ibid. v. 5. ἐμ' ἐσκλησκώς. — V. 6. ἐξ ὑμέων τοῦτό γ' εἰσέτι β. ε. emendabat *Pauw.* An fuit:

ἐνεσκλησκὼς γὰρ ἀνίαις
ἐξ ὑμέων, τούτων μείζονα βούλομ' ἔχειν.

P. 34. *Asclepiad.* Ep. XV. 1. a *Salmasio* emendatus est, ut et Ep. XVIII. 1.

P. 37. lin. 9. Lege *conciliat* pro *conciliavit.* — *Asclepiad.* Ep. XVIII. 4. μέμψεις. marg. *Rubnk.* ubi etiam ποτε reperitur. — Ibid. lin. 5 a fin. post *videri* adde: ex mente V. D. in marg. Ap. G. et R. — *Asclepiad.* Ep. XIX. 3. μοιχὸς marg. Ap. G. et R.

P. 40. lin. 14. Lege *pronae ruebant* pro *nubant.* — *Asclep.* Ep. XXII. 2. εἰς ἑτοῖα. ἑτεροζύγλον pro *cinaedo* posuit *Lucill.* Ep. V. 4.

P. 44. lin. 3. Ut h. l. Καρίων διπλάσιος pronuntiandum est, sic in Epigr. ap. *Pausan.* L. V. 10. p. 397. Φειδίας Χαρμίδου υἱὸς Ἀθηναῖός μ' ἐποίησε. et L. V. 22. p. 435. μνάματ' Ἀπολλωνίας ἀνακείμεθα. quamvis in posteriore loco *Brunckius* (Anal. T. III. p. 177. nr. CXXXV.) Ἀπολλονίας exhibuit. — *Asclepiad.* Ep. XXVII. 4 Λαπιθών. V. D. in Ephemerid. Goth. ann. 1799. nr. 30. p. 253. de Ixione, qui Lapitha fuit, cogitabat. Nonne quis eum ut Ixionem rotae illiget?

P. 48. *Asclepiad* Ep. XXIX. 1. Plangon famosa meretrix Milesia. *Athen* L. XIII. p. 594. B. — V. 3. τὴν τολόχαρμον. τὴν πολεμικήν. margo Ap. G. et R. In Ap.

Ruhnk. πολύκαρπον. — In Ep. XXX. *Brunckius* v. 3. ad *Salmaſii* mentem emendatum dedit.

P. 51. *Aſclepiad.* Ep. XXXI. *Martorelli* de Theca calam. II. p. 392. ſic interpretatur: „Vides in hoc Epigr. pueros de poëſeos victoria certantes, vincentemque Conarum, ita ut tulerit octoginta aſtragalos i. e. puncta omnia, atque adeo eam ob rem exhilaratus eſt Conarus, ut etiam comoedum Charetem, ſervum licet longaevum, cum pueris poëſi ſtudere coëgerit, quo de imperio ſenex conqueritur.“ — Neſcio, quid alii ſentiant; mihi quidem haec explicatio vehementer videtur inepta. *Tali* inter munera pueris data numerantur in *Glauci* Ep. 1. ubi vide not. *Euſtath* ad Ιλ. ψ. p. 1398. 45. τοὺς τοιούτους ἀστραγάλους ἀστρίκας ἢ ἄστριας ἔλεγον. Καλλίμαχος οὖν ζεκὸς ποτ λέγει δωρηθῆναί τινι πέντε νεοσμήκτους ἄστριας.

P. 54. *Aſclepiad.* Ep. XXXIV. 8. emendatus ad mentem *Salmaſii*. In ἡμιθέων incidit etiam *Daviſius* ad *Maxim. Tyr.* Diſſ. XXXVIII. 2. p. 219. ed. *R.* qui comparat *Heſiod.* Oper. et D. v. 159. ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἳ καλέονται Ἡμίθεοι. — In noſtro loco ſuſpectum voc. γένος, quod modo praeceſſit. Num fuit:

καὶ κλέος ἐχαλῶν ἔγραφες ἡμιθέων.

P. 56. *Aſclepiad* Ep. XXXVII. *Brunckius* ad *Salmaſii* mentem emendatum dedit. — V. 1. Cod. offert εἴ τι κακὸν εἶπ᾽ ἄκουσον. χαρτόν, quod *Salmaſius* emendavit, non ſatisfacit.

P. 56. *Aſclepiad.* Ep. XXXVIII. 3. ante oculos habuit *Gregor. Nazianz* in Anecdot. Murator. p. 163. τίπτε μ᾽ ἀνοχλίζεις κενεὸν τάφον; ὀστέα μοῦνα κεύθω καὶ σποδιὴν τοῖσιν ἐπερχομένοις. et p. 164. τίπτε μ᾽ ἀνοχλίζεις; νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα Μοῦνα φέρω· τύμβων ὀστέα πλοῦτος ἅπας.

P. 58. lin. 7. poſt *diſtinguuntur* adde: De Antigenide disputavit etiam *Nic. Loënſis* in Epiphyll. VI. 8. — *Leonid. Tar.* Ep. I. 1. πανυήλικες habet jam Ap. G. et R. Ibid. v. 2. καὶ M. v. 3. τραχυχειλεῖς. παχυχειλεῖς non improbavit *Schneider* in Lexic. crit. Append. p. 1024. — V. 7. marg. Ap. G. et R. σὺν ᾗ ποθ' ὑπερφίας ἡὼς Αὔγασεν αὐλείους ἐγκονέουσα θύρας.

P. 60. *Leonidae* Ep. III. 3. Verba ἐκ τόκου cum praecedentibus arcte cohaerent, quod vel ex ſequ. Epigr. apparet. Zonam et cypaſſin tibi, o Latonia, Atthis poſt puerperium dedicavit, quod etc. — V. 4. rectius fortaſſe ſcripſeris: σῶον ἀπ' ὠδῖν.

P. 64. *Leonidae* Ep. VI. 1. τὸν μόνιον *Salmaſio* debetur, qui h. v. recte de *lupo* interpretabatur.

P. 65. *Leonidae* Ep. VII. 5. προνήια. an τὰς πρὸ τοῦ ναοῦ ἐρχήσεις, χορούς. marg. Ap. G. et R. — P. 66. Ep. VIII. 5. pro ἱστῶν *Salmaſ.* in marg. ἰσχνὰν emendavit; omnino male. V. 6. ſic, ut *Br.* habet, legitur in marg. Ap. G. et R. ἐργαστὰ *videntur eſſe inſtrumenta textoria.* — V. 6. ποτιεργογέας Codicis fortaſſe ortum ex

ποτ' εἰροδεχεῖς

quod formatum ut πανδεχής. Ea, quae ad rem textoriam in hoc et ſeq. Epigr. ſpectant, illuſtravit *Schneider* in Indice ad Scr. Rei Ruſt. v. *Tela.* p. 366. ſqq.

P. 69. *Leonidae* Ep. IX. 4. ὀρφνίτην *Salmaſ.* in Ap. G. et R. per νυκτοῦργον interpretatur, ab ὀρφνὴ derivans. At ὀρφνίτης idem eſt quod ὀρφανές; *calathus orbus Leonidae* ingenium ſapit. Ejusdem autem originis ὀρφνὴ et ὀρφανία; unde ὀρφανὸς modo *orbum*, modo *tenebricoſum* ſignificat. *Heſych.* ὀ ρ φ α ν ὸ ς· ὀ γονέων ἐστερημένος καὶ τέκνων. Ὀ ρ φ ν ῇ σ ν· μέλαν. σκοτεινόν. καὶ ὀρφανόν. Ὀ ρ φ α ν α ί α· νυκτερινή. σκοτεινή. ὅθεν καὶ ὀρφανὸν εἰρῆσθαι τὸν ἐν σκότει ὄντα.

P. 71. *Leonidae* Ep. X. 6. στεντοῖς *Salmaſii* eſt emendatio. Idem praeterea ϑ' εἶεατ' ἐπὶ πε. corrigit. — Ep. XI. 1. πύρην, οὐ ὀνψ. margo Ap. G. et R. — V. 2. membranarum veſtigiis proxime accederet:

καὶ βάκτρον τοῦτο πάλαι κοτίνου.

baculum, olim oleaſtro detractum. κοτίνου, quod jam olim poſui, etiamnum verum puto. *Theocrit.* VII. 18. βοικὸν δ' ἔχεν ἀγρεμάταν Διξίτερᾷ κορύναν. *Ovid.* II. Metam. 680. *illud erat tempus, quo te paſtoria pellis Texit, onusque fuit baculum ſilveſtre ſiniſtrae.* — V. 3. revocandum ex Cod. κώλπαν ἐστλ. — In marg. Ap. G. et R. haec habentur: »ἐστλεγγ. ſine oleo. ἀφ' ἧς οὐ στλεγγίζουσι, μετ' ἐλαίου γὰρ ἡ στλέγγισις γίνεται. an vero ſic: *Heſych.* στλέγγισμα, ὁ ἀπὸ τῶν ἀποξυσμάτων γλοιός· ἐστλ. ὕλη ἐστιν ἡ οὐδὲ στλέγγισμα ἐν αὐτῇ ἔχουσα ἤγουν γλοιόν.“ — V. 6. *Fames* ſub mulieris forma picta viſebatur in templo apud Cromnios. *Athen.* L. X. p. 452. B.

P. 74. *Leonidae* Ep. XII. 1. αἰϑυκτῆρας debetur *Salmaſio*, qui interpretatur ἐρμητικούς, βιαίους. — Ep. XIV, 3. κυναγέτορας ejusdem eſt auctoris.

P. 79. *Leonidae* Ep. XV. 2. βωτικὰ γραψαμένα. *Photii* Lex. Mſc. βῶτος, μίγμα χρωμάτων, ὅσα βαφοῦσι, ζωγράφοις, μυρεψοῖς χρησιμεύει. βωτογραφία in regionum, arborum, et minutarum omnino rerum deſcriptione verſata eſſe putatur ex *Cicerone* ad Att. XV. Epiſt. 16. ubi vide *Gronov.* — V. 3. σὺ δ' εὖ σώοις ſuſpicabatur *Salmaſ.* in marg. Ap. G. et R. male.

P. 79. *Leonidae* Ep. XVI. 1. Non video, cur non ſervanda ſit Cod. lectio τὼγάλμαϑ', qui dualis eſt. Binas enim Micalionem ſtatuas poſuiſſe Mercurio, cur non credamus? — V. 2. procul dubio retinenda erat Cod. lectio leviter emendata: Ἑρμῆς Ἀλλ' ἴδε τὸν κρ. υ. quae nihil discrepant a membr. veſtigiis: ΑΛΛΙΔΕ ΤΟΝ. Ne arti-

culus in caesura offendat, sic noster iterum Ep. XXII. 2. αἴδε καὶ Ἑλλάδι τὰν δουλοσύναν ἔτροφον. ἴδε est *novit*. Mercurius novit, bonum hunc virum dona sibi ex tenui sane fortuna afferre. — Mox v. 3. iterum restituenda Cod. lectio, quae *Salmasii* conjecturae cessit, ὡς ἐξ οἰζυρῆς. Sic enim hoc vocabulum scriptum τρισυλλάβως offensioni esse non debebat. Cf. not. ad Ep. ἀδέσπ. DCLXXIX.

P. 80. *Leonidae* Ep. XVII. habet *Grotius* in Mantissa Quarta p. 423. — V. 4. propius ad membr. lect. accedit συναγρεύω. quod expressit *Grotius*: *Et calamis opifer sum bonus et canibus.*

P. 81. *Leonidae* Ep. XIX. 3. revocanda vulgata: ὧν ἀπὸ μὲν πτ. Πίγρης τάδε. ὧν ad τρισσοὶ ὅμαιμοι in praecedentibus referendum: *Horum* unus Pigres ab avibus haec. Hujus genitivi ab omisso εἷς vel ἐκ pendentis plurima exempla congessit *Fischer* ad Veller. Gramm. T. III. p. 355. sq.

P. 83. *Leonidae* XXII. 1. 2. 3. Male hic tentat quaedam *Fleetwood.* in Syll. Inscr. p. 22.

P. 86. lin. 13. Scribe: *quod vocabulum nulla* Codicum *auctoritate nititur.*

P. 87. lin. ult. Post *fugit* adde: Cf. *Otto* de Diis Vialibus. p. 202.

P. 93. *Leonidae* Ep. XXXIV. 1. *Lennius* acute suspicabatur, χιμαιροβάτου legendum esse. σκύλος χιμαιροβάτου, *capri, capellas infscendentis, pellem.* Propius accederet Doricum χιμαιροβάτα.

P. 94. lin. 10. De *Anacreontis* loco aliter statuit V. D. *Schweighäuser* in Anim. ad Athen. T. II. p. 659. — Mox l. 13. corrige *animum tuum* pro *meum.*

P. 99. *Leonidae* Ep. XL. 3. Vulgatam ὃν περὶ Φρύνῃ λεχόμενος docte tuetur cl. *Huschke* in Anal. crit. p. 69. cujus haec sunt: Fingit auctor Epigrammatis, Praxitelem Amoris signum non ab alio vel inchoatum absolvisse, vel repraesentatum imitando expressisse, sed a primo

inſtituiſſe, *insuendo* veram Dei imaginem, a Phryne acceptam, quam in Phrynes viderat ocellis. Hinc reddidit, tanquam mercedem, fictum Amorem illi, a qua verum acceperat, ὃν ἔγνω θεόν, ὃν παρὰ Φρύνῃ δεχόμενος ἀφθιτέρων λάτρον ἔῳκε πόθων. *Simonides* Ep. XC. *Plin* XXXIV. 8. *Spectantur et duo ſigna ejus diverſos affectus exprimentia, flentis matronae et meretricis gaudentis: hanc putant Phrynen fuiſſe, deprehenduntque in ea* amorem *artificis*, *et* mercedem *in vultu meretricis.* Δέρκεσθαι autem eo ſenſu dixiſſe videtur *Leonidas*, quo Latini *intueri*. *Cicero* de Fin. B. et M. IV. 15. Or. pro Archia c. VI. *Xenoph.* Symp. c. IV. 21. Ἦν δὲ μὴ ὀνομάζω, ἧττόν τι με οἴει μεμνῆσθαι αὐτοῦ. οὐκ οἶσθα, ὅτι οὕτω σαφῶς ἔχω εἴδωλον αὐτοῦ ἐν τῇ ψυχῇ, ὡς, εἰ πλαστικὸς ἢ ζωγραφικὸς ἦν, οὐδὲν ἂν ἧττον ἐκ τοῦ εἰδώλου, ἢ πρὸς αὐτὸν ὁρῶν, δμοιον αὐτῷ ἀπειργασάμην.

P. 107. *Leonidae* Ep. L. 1. Repone περὶ τὰν κ. quod vulgo legitur et membr. offerunt.

P. 108. *Leonidae* Ep. LI. 2. in βουπάμων jam inciderat *Valcken.* ad *Ammon.* p. 190. — V. 3. mutilum ex *Suida* reſarcivit *Canterus* in Nov. Lect. III. 23. — V. 6. εἶδε, *expertus eſt*, multis illuſtrat *Fr. Aſt* in Comment. Soc. Phil. Lipſ. II. 1. p. 25.

P. 111. *Leonidae* Ep. LIV. 1. ὀλιγήπλαξ in marg. notavit *Salmaſius*.

P. 112. *Leonidae* Ep. LV. Memineris, *Leonidam* multis itineribus jactatum fuiſſe, quod apparet ex Epigr. ultimo. — V. 8. ἁλσμιγὴς corr. *Salmaſius*, hac nota addita: χόνδρος ἁλσμιγὴς *gari* (in Ap. *Pauw.* eſt: *panis*) genus eſſe videtur, quod ἐπὶ τῷ ὄψῳ ſumitur. Marg. Ap. Guy.

P. 114. *Leonidae* Ep. LVII. 1. *Ibi expecto* λαλαγοῦσαν *illam suam* (i. e. hirundinem) *Cicero* ad Atticum L. IX. 18. 10. — Ep. LVIII. 5. ſervanda cod. lectio minima mutatione:

χαίρετ'· Ἀριστοκλέης δέ, ὀδοιπόρος ὥπερ ἀπῶσα
δίψαν βαψάμενος, τοῦτο δίδωμι κέρας.

κέρας deberur *Salmaſio*. — V. 3. ὕδασι ταύτῃ, *hoc loco*, corrigit *C. de Pauw*.

P. 120. lin. 13. Corrige κακὸς ſic enim in membr. legitur. et p. 121. lin. 16. lege *in Cod Vat.* pro *in Cod. Plan.* Haud ſcio, an reſtituenda ſit membranarum lectio:

εἰ μικρός τις ἰδεῖν καὶ ἀπευθύσιος, ὦ παροδῖτα.

non enim opus eſt καὶ addatur. Vide notata ad Ep. ἀδσπ. DXXIII. Notandum ει in media voce correptum, ut in ἐπειὴ Il. α. 156. ἀρειὰ in Ep. *Niciae* VIII. et aliis quibusdam vocabulis. — P. 122. l. 21. adde: χηράμενοι pro χαίροντες occurrit ap. *Simylum* in *Plutarch.* Vit. Rom. p. 115. ed *R.* monente V. D. in Bibl. Philol. IV. p. 72. ἀπεχήρατο *Apoll Rhod.* L. IV. 55. 1627.

P. 126. *Leonidae* Ep. LXX. 7. *Grotius* vertit: *Has tempeſtates igitur fuge et arripe portum.* — Caeterum *Salmaſius* in notis ined. exiſtimat, v. 1 — 4. eſſe peculiare Epigramma; item v. 7. 8. Deinde v. 5. 6. praefigit obſcuris illis verſibus, quos ex Cod. Vat. exhibuimus p. 127.

P. 128. *Leonidae* Ep. LXXIV. 2. Margo Ap. Guy. „οὐ πολλῇ. οὐ μεγάλῃ an οὐ πολλαῖς ναυσίν." — P 129. Ep. LXXV. 1. 3. Ὄνθων et φίλης eſt in Ap. G. et R.

P. 130. lin. 3. a fin. corrige ſic: Cum ap. *Jenſium* legeretur εἰς ἄνεμος, quod ipſe tamen editor in ἐς ἀνέμου aut in εἷς ἄνεμος mutandum cenſebat. Poſterius verum. — V. 6. ἴλαχε habet Ap. G. et R. — V. 7. ἐπεὶ corr. *Jenſius*.

P. 133. *Leonidae* Ep. LXXVIII. 5. κινυμένη. margo Ap. G. Ibid. v. 7. ἡ βαιὴ βαιὸν περιγούνατος ἄρτιον ἕστιν. *rugosa illa anus, incurva, in genua prona.* Tandem v. 8. στρογγαλέουσα i. e. συστρέφουσα. *densans.*

P. 134. *Leonidae* Ep. LXXIX. 1. κάμαιτ debetur *Salmasio.* — P. 135. lin. 2. corrige: *passivum* θάλασσθαι *aut* θάλψασθαι. At omnino me h. l. a *Brunckio* in errorem abripi sum passus, quem ipsum *Salmasii* decepit auctoritas. Revocanda enim membranarum lectio:

τί τοι χαριέστερον ἢ τρεῖς
ἢ πίσυρας ποιὰς θάλψαι ὑπ' ἠελίῳ.

ubi *activum* est pro *passivo*, ut saepe. *Eurip.* Med. v. 320. γυνὴ ἀξύνετος βάσιν φυλάσσειν. *Soph.* Oed. T. 968. ὁ δὲ θανὼν κεύθει κάτω δὴ γῆς. Cf. *Brunck.* ad *Eurip.* Bacch. 1041. ad *Soph.* Oed. Colon. v. 74.

P. 136. *Leonidae* Ep. LXXX. 3. *Salmasius* in not. ined. εἰ δ' ὄγε λαιψηδὴς h. e. ἀχθεινός. *si est gravis hic tumulus.* — Quae ipse olim ad h. l. hariolatus sum, ea nunc deleta vellem.

P. 137. *Leonidae* Ep. LXXXII. 1. ἀλιφθόος. *Huschke* in Anal. cr. p. 115. comparat κυματοφθόος, qua voce usus est *Euripides* in Fr. Polyidi ap. *Valcken.* Diatr. p. 201. et ἀλιφθερίη in Ep. *Theonis* I. Anal. T. II. p. 405. ἀλιφθερέσσαι. ἀφανίσαι. *Hes.*

P. 138. *Leonidae* Ep. LXXXIII. 4. propius ad membr. ductus scripseris: ἤ ποτ' ἐγώ, quod in Cod. ἦι scriptum, facile in ἦν abire potuit.

P. 139. *Leonidae* Ep. LXXXV. 6. *Salmasius* in not. ineditis: „Non dubium, quin Planudes h. l. ex ingenio emendarit et expleverit. Quis enim non agnoscat, esse illius hunc versum, non Leonidae, στρεβλὴν etc. qualem me feciſſe profecto valde poeniteret.“ — V. 8. Fortasse verum est ἰδοῦναι κείνην s. λ. quod emphatice dictum.

P. 142. *Leonidae* Ep. XC. 1. καταιγὶς illuſtrat *Mitſcherlich* ad *Horat.* III. Carm. XVII. 9.

P. 145. *Leonidae* Ep. XCII. 5. ἄγρης ἐξ αὐτῆς nimis abeſt a vulgata πρώτης. An fuit τρωτῆς, *piſce vulnerato periit*?

P. 149. *Leonidae* Ep. XCVIII. 5. Tales inferias deſcribit *Nemeſianus* Ecl. I. 64. *Felix, o Melibuee, vale! tibi frondis odorae Munera dat, lauros carpens, ruralis Apollo: Dant Fauni, quod quisque valet, de vite racemos, De campo culmos, omnique ex arbore fruges. Dat grandaeva Pales ſpumantia cymbia lacte, Mella ferunt Nymphae, pictas dat Flora coronas. Manibus hic ſupremus honos: dant carmina Muſae, Carmina dant Muſae; nos te modulamur avena.*

P. 153. *Niciae* Ep. I. 1. θοῦρι. marg. Ap. G. et R. Ibid. v. 4. ἐν προμάχοις ἴθυσας ὀϊστὸν ἀμπέδιον. At ἴθυσας mediam producit. — P. 154. Ep. III. Δαμαρέτις vel Δαμαρέτης. Marg. Ap. G. et R. — P. 155. Ep. VI. 3. 4. *Grotius* vertit: *ite manusque Hinc avidas, tacitos et removete pedes* cujus errorem notavit *Huſchke* in Anal. cr. p. 143. ſq. qui recte monuit, Pana h. l., ut in aliis ſimilibus, furibus ſuarum vim manuum pedumque celeritatem minaciter indicare.

P. 157. *Niciae* Ep. IX. 2. Conf. *Hadrianum Junium* de Coma in *Gruteri* Theſ. cr. IV. p. 552.

P. 160. *Diotimi* Ep. III. 2. Margo Ap. G. et R. πυκαμένη legendum. Nota phraſin pro ἐλθοῦσα εἰς φιλότητα Ἡρακλέους ἐκύσατο.

P. 163. lin. 6. Lege: *Paraſitus.* — *Diotimi* Ep. VI. Omnia, in quibus Brunckiana lectio a Vat. Cod. diſcrepat, ducta ſunt ex emendationibus *Salmaſii*, quae in marg. Ap. Guy. leguntur, niſi quod ibi v. 6. ἰσόβιοι habetur.

P. 165. *Diotimi* Ep. VII. 1. πολυπείθιον ἢ πολυπένθεα. Marg. Ap. Guy.

P. 168. *Arati* Ep. I. 2. ταὐτὰ ρ. marg. Ap. G. et R. Ibidem λοιτρῷ perperam legitur. V. 4. πειθόμεθα eadem apogr. exhibent, membranarum lectione λειπόμεθα in margine posita; vertitur autem: *sed pauci fidem habemus tabulis.* — V. 6. Ad ἑτέρου in marg. Ap. R. notatur, τοῦ Φιλοκλέους. — *Schneiderus* in literis ad me datis haec fere scripsit: Suspicor, in monimento nihil fuisse praeter verba .... περικνεύς. Juvenem formosum fuisse defunctum, apparebat. Jam poëta dicit: Argos Philoclem suum pulcrum celebrat: alium quendam cippus Corinthi et Megarae, (in quibus legebatur: Φιλοκλέους τοῦ καλοῦ, seu Χαῖρε Φιλόκλεις καλέ, sive Φιλοκλῆς ὁ καλός). V. 4. lego: ὃς καλός, scil. ἦν, γέγραπται ἐν στήλαις. Tum poëta pergit: At in meo monimento desunt paucae illae literae (καλὸς sive καλοῦ), sed pro me testantur nec lapides nec cippi, sed περικνεύς, quo nullus elegantior pulcritudinis spectator.

P. 176. *Hegesippi* Ep. VII. 1. ἐνδέξια. *Lenzius* V. cl. comparat *Virgil.* Aen. VI. 540. sqq. *Hic locus est partis, ubi se via findit in ambas; Dextera, quae Ditis magni sub moenia tendit; Hac iter Elysium nobis: at laeva malorum Exercet poenas, et ad impia Tartara mittit.*

P. 178. *Euphorionis* Ep. II. 1. οὐχ ὁ λίθος τεγχύς σε καὶ ὀστέα. Marg. Ap. G. et R. — V. 5. etiam *Salmasius* sic emendavit, ut ap. *Br.* exhibetur.

P. 181. *Pamphili* Ep. II. 4. μεταπεπταμένα emendat *Salmasius* in not. mst. — Quod olim emendavi, παιδὸς ἀπηναίου, licet aliquam habeat speciem, verum tamen non videtur. Certe χεὶρ ἀπὸ παιδὸς periphrasin efficit elegantiorem, quam quae librarii ofcitantiae tribui possit. Quare vide, an legendum sit:

παιδὸς ἀπ' ἠλιθίου χ. α.

manus pueri stolidi, qui scil. canoram cicadam interemerat.

P. 184. *Phaedimi* Ep. I. a *Brunckio* totum ad mentem *Salmaſii* emendatum eſt. Ex conjecturis, quibus olim hoc carmen tentavi, plurimae mihi etiamnum videntur verae; totum ſic ſcripſerim:

Τόξον μὲν, ὦ Γίγαντος ὤλεσας σθένος,
ἴσχε βίᾳ, Φοῖβε, κἀνάπαυε·
δὴ σοι φαρέτρᾳ λύετω λυκοκτόνος,
τόνδε δ' ἐπ' ἡϊθέοις ἰόεντα
στρέφειν Ἔρωτος, ὄφρ' ἀλέξωνται πάτρᾳ
θερσαλέοι φιλότατι κούρων
πυρὸς γὰρ ἀλκὴν πνεῖ· θεῶν ὑπέρτατος
αἰὲν ὅδε, προμάχους λέξων.

Haec ad membranarum veſtigia proxime accedunt. Senſus eſt: *Vim arcus, quo Gigantis proſtraviſti robur, o Phoebe, cohibe. Jam depone pharetram, unde ſagittas in lupos hoſtesque promis; et illum in juvenes converte Amoris ſpiculum, ut amore puerorum incenſi patriae ſuccurrere velint. Hinc enim Deorum potentiſſimus* (Amor) *ſemper inſpirat pectoribus robur igneum et propugnatoribus virtutem praebet.* — In ult. v. ſ. λέξειν fortaſſe ſervari debet; i. e. ὥστε λέξειν πρ., πνεῖ ἀλκὴν καὶ αὐξάνει πρ. — Ejusmodi amorem, qualem hoc carmen praedicat, Pythius Apollo θείαν φιλίαν appellare non dedignatus eſt, ſecundum *Aelian.* V. H. II. 4. quem locum non praeterlit de caſtra illa Thebanorum paederaſtia agens *Valckenar.* ad *Callimachi* Eleg. Fragm. p. 219. ſqq.

P. 187. *Phaedimi* Ep. II. 3. pro χάρις marg. Ap. G. et R. κἄρυξ. — Ejusd. Ep. III. ex *Kuſteri* Not. ad *Suidam* repetivit *Pucinaelius* in Monim. Peloponn. T. I. p. 24. qui πέδιλα de ἐνδρομίσι, i. e. calceis venatoriis interpretatur.

P. 194. *Theocriti* Ep. IV. 3. τριαυλέϛ. nam Priapi mentula utramque tibiam brachialem paene exaequat.

Brodaei verba ſunt, qui *Theocriti* Epigrammata Scholiis illuſtravit in Miſc. L. VII. 23.

P. 205. *Theocriti* Ep. XVI. 8. ἐπίηρα emendavi, quam formam multos veterum probaſſe conſtat. *Soph.* Oed. T. 1094. ὡς ἐπίηρα φέροντα τοῖς ἐμοῖς τυράννοις. Ap. *Homer.* etiam Ιλ. α. 578. plurimi ſcribunt ἐπίηρα φέρειν, non ἐπὶ ἦρα. ubi vide Euſtath. p. 115. 18. et *Heynium* ad Homer. T. IV. p. 151. — V. 9. πᾶσιν etiamnum vulgatae praefero. Fieri tamen poſſit, ut poëta ſcripſerit:

πολλὰ καὶ ποττὰν ζωὰν ΤΟΙ ΤΑΙΣΙΝ εἶπε χρήσιμα.

i. e. ἑταισιν. *multa civibus ſuis ad vitam utilia dixit.* ἕται. πολῖται. ἑταῖροι. συνήθεις. *Apollon.* Lex. Hom. Hac ſignificatione Danai filiae ad regem Argivorum in *Aeſchyli* Suppl. 262. ἐγὼ δὲ πρός σε πότερον ὡς ἔτην (i. e. δημότην) λέγω Ἢ τηρὸν ἱερσῦ βάβδον ἢ πόλεως ἀγόν; In foedere Lacedaemoniorum et Argivorum ap. Thucyd. V. 79. αἱ δέ τις τῶν συμμάχων πόλις πόλει ἐρίζοι, ἐς πόλιν ἰλθεῖν, ἂν τινα ἴσαν ἀμφοῖν τοῖς πολίσι δοκοίη. τοῖς δὲ ΕΤΑΙΣ κατὰ πάτρια δικάζεσθαι.

P. 255. lin. 6. In *Phanoclis* diſticho, quod ex *Plutarcho* laudavi, *Lennius* acute ſuſpicabatur, legendum eſſe ἢ ὡς θεῖον Ἄιδ. ſimul monens, poëtas ad *Heſiodi* imitationem, qui hiſtorias per ἢ οἵη connectebat, ſimilibus initiis uſos eſſe. Sic enim *Phanocles* etiam aliam hiſtoriam de Orpheo orditur. — P. 226. lin. 7. a fin. poſt *ſcribis* adde: *Ariſtides* T. I. p. 570. ed. *Jebb.* ἄνδρες Λέσβιοι, ποῖ προήχθητε; οἳ φατὲ μὲν τὴν νῆσον ἅπασαν ὑμῖν εἶναι μουσικὴν, καὶ τούτων τὴν Ὀρφέως κεφαλὴν αἰτιᾶσθε. — P. 227. lin. 5. a fin. adde: et *Interpp. Valerii Flacci* L. II. 150. — Ibid. *Phanoclis* Fr. II. in antiquis *Clementis* editionibus vitioſe editum emendavit *H. Stephan.* in Schediaſm. V. 4. qui οὐδέπω ἔστιν legit.

P. 228. *Nicaeneti* Ep. I. Deſcribam h. l. quae *Weſſelingius* de hoc Ep. disputavit in Diſſ. Herodot. p. 12. „*Guyetus* adſcripſerat, ὄρος eſſe Atlantem et ἄκριτον non aliud ac μέγα. In poſterius ſedulo inquiſivit diligentiſſimus Florilegii editor, veſtigavitque *Nicaeneti* ſententiam, planiorem utique multoque expeditiorem futuram, ſi levi opera et mutatione vocabuli legatur:

Ἡερώσαι Λιβύων, Χαρίτων ὄρος αἴτε νέμεσθε.

quae mihi quidem conjectura non blanditur tantum, ſed vera cenſetur: tum quoniam ὄρος ἄκριτον incommode dicitur et difficillimos habet explicatus; tum etiam, quod Libyae collis Χαρίτων ſive *Gratiarum* fuerit amoeniſſimus, opportunusque adeo Ἠερώσαις Λιβύης, quales *Apollonio Rhodio* IV. 1422. De colle *Herodotus* IV. 175. *Cinyps fluvius labitur* ἐκ λόφου τοῦ καλευμένου Χαρίτων: addit eſſe δασὺν ὕδασι, cum cetera, et vicina quidem Africa omnis, ſit arboribus nuda: meminit ejusdem *Callimachus* in fragmento, quod ex Scholiis in Pindari Od. V. Pyth. excerpſit *R. Bentlejus*: Ἡ ὑπὲρ αὐσταλέων Χαρίτων λόφων — ubi αὐσταλέων belliſſime correxit *Ruhnkenius*.“

P. 230. lin. 6. Lege *Athenienſes* pro *Marathonem*, ut aliud agens ſcripſi.

P. 232. *Nicaeneti* Ep. IV. 5. Vatic. Cod. lectionem τετγὰς ὑπὸ στεφάνοις μέγας ἔβρυεν unice probat *Huſchke* in Anal cr. p. 27. Sic certe *Erycius* Ep. XIII. ὑπὸ στεφάνοις δ' αἰὲν ἔχης πλοκάμους. Comparat idem V. D. *Propert.* L. III. 5. 21. *Me juvat et mentem multo vincire Lyaeo Et caput in verna ſemper habere roſa* Cicero. de Fin. II. 20. *potantem in roſa Thorium*. *Gronov.* ad *Senec.* Vit. Beat. c. II. — Ibid. Ep. V. 4. lectionem Cod. et Planud. Στρυμονίης revocandam eſſe vidit doctiſſ. *Schaefer* ad *Longum* p. 417. Στρυμονίης eſt *Boreas* a Strymone flans. Vide *Interpp. Herodoti* p. 675. 6. Hujus no-

minis nec *Brunckius* meminerat, qui vulgatam mutavit, nec *Grotius*, qui male vertit: *de matre quod unicus illi Strymonia periit, dum subit haedus aquas.*

P. 235. *Alexandri Aetoli* Ep. III. habet *Grotius* in Mantissa IV. T. III. p. 426. ubi v. 2. 3. sic vertit: *spado nunc ad cyathosve forem, Auratus quatiens cava tympana.*

P. 241. lin. 15. post αὐτός. adde: Tetrametrum *Archilochi* servavit *Origines* c. Celsum II. p. 72. Ὅρκον δ' ἀνοσφίσθης μέγαν, ἅλας τε καὶ τράπεζαν. Hujus dictionis ex patribus praesertim exempla collegit *Valckenar.* in Adnot. crit. ad N. T. p. 369. sq. alia *Huschke* in Diss. de Fabulis Archilochi p. 14. sq. — *Alexandri* Fr. V. 21. οὖσον, vocabulum raro obvium, librariis deberi non existimat *Lenzius*, qui κακὸν ἤρκιον οὖσον emendat: *putridum disrupit funem. Lycophron* v. 20. ubi *Schol.* Οὖσα, τὰ σχοινία, παρὰ τὸ εἴω, τὸ κομίζω, οἶσα, καὶ Ἰωνικῶς οὖσα. ἢ τὰ ἀπὸ οἰσύας φυτοῦ, ἤτοι λύγου· πρότερον γὰρ ἀπὸ λύγου σχοίνους ἐποίουν. — Ibid. v. 30. Vocem λιχὰ attigit *Valcken.* ad *Callim.* Eleg. p. 229.

P. 246. *Phalaeci* Ep. I. 5. ὕμμιν et v. 6. Ἰαθμοῖ *Salmasio* debetur. — Etiam sq. Ep. v. 5. et 7. ad *Salmasii* mentem constituti.

P. 248. *Phalaeci* Ep. III. 2. Marg. Ap. Guy. et R. „F. ἀρτιδόρου recens exoriati. τὸ ἀμφιδόρου hic non placet, ut nec ἀντιδόρου " — Ibid. v. 4. κισσοφόρου. et v. 6. pro πολλάκι corrigitur πόρπακι i. e. τῇ λαβῇ τοῦ λίκνου.

P. 250. *Phalaeci* Ep. V. 1. ξείνης suppediravit *Salmasius*, cui etiam reliquae hujus carminis emendationes debentur. Caeterum ἀπὶ ξείνῃ revocandum, ut exquisitius. Vide *Bach.* ad *Xenoph.* Symp. III. 10. p. 132.

P. 252. *Callimachi* Ep. I. habet *Grotius* in Mantissa IV. T. III. p. 428. ubi duo priora distichа vertuntur. — Ut hic v. 1. κυκλικὸν πολίημα de eo, in quo omnia trita et nota, ita ῥαψῳδία ap. *Plutarch.* T. II. p. 514. C.

garrulus εἰς τὰς ἑλλους καὶ πολυπατήτους περιῶν εἰσελαύνει ψαψαλας τὸν λόγον. *Hesych.* ψαψάδημα. ψεῦσμα. φλυαρία. Hinc ψαψωδεῖν pro φλυαρεῖν ap. *Liban.* Epist. MXXXIII. p. 481, et alios passim. — V. 5. σύγε *Valckenar.* corr. in *Callim.* Eleg. p. 19. qui v. 6. τοῦτο σαφῶς ex Cod. mecum restituendum judicat.

P. 254. *Callim.* Ep. III. tractat *Valcken.* ad *Callim.* El. p. 23. sq. qui v. 4. Vat. C. lectionem σύμὲς ἔφως revocat, quam ipse quoque unice probabam: *an idem ille, qui me, te Deus etiam* (tenet, habet) *premit?* *Negare noli; rem omnem novi; te, Cleonice, meus quoque corripuit.* *Euxitheus.* — V. 2. idem τίς γέγονας; haesitabundus proponit; et v. 3. miratur *capillos* in hoc contextu commemoratos. Simaethae certe Theocriteae Eid. II. 89. eodem morbo laboranti ἔβλιτεν ἐκ κεφαλᾶς πᾶσαι τρίχες. Suspicatur igitur, μοῦνον ex simili loco H. in Cerer. v. 93. adscriptam, genuinae locum occupasse, et proinde emendandum esse: ὀστέα σοι καὶ μοῦνος ἔτ', οὐ τρίχες. *Ossa tibi adhuc* (sola) *sunt et pellis, non amplius capilli*; atque adeo caesaries tibi jam amore marcescenti defluxit. In H. in Cererem quoque v. 93. corrigendum esse: μέσφ' ἐπὶ νευραῖς Δευκαλίῳ μούνος τε καὶ ὀστέα μοῦνον ἐλειφθεν. — Docta emendatio; an vera, haud dixerim. Certe sic verba οὐ τρίχες parum eleganter cum praecedentibus cohaerent; nec μοῦνον, in quo vocabulo mira est emphasis, e textu circumscriptum velim. Suspectum mihi locum esse, olim indicavi; conjectura eum tangere non audebam. Nunc summi viri exemplo incitatus, proponam, quid mihi in mentem venerit. Num fuit:

Ὀστέα σοι χ' ἶνες μοῦνον πέφι.

i. e. *ossa et nervi, nihil amplius supersit.* ἶνες. *Schol. Theocrit.* Eid. α. 43. ἶνες τὰ παρακολουθοῦντα νεῦρα ταῖς φλεψίν. *Philo*, quem ipse *Valckenarius* excitat, p. 933. E.

ῥικνοὶ γεγόνασιν· Ἶνες αὐτὸ μόνον καὶ λεπτὰ δοκέ. Solent autem Ἶνες conjungi *offibus*; ut in *Callimachi* loco, (in quo equidem in vulgata acquiesco, distinctione posita post νευράς, quod ad ἐτάκετο pertinet) δειλαίη Ἶνές τε καὶ ὀστέα μοῦνον ἔλειφθεν. *Apoll. Rhod.* L. I. 828. μέσσας δὲ σὺν ὀστέῳ Ἶνας ἔκειρεν. *Homer.* Od. λ. 218. σὺ γὰρ ἔτι σάρκας τε καὶ ὀστέα Ἶνες ἔχουσιν. *Horat.* I. Od. XXVIII. 13. *nervos atque cutem morti concesserat atrae.*

P. 255. *Callim.* Ep. IV. 2. ἴρος est in Ap. Guy. V. 5, de ἐφήβου cogitabat *Salmasius*. *Valcken.* ad *Callim.* Eleg. p. 236. corrigit;

Οὐκ εἰς Εὔξιθεον; κἠκεῖθεν γὰρ ἡ λιθόλευστος
τείνει, καὶ δυσέρως οἶδ' ὅτ' ἐπιστρέφεται.

nam et illuc solet tendere pessima. Euxitheum deperisse *Callimachum* apparet ex Ep. III. Cum verbis κἠκεῖθεν τείνει *Valcken.* comparat *Theocrit.* Eid. II. 98. τηνὶ γὰρ φοιτᾷ, τηνὶ δέ οἱ ἁδὺ καθῆσθαι. cum seqq. *Lucian.* T. I. p. 637. ἐπιστρέφονται εἰς τοὐπίσω, ὥσπερ οἱ δυσέρωτες, καὶ πόβδωθεν ἀποβλέπειν τὰ ἐν τῷ φωτὶ βούλονται. et similia.

P. 257. *Callim.* Ep. V. 6. ἐφίλησα τὸν μικρὸν inepte tentat acerbus *Pierſoni* cenſor in Actis Eruditor. ann. 1753. p. 278. — τὸν μικρὸν in mentem venit C. *de Pauw*, qui *malleum*, quo fores pulſantur et attrahuntur, interpretatur.

P. 258. *Callim.* Ep. VI. 1. 2. „Alloquitur amantem Callimachus. V. 3. 4. reſpondet amans.“ Marg. Ap. G. et R. Ibid. v. 3. μὴ δή γε emendatur. Ex eodem fonte profluxit v. 5. lectio *Annae Dacieriae.*

P. 259. *Callim.* Ep. VII. 2. ταῦμὸν ὄμμιγον. Adde *Julian.* Epiſt. L. p. 432. ἐμοὶ σὺ διηγῇ ταῦμὸν ὅναρ.

P. 260. *Callim.* Ep. VIII. 1. ἐμ' ἴχθει offert Cod. Voſſ. — In Ep. IX. v. 2. ductus ex *Homeri* H. in Merc. 523. αὐτὰρ Ἀπόλλων Λητοΐδης κατέμυσεν ἐπ' ἀξυμῷ καὶ φιν

λόντι, μή τινα φίλτερον ἄλλον ἐν ἀθανάτοισιν ἔσεσθαι, Μήτε θεόν, μήτ' ἄνδρα.

P. 261. *Callim.* Ep. X. Edidit *Proſpero Petroni* in *Notizie Litterarie Oltramontane.* T. II. P. II. p. 339. — Cauſa nulla erat ſatis gravis, cur δεχαῖος tentarem. — *Corn. de Pauw* verbum eſſe putabat ταλαμαμεῖν, ut ταλαπαθεῖν, nimis inepte; idem v. 2. μαίνων legebat. Feliciori ſucceſſu *Heuſingerus* in Act. Erudit. p. 366. anni 1768. λευκοπεφυκομανῶν οὐκ ἐ. — V. 7. ἀλλ' αἰσχρὸν δε, margo Apogr. Voſſ. — Sq. Epigr. XI. habuit *Grotius* in Mantiſſa IV. T. III. p. 444. Ἔννοια, quam tractat, poſt *Horatium* pluribus placuit, etiam recentioribus, inter quos duo laudaſſe ſufficerit, ingenio facile principes, *Arioſtum* in *Orlando fur.* C. X. 7.

Come ſegue la lepre il cacciatore
Al freddo, al caldo, alla montagna, al lito,
Ne più l'eſtima poi che preſa vede,
E ſol dietro a chi fugge affretta il piede.

et *Cervantem* in *Novelas Exempl.* T. I. p. 65. *no querria io que fueſes tu conmigo como es el cazador, que en alcanzando la liebre que ſigue, la coge, y la dexa por correr tras otra que le huye.*

P. 264. *Callim.* Ep. XII. 2. ἐκτὸς *Salmaſii* eventum. — Ad v. 3. *Fiorillo* in Obſſ. ad *Athen.* p. 97. quaerit, cur roſae abjecta folia? et poëtam dediſſe autumat: τὰ δὲ βόδ' ἐκαυθοβολεῦντα. Vulgatam ſalvam praeſtat locus *Propertii*, quem in notis laudavi.

P. 267. *Callim.* Ep. XIII. 4. Margo Ap. G. et R. „Nondum dies XX praeterierunt, ex quo te monuimus. Sed neſcio quid proverbii latere videtur ἐν τῷ εἴκοσι.“ In Ap. Ruhnk. praeterea additur: „τᾶς pro ταῖς dorice. De viginti illis diebus non querimur.“

P. 269. *Callim.* Ep. XIV. attigit *Valckenar.* in Callim. Eleg. p. 82. ubi v. 2. ſcribit ad mentem *Huberti van Eldik*: τὰν ἐπαοιδὰν τῷ ἑαμένῳ, μανίαν οὐκ ἀμαθής, ὁ κ. In his veriſſimum et elegantiſſimum eſt τῷ ἑαμένῳ, quod adoptavit V. D. in Ephem. liter. Jenenſ. an. 1799. nr. 199. p. 764. praeterea corrigens Μοισᾶν οὐκ ἀμαθὴς ὁ κ. Aliud quid latere videtur, quod et ipſum repertum iri non dubito. — V. 5. *Valckenar.* τῷ (δουέω) χ' ἁ λιμός — τῷ *idcirco*, ut ſaepe ap. *Callimachum*; fatetur tamen, ſibi non ſatis liquere, qua ratione haec cum praecedentibus cohaereant; quaedam fortaſſe periiſſe olim interpoſita. Hoc nomine praeſtat *Brunckii* lectio.

P. 271. *Callim.* Ep. XV. Tanquam ineditum protulit *Proſpero Petroni* in Notiz. Oltremont. T. II. P. II. p. 337. qui v. 3. 4. ſatis inepte vertit: Sic dormias, improbiſſima, ut amatorem tuum necas, neque in ſomno miſericordia mota occurrens.

P. 272. *Callim.* Ep. XVII. 1, μικρὴ βῆσις. *Dio Chryſoſtomus* Or. LXXV. p. 408. de νόμῳ· οὗτός ἐστιν ὁ τὸν κότινον οὕτως μέγαν καὶ τηλικαύτης ἄξιον σπουδῆς ἀποδείξας· οὗτος δὲ τὰ τρία ῥήματα, οἷς ἕκαστος κηρύττεται τῶν ἀγαθῶν, πολλοῖς ἀποφήνας τοῦ ζῆν τιμιώτερα. — Ep. XVIII. habet *Grotius* Mantiſſa IV. T. III. p. 434. — V. 3. Ap. Guyet. ἔδωκα τῇ κεφαστῇ δίδωκα καὶ φ. *Heuſinger* in Actis Erudit. ann. 1768. p. 366. ἔδωκά τοι γέρας τοι δίδωμι καὶ φαρέτρην. — Epigr. XIX. 2. Σειρὴν ἡ περίφ. corr. *Corn. de Pauw.* V. 5. ἡ ποιητὴς ἐφίλησε τὸν τὰ Π. *quae thalamos amabat et Pana in illis*, idem. Tandem v. 7. 8. καὶ τοῦδε αὐτῆς χρὼς μελαίνᾳ ταρσούς. Somnia! — Lectio v. 5. ἡ μαστοὺς ἐφόλησε debetur *Salmaſio*. Sed unice verum eſt ἐφίλησε. *Martial.* L. XIV. 149. in *Amictorium*: *Mammoſas metuo: teneram me trade puellae, Ut poſſint niveo pectore lina frui.* Eidem lectioni patrocinatur cl. *Mitſcherlich*, ubi de translato uſu v. *amare* agit, ad *Horat.* I. Od. XXV. p. 241.

P. 275. *Callim.* Ep. XX. 2. *Salmaſius* temere haerens in ταῦθ' emend. πάνθ' i. e. ὅλον. Nihil certius, quam ταῦτα δῶρα jungendum eſſe — Ep. XXII. 2. ἀρξάμενος merum eſt vitium deſcribentis *Salmaſii*. In marg. Ap. R. et G. „Legendum videtur σβέσαμενος" — Ep. XXVII. 2. γλεῦκος Ap G. et R. ubi inepte: „muſti inſtar εὐμαθίην inſtillarunt." Mox v. 3. *Salmaſius* quoque de *perſona tragica* cogitabat; alio tempore de hiſtrione quodam Dionyſio agi cenſebat idem.

P. 280. *Callim.* Ep. XXVIII. Margo Ap. G. et R. „δεδαγμένον. βεβλημένον. Cf. Heſych. v. Amore non turbatum, ut amantes eſſe ſolent in theatris." — P. 281. lin. 12. dele *quoque*. — Mox adde *Claudian.* in Eutrop. L. I. 111. *Jamque aevo laxata cutis, ſulcisque genarum Corruerat paſſa facies rugoſior uva.*

P. 283. *Callim.* Ep. XXXI. 1. ζαφυρηὸν tentat V. D. in Actis Erudit. ann. 1748. p. 407. et v. 2. κρούπτεται, quod idem eſſe cenſet ac περιέκρυπτον. Ejusdem farinae ſunt emendationes v. 5. ab eodem propoſitae: εἰ δὲ γ. λιγυρηχέος οὐδας ἐρέσσων ποσσὶν ἁλὸς, ὡς —. Siquidem venti procelloſi ſpirarent, navigabam olim, e domeſticis et nativis meis antennis praetenſum tollens velum: obtinente vero tranquillitate navigabam, ſuaviter ſonori maris pavimentum (aut aequor) ſulcans pedibus; quemadmodum et nomen meum teſtatur, donec etc. — P. 285. lin. 3. Verba ἐν θαλάμοιαν minus recte accepi de *templi penetralibus*; agitur de *cubilibus*, in quibus nautilus degerat, bene monente *Fiorillo* in Not. ad *Herod. Art.* p. 124. Hoc ſenſu θαλάμας poſuit *Homer.* οδ. ε. 432. κοιλόνηδος θαλάμης ἐξελεομένοιο; et *Oppianus* paſſim, I. Halieut. 139. 264. 445. Caeterum nondum me poenitet emendationis olim propoſitae, ita tamen, ut nunc diſtinguendum cenſeam ſic;

μηδ' ἐμοὶ ἐν θαλάμοισιν ἴδῃ, ὡς πέρος, εἰλὴ γὰρ ἄντους, τηρεῖται γοερῆς ὄπιν ἀλκυόνος.

non amplius, ut olim in cubilibus meis, quaerulae halcyonis partum obſervo. *Fiorillo* l. c. proponit emendandum: τίκτουσ' αἰνοτέρη ὄπιν ἀλκυονίς. quod non diſerte explicat. Vide ipſum.

P. 287. *Callim.* Ep. XXXV. *Grotius* in Mantiſſ. IV. T. III. p. 439. ſic vertit:

Heſiodi tenor hoc in carmine: non malus ille
Vates: ſed metuo, ne ſatus ille Solis,
Quod pertricoſum eſt, ſibi legerit. I procul a me,
Noctis Arateae, tenuia verba, labor.

P. 297. *Callim.* Ep. XLII. 2. ἤχιθ' ἑλοῦσα κώλιξ emendat *Valcken.* ad *Callim.* Eleg. p. 260. ſq. i. e. εἷλε, *vicit. ſuperavit.* Cf. cl. *Huſchke* in Anal. crit. p. 78.

P. 298. *Callim.* Ep. XLIV. tanquam ineditum exhibuit *Proſpero Petroni* in *Notizie Oltremontane* T. II. P. II. p. 339. *Heuſinger* in Act. Erudit. ann. 1768. p. 367. ſic corrigit: »Μήνυε, καὶ σὺ γὰρ ὦδε, Μενέκρατες, αὐτὸς πουλὺς Ἅιδᾳ, τίς σ' (σὴν) ξείνων, ὅς σε κατεφλόγισεν, βάλ' ἥρωα (ἢ βα τὸ) καὶ κ. Menecrates, vino immoderatius potato, mortem ſibi acceleraverat. Hunc paulo poſt, quam ad inferos traductus erat, Menippus aliquis, quaſi mortis cauſam adhuc ignoraret, ſimulansque, ſibi parum credibile videri, virum ejus aetatis naturali morte occubuiſſe, interrogat, quis hoſtis eum interfecerit. Menecrates, ut ſi puderet ſe tam turpem mortis cauſam diſerte pronuntiare, reſpondet, eundem auctorem mortis ſuae fuiſſe, qui Centaurum Eurytiona labefecerit, ſc. vinum. Deinde Menecrates, ut etiam hac re pudori ſuo conſuleret, culpam a vino transfert in fa-

tum.“ — Haec nemo facile felicia dixerit. In Ap. G. et R. v. 1. αἲ αἲ, καὶ σὺ legitur, v. 2. τίς ἐξ οἴνων. posterius hoc probabat Vir eruditiſſimus, *Chardon de la Rochette*, cui Anthologia Conſtantini Cephalae vitam aliquando debebit et ſpiritum, in libello menſtruo *Magazin encycl.* an. V. T. VI. nr. 22. p. 179. τίς σ' ἐξ οἴνων δὸς σε κ. reliqua ſana eſſe pronuntians, quae ſic interpretatur: *Et toi auſſi, Menecrate, te voilà auſſi dans la tombe, tu n' a plus été le plus fort. Quel vin t'a ainſi privé de la vie?* πουλὺς per σφοδρὸς interpretatur, ut ap. *Philipp.* Ep. LX. Idem V. D. ex *Rubnkenii* ſchedis protulit haec: „Hemſterhuſius diſcipulis Callimachum enarrans, judicabat, non Callimachi illud Epigramma eſſe, ſed recentioris cujusdam graeculi. Omnibus iterum perpenſis, ſic legendum puto:

α. Λίνις, καὶ σὺ γὰρ ὧδε, Μενέκρατες, εἰσέτι πουλὺς
ἧσθα· τί σε, ξείνων λῷστε, κατειργάσατο;
β. ἧρατο (?) καὶ Κένταυρον.

Tu quoque, Menecrates, in hunc usque diem frequens nobiscum eras. Quid tibi, hoſpitum optime, mortis cauſa fuit? Idem ſomnus, qui Centaurum, me etiam oppreſſit.“

P. 300. *Callim.* Ep. XLV. 3. *Hagenbuch.* in Diatr. in Inſcr. quasdam Murat. p. 25. lacunam ſic explet: ἢ χερηγὸς ἡμῶν, improbante *Bouherio*, qui proponit in Epiſt. ad Hagenb. p. 42. ἦγε περὶν κλαυσῇ vel ſimile quid. *Hagenbuchio* p. 75. praeterea in mentem venit: ἢ τὸ περὶν κοπάσῃν π. προσταξῇ ν. γ. — Ad Ep. XLVI. inprimis comparandum Ep. ἀδεσπ. DCCXI. et DCCIX. — Ep. XLVII. 3. Cf. *Mitſcherl.* ad *Horat.* IV. Od. V. 29. p. 369. — Ep. LIII. 6. *Fontainius* cogitaſſe videtur de proverbio, quod eſt inter *Callim.* fr. LXXXV. ubi umbrae ap. Orcum ſic deſcribuntur: ἐκ τῶν, ὅσον βοῦν κοπὶς

λόβου (i. e. λεπτοῦ τινος νομισματίου) πιπρήσκουσιν. quandoquidem umbrae et ſimulacra carnes non amplius comedere ſolent.

P. 302. lin. 9. poſt *Planud.* adde: et Vat. Cod. — *Callimachi* Ep. LXIII. 2. ἐν δ' οἴνῳ corr. *Valcken.* ad *Callim.* Eleg. p. 15. „Inter pocula quae fierent vel dicerentur, fieri dicuntur παρ' οἴνῳ· ἐπὶ τοῦ ποτηρίου· vel ἐν οἴνῳ. *Sophoclem Ion Cius*, cujus fuerat uſus hoſpitio, ἥνδρα dixit παιδιᾷσιν παρ' οἴνῳ καὶ δεξιοῖν ap. *Athen.* XIII. p. 603. F. Ap. *Lucian.* T. III. p. 502. *Aeſchylum Calliſthenes* dixit τὰς τραγῳδίας ἐν οἴνῳ γράφειν, τὰς ἐν οἴνῳ καὶ παιδιᾷ φωνὰς dixit *Plutarch.* I. p. 612. B. παρ' οἴνῳ ipſius eſt *Sophoclis* Oed. T. v. 790.“ Similia, eandem emendationem repetens, dedit p. 262.

P. 315. *Eratoſthenis* Epiſtolam illuſtravit *Nicol. Loenſis* in Epiphyll. III. 1. ubi etiam Carmen ejus exhibet. — P. 319. *Rhiani* Fr. 1. cum interpretatione ſua dedit *H. Stephanus* in Gnomis de Virtutibus p. 18. ſq. iterum tractavit in Schediaſm. I. 16. — V. 14. μνᾶται δ' εὑπηχυν Ἀθάναν hyperbolice et paroemiace dictum cenſebam de eo, qui in ambiendis nuptiis ſummа quaeque et tantum non ἀδύνατα captat. At *Stephanus* monuit, hiſtoriam ſpectari, quam narrat *Theopompus* ap. *Athen.* L. XII. p. 531. F. de Cotye, rege Thraciae, ὃς ἀνῆνεν κατεσκεύασεν, ὡς γαμουμένης αὐτῷ τῆς Ἀθηνᾶς, καὶ θάλαμον κατασκευάσας ἐνέμενε μεθύων τὴν θεόν. — De ἐπίηρα v. 21. vide ad *Theocriti* Ep. XVI. 8.

P. 322. lin. 3. adde poſt ἀμβρότῳ· *Homer.* Hymn. in Vener. v. 61. cujus auctor exſcripſit Od. Θ. 364. — *Rhiani* Ep. III. 2. In Ap. Ruhnk. συνήνας ſive αἰνήσας conjicitur. — *Rhiani* Ep. IV. 5. ἔστι καθ' ἥκιος Θὲ μέγα, conj. *Corn. de Pauw*: *cui frons eſt non magna*; *at vires in ea Gratia coeleſtis.* — V. 8. ἀλλ' ὃς ἀδάμαντι. Quae firmo vinculo nexa ſunt, ἀδάμαντι δεδέσθαι dicuntur. Hinc Dionyſius, potentia ſua fretus, ἀδάμαντι δεδεμένην τὴν ἀρχὴν

κικτῆσθαι sibi persuadebat, ut est ap. *Aelian.* in V. H. XI. 12. et ap. *Diodor.* XVI. p. 86. ubi consule Interpretes. Hinc explicandus *Horatius* III. Od. XXIV. 5. *Si figit adamantinos Summis verticibus dira Necessitas.* ad quem locum apta comparavit *Mitscherlichius.*

P. 323. *Rhiani* Ep. V. 1. νύ σοι est in Ap. *Guy. Rubnk. Pauw.* unde v. 3. etiam βοὸς ἔρσην in *Brunckii* textum venit. — V. 6. εἶρπειν α. ἄ φίλος eadem Apogr. In marg. ἕρπειν ἄφιλος sive ἄ φίλοι, ut ἄ δειλοί. In Ap. Pauw. etiam ἀνθέρικα tanquam *Guyeti* laudatur emendatio. — *Rhiani* Ep VII. 3. οὐ κενεαῖς. Ap. quaedam. In membr. ductus sunt obscuriores. *Salmasius* aut ἐὸν aut νῦν emendandum censebat. — *Rhiani* Ep. IX. 1. Margo Ap. Guy. et Ruhnk.: „Legendum videtur ab ἀγρὸς ἀγρυλίς' ab ἀγρὰς ἀγρυλίς ductum.“

P. 327. *Hedyli* Ep. I. 1. παρ' οἶνον, in conviviorum festivitate. Cf. *Valcken.* ad *Herodot.* p. 188. 49. et ad *Callimachi* Eleg. p. 15. et 262. — *Hedyli* Ep. II. 3. που τυχὸν pro ὡς ἔτυχε, *quo ebrietas eum ducebat*, interpretatur V. D. in Ephem. Gothan. an. 1799. nr. 30. p. 254. recte; at non apparet, quo consilio poëta hanc ἕρσιν posuerit, cui nihil additur, quod ad rem faciat: Pasifocles a primo mane usque ad noctem, a nocte iterum usque ad solis ortum potat; *tum subito abit, quo pedes ferunt; at* in conviviis suavius ludit vel ipso Sicelida. — In his igitur etiamnum haereo.

P. 330. lin. 3. a fin. adde: et not. ad *Straton.* Ep. XLIII. T. II. P. III. p. 89. — Fragmentum *Antiphanis* ex *Athenaeo*, quod tentavi p. 331., rectius constituit *Koppiersius* Obss. p. 48.

P. 338. *Hedyli* Ep. VIII. (IV.) 10. Temere de sinceritate v. νέοι dubitabam. Juvenes compotationum amantes poëta alloquitur. Caeterum hic versus, ut cum praecedenti coëat, sic videtur scribendus:

P. 354. lin. 4. *Teleſtis* locum ex *Athenaeo* minus recte a me tentatum eſſe judicat cl. *Hermann* ad *Ariſtotelis* Poët. I. 2. p. 89. quid reprehendat, non indicans. *Fiorillo* in Obſſ. ad Athen. p. 48. aliis reſectis, aliis transpoſitis, eundem reſtituere conatus eſt; quo ſucceſſu, judicent alii.

P. 355. *Alcaei* Ep. XII. *Matthaei* v. cl. ad Hymn. Homer. p. 437. comparat cum Hymn. in Pana XVIII. 14 — 18. δονάκων ὕπο Μοῦσαν ἀθύρων Νήδυμον· οὐκ ἂν τόν γε παρεδρεύοντα ἐν μελίσσαις Ὄρνις, ἥτ' ἔαρος πολυανθέος ἐν πετάλοισι Θρῆνον ἐπιτροχάδην ἀχέει, μελίγηρυν ἀοιδήν.

P. 356. *Alcaei* Ep. XIII. Monere neglexi, in Vat. C. altero loco prius diſtichon ſecundo poſtponi. Hinc *C. de Pauw* duo eſſe Epigrammata ſuſpicabatur. Unice veram eſſe lectionem χθὼν μὲν δή; quam male feriati Grammatici, hoc diſticho alteri ſubjecto, mutaverint, idem cenſet.

P. 358. lin. 6. a fin. corr. *Homer.* Od. φ. *pro* ιλ.

P. 366. *Dioscoridis* Ep. I. 2. ὑαλίνην ſuſpicabatur *C. de Pauw*, quod non ineptum, modo ὑαλέην ſcribas. Vide not. ad *Straton.* Ep. LXXXVIII. T. II. P. III. p. 122. Sed emendatione non eſt opus. — *Ejusd.* Ep. III. 2. ὅ τι σοι eſt in Ap. Ruhnk. et aliis. V. 3. ἀλὶ δόσῃ eſt in Ap. Ruhnk. cum nota *Salmaſii*: ἁλιδότῃ, quod proprium eſt piſcatorum. — V. 5. ἕλξεις — πολλὴν δρέσσον. Paroemiace dici nullus dubito. Sic ſpe fruſtratum irridens mulier ap. *Ariſtoph.* in Theſm. 928. αὕτη μὲν ἡ μήριν θος οὐδὲν ἔσπασε. ad quam paroemiam idem reſpexit in Veſp. 175. ἀλλ' οὐκ ἔσπασε ταύτῃ γε. Vitium eſt igitur in verbis ἑκ λιμένος, in quibus participium latere puto, ut μαιόμενος, quod non ſine elegantia hic interponeretur:

ἕλξεις μαιόμενος πολλὴν δρέσσον.

labore impenſo non piſces, ſed aquam extrahes. Cf. *Apollon. Rhod.* II. 1196. 126. Idem ſic utitur verbo λιλαίεσθαι. I. 350. III. 80. IV. 802.

P. 368. *Dioscoridis* Ep. IV. 2. *Salmaſii* emendationem οὐκ ἔφυγον tuetur cl. *Hermannus* in not. ad Vigerium p. 721. *Effugi te: at vix dixeram, cum non effugiſſe me ſenſi.* — Me nondum poenitet ſententiae de hoc Epigrammate olim prolatae, quod ſic, membranarum lectionibus ſervatis, diſtinguendum exiſtimo:

Ἐξέφυγαν, Διόδωρε, τὸ σὸν βάρος· ἀλλ' ὅσον εἶπα,
ἐξέφυγον τὸν ἐμὸν δαίμονα πικρότατον,
πικρότερός με κάτεσχεν· Ἀριστοκράτει δὲ λατρεύων
μόχθοις, δεσπόσυνον καὶ τρίτον ἐκδέχομαι.

Effugi, Diodore, onus a te mihi impoſitum; at vixdum dixeram haec verba, effugi acerbiſſimum fatum meum, cum longe gravius me deprehenderet. Nunc enim Ariſtocratis imperio obnoxius, jam tertium dominum, cujus ſubiturus ſim imperium, *exſpecto.* Sic noviſſimum verbum accipiendum eſſe, cl. *Schneiderus* per literas me monuit; qua explicatione admiſſa, emendatione non opus eſſe apparet. V. 1. tamen haud ſcio an melius legatur εἶπας, quod *Pauwio* in mentem venit. Idem haerebat in καὶ τρίτον, ſuſpicatus, χάτερον legendum eſſe: *et alterum naclus ſum herum.*

P. 370. *Dioscoridis* Ep. V. 2. marg. Ap. Guy. et Ruhnk ἔρματ' i. e. ὑπερείσματα. male. — P. 371. *Ejusd.* Ep. VII. Ex hujus carminis lemmate male intellecto errorem de *Soſipatro* poëta ortum eſſe cenſet *Chardon de la Rochette* V. cl. in *Magazin Encycl.* T. II. nr. 1. p. 103. qui hujus nominis poëtam unquam fuiſſe merito dubitat. V. 2. ἔχον — θέμενον. Marg. Ap. Guy. et R. — V. 5. pro κλησίην nec φλαῦρον (cf. Odyſſ. XVII. 221.) ineptum foret. κλισίην tamen propius ad literas accedit. —

P. 372. Ep. IX. ἀγαλάκτιν', ut est in Vat., pro epitheto Adonidis habebat V. D. in marg. Ap. Guy. et R. Ibidem ἀκοπιεῦσαι et ἄπαγε notatum. — P. 375. *Ejusd.* Ep. XI. 13. βοήσας debetur *Salmasio*. V. 15. ἰερά σοι παλάμης margo Ap. Guy. et R. — P. 377. *Ejusd.* Ep. XII. 4. nondum me poenitet conjecturae in Notis expromtae, quamquam Vir Doctus in Addend. ad Horat. T. II. p. 707. nihil mutandum censet, explicatione prolata, quam et ipse dedi: Jam Zephyri refrigerio permulcetur ἡ ἑταίρα, tabellis Veneri dedicatis.

P. 379. *Dioscorid.* Ep. XIV. σᾶμα τόδ' οὐχί. margo Ap. G. et R. — P. 381. *Ejusd.* Ep. XV. 5. *Matthaeus Sladus* in notis C. *de Pauw* tentabat: ἦν δὲ Κελ. τὸ πάρος, οὔτις α. sensu mihi quidem non satis expedito. *Pauw* οὔπις scribendum censebat, reliquis servatis: „Si vero Marsyas antea canens non fuisset cognitus, Phoebi contentio eum satis feciſſet celebrem. Marsyae meminit post Hyagnidem, quia Hyagnis pater Marsyae, qui artem ab eo didicerat.“ — P. 383 *Ejusd.* Ep. XVI. 1. 2. *Brunckius* exhibuit ad mentem *Salmasii* emendatos sive potius depravatos. ὅδε verum est. Sic noster infra Ep. XXIII. αἵδε Λυκάμβεω, αἳ λάχομεν στυγερὴν κληδόνα, θυγατέρες. *Theocrit.* Eid. α. 65. Θύρσις ὅδ' ὠξ Αἴτνας. — P. 384. lin. 7. μετεπλάσσαντο est in Apogr. Ruhnk. et in marg. Guy.

P. 385. *Dioscorid.* Ep. XVII. 3. ὀνήσιμα πάντα. Ap. Ruhnk. et marg. Guy. — V. 4. non omittendus erat *Horatius* IV. Od. II. 5. de Pindaro: *Monte decurrens velut amnis, imbres Quem super notas aluere ripas, Fervet immensusque ruit.* quem locum Graecis scriptoribus comparatis optime explicuit cl. *Mitscherlich.*

P. 390. *Dioscorid.* Ep. XXIV. 10. Inepte *Salmasius* Εὐρυπόλην interpretatur τὴν Περσεφόνην παρὰ τὰς πύλας τὰς εὐρείας. — *Ejusd.* Ep. XXV. 8. εὐνομένη Ἀφροδίτης Ap. Guy. et R. in marg. εὐνομένης Ἀφροδίτης. et mox

τίας ἴσας γὰρ ἀοιδὰς α. Ordo: ἔχομεν γὰρ ἔτι νῦν ἀοιδάς, τέας θυγατέρας, ἴσας ἀθανάτοις. — *Ejusd.* Ep. XXVI. 2. τλήθυμε. ut sit ὦνερ τλήθυμε ἴθι προσειπεῖν πλ. σ. margo Ap. Guy. Male. V. 7. Ibidem τοὺμὸν ἀναψύξαι. recreabit, meliori famae tradet; non minus inepte. Ineptius tamen *Fleetwoodius* ἀναπτύσαι legit: tempus nomen illius exspuat, ejiciat.

P. 394. *Dioscorid.* Ep. XXVIII. illustravit cl. *Huschke im deutschen Mercur.* ann. 1800. 5. p. 52. sqq. et in Anal. crit. p. 3. sqq. qui v. 1. 2. probans Planudeae lectionem ὃ ς παρὰ Μουσῶν Ἰφὺν παρθενίην, i. e. ἐλαχεν. *sanctam illam virginem* de imagine Κυλινδόνος interpretatur, quae tumulo imposita fuerit una cum Baccho aliave persona tragica. Quae Vir doctissimus acute sane de mythicis illis virginibus disputavit, non hujus loci sunt; hoc unum monendum, in vase sepulcrali a *Michaële Ardisio* edito, non ΚΑΛΕΔΟΝΕΣ, sed ΚΑΛΕΔΟΚΕΣ legi, (quod variis conjecturis locum dedit. Vide *Zarillo* in Differt. sopra un Medaglione Καυστανων. 1792. et *Villoison.* in *Magaz. Enc.* VII. an. T. II. 8. p. 473.) quo conjectura, Κυλινδόνας sub virginum figura repraesentatas fuisse, valde debilitatur. Nec probabile, *Dioscoridem* duas in Sophoclis tumulo figuras indicare voluisse. *Lenzius* V. cl. quem vide in Bibl. Artium T. LXIV. 2. p. 201. sqq. lectionem Brunckianam probat, παρθενίην de *pignore*, *bono* alicui *concredito* interpretatus. Idem recte monuit, non Bacchum loqui, sed chori antistitem, sive Satyrum, quod ex sq. Epigr. 1. 2. probabile fit.

P. 397. Ep. *Dioscoridis* XXIX. *Hermannus*, qui de hoc Ep. disputavit in Epistola de Dramate Comico — Satyrico, (quae inserta est Commentariis Societatis philologicae Lips. T. I. P. II. p. 254.) v. 6. intactum servat; v. 9. nobiscum refingit, τύπος tamen sincerum existimans: Εὖαδέ μοι θέρεον τύπος ἐν χερὶ κ.τ. Posteriorem

autem hujus Epigrammatis partem sic explicat: „Me, Satyrus inquit tragoediae et satyrici dramatis partes agens, novis jam moribus accommodatum, in memoriam hominum revocavit Sositheus, patriamque Alexandriam ad antiquitatis exemplum conformavit: itaque reduxit masculos Dorici carminis numeros, et ad sonoros versus saltans, renovatos manibus teneo thyrsos audaci poëtae conatu.“ Verba πρός τ' αὐδὴν ἑλκόμενος μεγάλην proxime jungenda esse cum sequentibus, mutata constructione eo modo, quem ad *Sophocl.* Electr. 480. illustravit *Brunckius.* Colligendum esse vero ex hoc epigrammate, veterem tragoediae formam a Sositheo instauratam esse. Quod vero idem Vir doctiss. verba τὸν ἔρσενα Δωρίδι Μούσῃ ῥυθμὸν de chori usu restaurato, non de dorico sermone ubique adhibito, interpretatur, mecum sentit; nec aliter ipse haec verba acceperam p. 399. — Ceterum ad v. 1. in marg. Ap. Ruhnk. notatum reperio: an γένυν τὸ προσωπεῖον. i. e. τὸν ὑποκριτήν. V. 3. σκίρτης. i. e. σκιρτητής. V. 6. πάλιν ἀναχαίζειν ἐτοίμων ἰμί. V. 9. lectio Brunckiana sic est in Ap. Ruhnk. et Guy. In Ap. Pauw. ἑπτὰ δέ μοι νεῶν. quod ineptis conjecturis locum dedit. — Pro ἐν χερὶ *Salmasius* οὐ χερὶ et ἐν χεοὶ i. e. χερῷ corrigit, *simplicem, non affectatum.*

P. 400. *Dioscoridis* Ep. XXX. 2. ζῶντι Μάχωνι corrigebat *Jensius.* V. 3. Iis, quae de *fucis* notavimus, addenda inprimis praeclara nota *Ruhnkenii* ad *Timae.* p. 157. — P. 401. lin. 4. a fin. dele commata, quibus vox *Machon* male includitur.

P. 404. *Dioscoridis* Ep. XXXV. 1. ἐλευθερίῳ τύμβῳ. ad liberam sepulturam referendum, de qua *Def. Heraldus* ad *Martial.* p. 30. et nos ad Ep. *Damascii* T. II. P. III. p. 332.

P. 406. Tria haec Epigrammata *Dioscoridis* sunt, non *Sosipatri.* Vide not. ad *Dioscorid.* Ep. VIII. — P. 407. Ep. II. ἄνθεσιν ἐν χλοερῇς. De corporis flore re-

ste mihi explicuisse videor. *Theocrit.* Eid. XXVII. 66. ὡς οἱ μὲν χλοερῇσιν ἰαινόμενοι μιλάκεσσιν Ἀλλάλοις ψιθύριζον. Hac autem explicatione admissa, dubitari non potest, quin v. 5. τὰ δὲ male trahatur ad ὄμματα. Distingue: τὰ δ', ἠΰτε πνεύματι, φύλλα, A. Intelligenda est παγὴ puellae βοδοπόγου, quae lubrico motu tremebat, ceu vento commota. φύλλα πορφύρεα illustrat *Alciphron* in descriptione certaminis meretricum de pygarum pulcritudine L. I. Ep. XXXIX. ὑποσιμώσασα τὴν ὀσφύν, Ἰδού, σκόπει τὸ χρῶμα, φησίν, ὡς ἀκριβές, ὡς ἀκήρατον, ὡς καθαρόν. τὰ πορφυρᾶ τῶν ἰσχίων ταυτί. — ἀλλ' οὐ τρέμει, νὴ Δία. Ἀλλ' ὑποσειδιῶσα. ὥσπερ ἡ Μυρρίνη ἐντέναξε καὶ τοσοῦτον παλμὸν ἐξεργάσατο τῆς παγῆς, καὶ ἅπασαν αὐτὴν ὑπὲρ τὴν ὀσφῦν τῇδε καὶ τῇδε ὡς ἐνεργοῦσαν περιεδίνησεν..... Sic hic locus fortasse integrandus et emendandus. Verbo ἐνεργεῖν sic supra usus est *Alciphron*; et iterum L. III. Ep. LV. ubi vid. *Berglerum*. In simili certamine *Rufin.* Ep. II. τῆς δὲ διαιρομένης φοινίσσετο χιονέη σάρξ, Πορφυρέοιο ῥόδου μᾶλλον ἐρυθρατέρη. — In marg. Ap. Guy. et Ruhnk. haec leguntur: „φύλλα πορφύρεα. pallia purpurea, sive potius plagulae lecti purpureae.“ — V. 7. ἀπεσβέσθη γλυκερὸν μ. marg. Ap. Guy. et R. et v. 8. παρείοις ἐξέλυτο μ.

AD TOMUM OCTAVUM

SIVE

ANIMADVERSIONUM TOM. II. P. I.

P. 4. *Polystrati* Ep. I. 8. ἔλοιντο adscriptum margini Ap. Guy. et R. in quorum contextu ἕλοισθε habetur. — P. 5. *Nicandri* Ep. I. 3. Vatic. Cod. lectionem

Salmaſius in not. mſt. elegantiſſimam vocat, alibi ſe eam explicaturum promittens. Equidem ſenſum in ea non video. — P. 7. *Ejusdem* Ep. III. 5. Σπάρτᾳ μὲν μέγα κῦδος. Sic plane *Euripid.* Phoen. v. 1072. de Menoeceo, qui ſe ſponte pro patria devoverat: Κρέοντι μὲν λιπὼν γόους, Τὰ δ' ἑπτάπυργα κλεῖθρα γᾶς Καλλίνικα θήσων. et v. 1221. Κρέων — παιδὸς στερηθεὶς Τῇ πόλει μὲν εὐτυχῶς Ἰδίᾳ δὲ λυπρῶς.

P. 7. *Craetis* Epigr. 3. κατάγλωττα ποιήματα. Adde *Eunapium* in Vit. Libanii p. 173. παιδείας ὑπερβολὴν καὶ ἀναγνώσεως ἔστιν εὑρεῖν ἐν τοῖς λόγοις, λέξεσι κατεγλωττισμέναις ἐντυγχάνοντα. *dictionibus peregrinis et obſcuris*, ut interpretatur *Th. Reineſius* Var. Lectt. III. 5. p. 428. quod ille, ut multa alia, derivavit ex *Philoſtrati* V. Apollon. I. 17. p 21. λόγων δὲ ἰδέαν ἐπήσκησεν, εὐ διῳκημβώδη καὶ φλιμαίνουσαν πειθικοῖς ὀνόμασιν, οὐδ' αὖ κατεγλωττισμένην καὶ ὑπεραττικίζουσαν, ubi vide *Olearium*. De oculis impudicis, quae καταγλωττίσματα appellantur, vide *Pierſon.* ad *Moer.* p. 224.

P. 14. *Perſae* Ep. VI. pro *Antiphanes* et Παφίης corrige *Oneſtis* et Κύπριδος.

P. 20. *Antipatri* Ep. VIII. 2. ὠρύου debetur *Salmaſio*. — P. 21. *Ejusdem* Ep. IX. 3. repudio conjecturam olim prolatam, qua elegans vulgatae rhythmus tollitur. *Lenzius* eleganter corrigebat: καὶ τήνδ' ἔχε' χαῖρε· ἐγὼ γάρ — —.

P. 24. *Antipatri* Ep. XIV. 3. nunc aut *Kuſteri* emendationem veram eſſe puto, aut legendum:

ὅλον πεφορυγμένον ἀφρῷ

quod facile in πελλῷ mutari potuit. — V. 4. pro σπιλάδι margo Ap. Guy. ψευάδι, *undis verberatum*, proponit. Ibidem v. 7. ξηρὸν corrigitur, quod εὐρὼν poſt ἐκίχανεν ſuperfluum eſſet.

P. 30. *Antipatri* Ep. XXI. 7. Armillis cruralibus ſerpentum ſimilitudinem fuiſſe datam ab artificibus, dubitari nequit poſt ea, quae ex veteribus monimentis obſervavit *Boettigerus in der Furienmaske* p. 87. ſq. et iterum *in Archaeol. Muſeum* T. I. p. 46. not. 10. — V. 9. margo Ap. Guy et Ruhnk. „συνόμιλοι legendum videtur. συνομήθεις. ἡμιόστροποι.“

P. 31. *Antipatri* Ep. XXIII. 1. πότνια γυναικῶν. *mulierum domina.* quod docuit cl. *Hermannus* in Obſſ. crit. l. c. XII. p. 165. — P. 32. *Ejusd.* Ep. XXV. 1. Vat. Cod. lectio ἀνεδήσατο eo ducit, ut lectum fuiſſe exiſtimem:

ἦ πολύθριξ οὖλας ἀναμήσατο παρθένος Ἵππη
χαίτας.

V. 6. nominis Φίλας, quod reſtituendum exiſtimabam, exempla vide ap. *Reiskium* in Not. ad Anth. p. 113. nr. 554. Pro φιλαστραγάλῳ Vir Doct. in Ephem. Goth. ann. 1799. nr. 101. p. 868. legendum putabat παῖδ' ἐϋαστραγάλῳ. Θευγενὶς ἐύσφυρος eſt ap. *Theocrit.* Eid. XXVIII. 13. At diphthongus εὖ ante vocalem non dividitur. ἀστράγαλοι laudantur in puellis. *Myrin.* Ep. II. Φαικάδα εὐτάρσιον ἐκ' ἀστραγάλοισι γελῶσαν. Non dubitaverim equidem ſervare terminationem a codice oblatam — αστραγάλῳ, cum noſter etiam ὑπερφίαλοι (ſic Vat.) γυναιξὶ dixerit Ep. LXXXVII. et μετὰ Μούσαις ἀθανάταις Ep. LXX. Cf. ſimilia colligentem *Fiſcher.* ad *Weller.* Gramm. T. II. p. 65. ſq.

P. 35. *Antipatri* Ep. XXVII. 2. „Pro βομβητοὺς eſt qui legere malit βομβώδης, quod vereor ne ſit ridiculum. πλόκαμοι βομβηταὶ ſunt crines, ſumma vi jactati, rotati. Ὑστεροφάλιγγα κόμαν vocat *Antipater* v. 18. *Catull.* Atys v. 23. *Ubi capita Maenades vi jaciunt hederigerae. Juvenal.* Sat. VI. 313. *crinemque rotant, ululantque Priapi Maenades.*“ Verba ſunt *Huſch-*

kii disputantis contra *Slothowerum*, hunc verſum tentantem in Tirocin. crit. p. 38. — P. 36. lin. 9. corrige ὅμματί τ' ἀντῶν pro ἁπάντων. Sed audacior haec conjectura, quam cui fidem habeas. Num fuit:

εὖ μάλα πάντα
ἐν στέρνοις ἰάγη θυμὸν ὀρινόμενον.

quod ad cod. lectionem proxime accedit. Sic autem hae voculae junguntur innumeris in locis. *Theocrit.* Eid. XXIV. 92. κόνις πυρὸς εὖ μάλα πᾶσαν — ὑπὲρ ποταμοῖο φέρουσα. XXV. 19. αὔλις - Φαίνεται εὖ μάλα πᾶσα.

P. 37. *Antipatri* Ep. XXVIII. 4. ἓν θύος tentari non debuit. Ut enim in praecedente verſu ἕνα poſitum eſt pro τινὰ, ſic etiam ἓν θύος pro θύος τι accipiendum. Vide *Bergler.* ad *Alciphr.* I. 3. p. 26. ed. *Wagn. Srbweigh.* in Lex. Polyb. p. 184. et *Valcken.* in Ann. ad N. T. p. 347. — V. 6. Conf. *Themiſt.* Or. XIII. p. 171. ποιμένος μὲν τὸ σώζειν τὴν ποίμνην· βουκόλου δὲ τὸ βόσκεσθαι τὴν ἀγέλην· καὶ μὴ τοὺς μὲν λύκους ἀποσοβεῖν, αὐτῶν δὲ τῶν λύκων γίνεσθαι χαλεπώτερον, κόπτοντα καὶ διαιρεύοντα αἰεὶ τὰ πιότερα τῶν προβάτων.

P. 38. lin. 10. corr. ἄδε pro ἄδε.

P. 41. *Antipatri* Ep. XXXIV. 1. minori mutatione legendum videtur:

οὐ δ' ἄστεσιν εἷά τ' ἐν ἄλλοις -

Ibid. lin. 6. a fine corr. *lilium.*

P. 46. *Antipatri* Ep. XLIII. 1. ſcribendum puto:

Ταντάλις ἅδε ποχ' ἅδε, δὶς ἑπτάκι τέκνα τεκοῦσα

pro ἑπτά. Hoc iis, qui aures hexametri numeris tritas habent, non improbatum iri ſpero. — Mox corrige

lin. 3. a fin. *crinibus ſparſis* pro *paſſis*, qui error *Huſchkii* animum advertit in Anal. crit. p. 81. ubi ἔνθεον κόμην comparat cum *caeſarie inſana* ap. *Statium* X. Theb. 598. et μαινομένῃ κόμῃ ap. *Dioscorid.* Ep. XI. Idem v. 1. praeclare emendavit:

τίπτε, γύναι, πρὸς Ὄλυμπον ἀναιδέα χεῖρ' ἀνέ-
νευκας

pro χεῖρα νένευκας, quod nimis diu tulerunt Anthologiae editores. Verſu 10. mecum conſentit, non tamen κάδεῖ, ſed κήδει ſcribens, *permultum* inter utrumque intereſſe affirmans. Fateor, mihi ſemper lubricum fuiſſe viſum, de minutis hisce discriminibus ſtatuere, praeſertim in ejusmodi carminibus, quorum auctores ſibi in uſurpanda dialectorum ratione parum conſtare apparet. Recte vero idem monuit, πέτρος non mutandum eſſe, participio ſcilicet ad Νιόβα relato. Poſtremum hoc diſtichon ita vertit *Grotius*, ut ſuum acumen poëtae tribueret: *Infauſta prognata die: nec meta laborum Mors tibi: nam fies, Tantali, morte ſilex.* In primo vſ. cum *Huſchkio* conſpirat: *Non pudes, ad coelum quod palmas femina tollis.*

P. 51. *Antipatri* Ep. XLIX. in Anthol. Grotii T. III. p. 436. ed. *Boſch.* ubi alterum diſtichon longe aliter legitur ac apud *Burmannum*: *Errantes ſimul et ſtantes, ad lumina quorum Multiplici clauſus falsas in orbe polus.*

P. 53. *Antipatri* Ep. LII. *Gregorius Nazianzenus* in Murat. Anecd. p. 142. miracula mundi hoc diſticho complexus eſt:

Ἑπτὰ βίοιο πέλει τάδε θαύματα, τεῖχος, ἄγαλμα,
κῆποι, πυραμίδες, νηός, ἄγαλμα, τάφος.

Idem ex noſtro aſſumſit verſum Βαβυλῶνος ἐπίδρομον ἄρμασι τεῖχος Ep. CCXXV. p. 213. et iterum ἄλλος μὲν Βαβυλῶνος ἐπίδρομον ἅρμασι τεῖχος, Ἄλλος δ' Αἰγύπτου δείματο πυραμίδας.

P. 59. *Antipatri* LXIII. 1. χελιδόνα corrigebat *Salmaſius* in not. ined. quod Vaticanae lectioni minime praeferendum. Cf. *Huſchke* in Anal. cr. p. 99. — V. 5. κινυρομέναν. Liberos quaerens Calaſiris ap. *Heliodorum* L. II. 22. p. 132. ed. Bip. θρήνοις παραπέμπω τὸ πάθος, ὥσπερ, οἶμαι, τις ὄρνις, ὄφεως αὐτῆς τὴν καλιὰν προδοῦντος, ἐν ὀφθαλμοῖς τε τὴν γοητὴν θαινομένου — τετριγυῖα δὲ περιποτᾶται τὴν πολιορκίαν, εἰς ὥτα ἀνήμερα — ἀνήνυτον ἱκετηρίαν τὸν μητρῷον εἰσάγουσα θρῆνον. — V. 7. non recedendum erat in voce ἡλιτοεργὸς a *Suidae* interpretatione, quam reliquit etiam cl. *Schneider* in Lexico T. I. p. 629. *ſceleſtum* explicans. Aliter poſtea ſtatuit in notis ad *Orphei* Argon. 1365. p. 228. Senſus eſt: *Sic vbiit, facinore, quod ſibi propoſuerat, non effecto.* unde nihil mutandum eſſe, ſponte apparet.

P. 62. *Antipatri* Ep. LXVII. 3. Orpheo tribuitur, quod ſomno perſonatus *Orpheus* tribuit in Argon. v. 1007. κοιμίσσας δ' ὄγε φῦλα πανημερίων ἀνθρώπων, Καὶ ζαμενεῖς ἀνέμων πνοιὰς καὶ κύματα πόντου, Πηγάς τ' ἀενάων ὑδάτων ποταμῶν τε ῥέεθρα. Paulo poſt in eadem ῥήσει v. 1013. depravata eſt deſcriptio potentiae, quam ſomnus in draconem exercuit:

κῶμα δ' ἅφαρ κατέμαρψε πελωρίου ὄσσε δράκοντος,
Ἰσοπαλὲς θανάτῳ, δολιχὴν δ' ἀμφ' ἀνχένι δοιὴν
Θῆκε παρηβάρεων φολίσιν.

Liceat mihi, variis doctorum virorum conjecturis meam quoque addere. Scribendum puto:

δολιχὴν δ' ἀμφίσχανε δειρήν.
Ὕπνος κάρη βαρύθων φυλίσιν.

Somnus draconis obſedit oculos, et longum ejus collum occupavit. Tum ſomno onuſtus caput depoſuit, inclinavit una cum ſquamis, i. e. caput ſquamatum. — Collum belluae reſolutum indicat poëta (*αὐτὰρ ὅγ' ἤδη οἷμαι θελγόμενος δολιχὴν ἀνελάβετ' ἄκανθαν. Apollon. Rhod.* IV. 150.). *βαρύθων* i. e. *βαρυνόμενος*. Ep. *Adesp.* CCLXXXV. *ὕπνῳ βεβαρυμένος. Statyll. Flacc.* Ep. XI. — Ad *φυλίσιν* ſubaudiendum videtur.

P. 62. *Antipatri* Ep. LXVIII. habetur in Marmor. Taurin. p. 169. *Bonadae* Anthol. p. 405. *Fleetwood.* Sylloge p. 173. — V. 3. *ἀγάεντον* emendavit *Salmaſ.* in not. ined. — P. 65. *Antipatri* Ep. LXXI. ex marmore Pergami in Aſia edidit *Donius* in Inſcr. p. 336. *Bonada* p. 410.

P. 68. *Antipatri* Ep. LXXIII. 10. Comparat *Schaefer* V. cl. *Longum* L. II. p. 39, 20. *εἰ δὲ μὴ μάτην ταῦτας τὰς παλιὰς ἔφυσα — ἔρωτι, ὦ παῖδες, κατίσχεισθε καὶ ἔρωτι ὑμῶν μέλει.*

Ibid. *Antipatri* Ep. LXXIV. 5. Egregie h. l. emendavit *Huſchke* in Anal. cr. p. 98. *ὡς ὁ Διονύσου μεμελημένος ᾠδαῖς κώμοις.* „h. e. homo *conviviis adſuetus*, qualis Anacreon fuit. Ita loquitur *Nonnus* XXXVII. 493, *ᾠδαῖσι πυγμαχίῃ μεμελημένος.* Idem l. c. 36. *παντοίαις ἐρετῆρσι μεμηλότες*, plane ut Pindar. Ol. I. 145. *ἃ τέκε λαγέτας ἐξ Ἀρεταῖσι μεμαλότας υἱούς.* Plura exempla collegit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 580. et alibi. Eſt igitur *μεμελημένος ᾠδαῖς κώμοις* idem, qui *φιλόκωμος*, ut Anacreontem vocat Simonides Ep. LIV.“ Idem V. D. ad *Antipatri* Ep. LXXV. 4. haec notavit in Anal. cr. p. 95. „*ἀνακρούεσθαι νέκταρ* eſt *percutere lyrae carmen*, ut loquitur *Propertius* II. El. I. 9. Alii eodem ſenſu dicunt *κρέκειν, κρέεσσιν μέλας. Theocrit.* Eid. IV. 30. *κηὔ μὲν τὰ Γλαύκας*

ἐγκρούσεμαι, εὖ δὲ τὰ πόδια. *Antipater Sidonius* ante oculos habuisse videtur locum *Anacreontis*, cujus meminit *Himerius* Orat. XIV. p. 612. ἐκεῖνος γάρ ποτε ἐραθεὶς ἐφήβου καλοῦ, ἐπειδήπερ εἶδεν τὸν ἔφηβον ὀλίγον αὐτοῦ φροντίζοντα, λόγων ἀρμόσας ἡπίλλει τοῖς Ἔρωσιν, εἰ μὴ αὐτῷ τιτρώσκοιεν αὐτίκα τὸν ἔφηβον, μηκέτι μέλος εὔφημον εἰς αὐτοὺς ἀναπρέσασθαι." V. 5. *Grotius* ἔφυ legit: *Nam fuit ardori juvenum scopus ille, sed in quem Tela truce ex arcu mitteret, unus erat.* Haec omnia ad Smerdin puerum relata vereor, ut multis placitura sint. ἔφυς sincerum est; modo reliqua emendatius legerentur.

P. 72. *Antipater* Ep. LXXVIII. 2. βάντ' ἐς legendum censet *H. Stephanus* in Not. ad Epigr. Sel. p. 303. multo enim tolerabiliorem esse defectum copulativae particulae inter βάντα et ἐπιβωσάμενον, quam defectum praepositionis inter βάντα et accusativum. Nulla emendandi necessitas; verbis enim *eundi* accusativus passim additur. *Euripid.* Helen. v. 539. ποῖ θεοὺς δ' ἐλᾶθαι μυρίους πεπλωκότα. *Theocrit.* Eid. XIII. 66. ἐλάμενος δεῦτ' ἐμόγησεν Ἔρωτα καὶ δρυμώς. Etiam βαίνειν. *Eurip.* Helen. 623. ἄστρων βεβηκυῖαν μυχούς.

P. 80. *Antipatri* Ep. LXXXV. 1. 2. laudat *Stosch.* in Antiqq. Thyat. p. 306.

P. 81. *Antipatri* Ep. LXXXVII. Sex priores versus vertit *Grotius* T. III. p. 430. sq. qui v. 1. sequitur emendationem *Salmasii*: *Dic mihi, quis sculpsit res occultantia signa Lysidica, in cippi marmore, quaesa, tui?* — V. 3. marg. Ap. Guy. „lego ἐν τύθῃνι τε πανάγρα οἰωνοπλακτῶν 2. τύθῃνι pro τύθῃνδι. πανάγρα hic est cavea, in qua pugnat gallus gallinaceus οἰωνοπλακτῶν i. e. ὁ πληττιζόμενος." Πανάγρᾳ scribendum esse non fugit *Corn. de Pauw.* — Notabilis forma ἐγκρεμάχας, cui similia quaedam Anthologia exhibet. — V. 5. ὑπερφίαλος revocandum. Cf. Addenda ad Nostri Ep. XXIII. Temere in Actis Eruditor. ann. 1746. p. 319. *Leichius* reprehenditur, quod hanc formam admiserit.

P. 82. *Antipatri* Ep. LXXXVIII. 2. *Slothouwer* in Tirocin. crit. p. 38. tentat γέρανον, χᾶνα, temere omnino. Verum eſt χαρσπάν. *Oppian.* Hal. IV. 312. χαρσὴ θάλασσα. — V. 3. πανεύτονον. Ap. Ruhnk. et Guy. Apogr. Gothano iterum inſpecto, vidi, in membr. Vat. eſſe αὐδάσει με τὰν εὔτονον, quare lectio πανεύτονον, quae *Pauwio* in mentem venit, haud abſurda videbitur. — V. 7. χὰν δὲ δόμων φυλακᾶς μ. τάνδε. *Salmaſius* emendavit in marg. Ap. Guy.

P. 86. *Antipatri* Ep. XCI. 2. βουφόνε habet Ap. Guy. et Ruhnk. V. 3. τελεύτησε. margo Ap. Guy. — Haec ante oculos habuiſſe videtur auctor Inſcriptionis ap. *Pocock.* in Inſcr. ant. p. 46. quantum quidem ex laceris ejus veſtigiis intelligimus, quae nos ſic interpretamur:

καὶ θάνεν ἀτρέστῳ μαρνά[μενος πολέμῳ]
ἐνμμα . . . . ἐμες ἐνθεμενος . . . . . .
πατρίδι τὰν κλεινὰν ἅπασαν . . . . . .
ἦ β' ἐτύπωσε σᾶμα λέοντε . . . . . .
εἰ μὲν γὰρ θηρῶν φέρτατος, οἰ ἐὰ βροτῶν.

Poſtremum diſtichon parum feliciter tentavit V. D. in Actis Erud. an. 1753. p. 584.

P. 89. *Antipatri* Ep. XCIII. 2. τμαθὲν exhibet margo Ap. Guy. additis verbis: „ſed κναθὲν placet melius.“ Ibid. ad v. 10. „Ἴων κρ. ἐρθὲς εἶστ. i. e. ἐγω Ἴων ὁ πειητὴς τεῦ ἐπιγράμματος τούτου ἐρθὲς εἰστεβόλος.“

P. 92. *Antipatri* Ep. XCVI. 5. *Homer.* Od. μ. 415. Ζεὺς δ' ἄμυδις βρόντησε καὶ ἐμβαλε νηὶ κεραυνόν· Ἡ δ' ἐλελίχθη πᾶσα, Διὸς πληγεῖσα κεραυνῷ, Ἔν δὲ θείοιο πλῆτο. — V. 6. *Lenzius* verba καὶ φράσεν languere ratus, nec immerito, epitheton v. ἀγγελίην latere exiſtimabat, δύσφατον vel ſimile quid. Propter ſequentia mallem ἐμφανῆ, *diſcr-*

sum nuntium. Sed vide, an lateat dativus indicans eos, ad quos nuntius ille pertinuerit.

P. 93. *Antipatri* Ep. XCVII. 3. ἀπήμεσεν. Apogr. Ruhnk. et margo Ap. Guy. ἐκεῖ tentabat *Pauw*, in quod nos quoque incidimus. V. 4. in marg. Ap. Guy. haec leguntur: „τέσσαρ χρώμενον ἐν π. τὸ τοσσὸς, τὸ τυτθὸς, μικρός. τοσδὸς cum simplici σ habet Scaliger e veteri poemate ad Priapum.“

P. 94. lin. 22. corr. *emendationem* pro *interpretationem.* — διωλένιος emendabat *Salmasius* hac explicatione addita: τὴν δι' ὠλένων ἤγουν χειρῶν ἐχομένην, φερομένην. — V. 8. πάταγον jam *Salmasius* correxit, cum hac interpretatione: „non ſtrepitum, qui forium pulſatione fieri ſolet nuptiarum die, ſed horrendum illum, qui planctu in funere editur, οὐ τὸν πάταγον τὸν γαμικὸν, ἀλλὰ τὸν ἐν τῇ πένθει γινόμενον κοπετόν.“

P. 100. *Antipatri* Ep. CV. 3. λινοῦ corrigebat *Salmaſius* in not. inedit. quia in lemmate eſt εἰς Ἀλκιμένην λινοθήρην.

P. 110. *Demagetae* Ep. V. 5. Orphica et Bacchica myſteria pro iisdem habuerunt haud pauci. *Apollodor.* I. 2. 3. ubi vid. *Heyn. Diodor.* III. 64. p. 234. *Boettiger* in Muſeo Art. I. 2. p. 332. ſq. — V. 8. θυμὸν ἔθελξε. De Amore *Plato* in Conviv. p. 197. E. ἡγεμὼν κάλλιστος καὶ ἄριστος, ᾧ δεῖ ἕπεσθαι πάντα ἄνδρα ἐφυμνοῦντα καλῶς, καλῆς ᾠδῆς μετέχοντα, ἣν ἅδει θέλγων πάντων θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων νόημα.

P. 115. *Demagetae* Ep. XII. Non ſatis diſerte, quid ſentirem, expoſui, unde factum eſt, ut V. D. in Bibl. German. exiſtimaret, me negare, Praxitelis patriam in *Demagetae* Epigrammate indicari. At hoc equidem volui: In lemmate hoc Epigramma ad Praxitelem *ſtatuarium* refertur. Hoc ſi certum eſſet, ex hoc carmine intelligeretur, quod aliunde non conſtat, ſtatuarium illum *Andrium* fuiſſe. At dubia fides ejus, qui lemma

concepit, et in ipso Epigrammate nihil est, quod nos de *statuario* cogitare cogat. Plures fuerunt inter Graecos Praxitelis nomine.

P. 117. lin. 15. ante *Parum* insere: *ut legitur etiam in marg. Ap. Rubnk. et Guy.*

P. 119. *Theodorid.* Ep. III. 1. πιλησθέντα debetur *Salmasio.*

P. 121. lin. 20. lege *illud* pro *illum.* — De *Crobyle* disputat, v. 1. 2. hujus Ep. ex *Suida* excitans, *Nicol. Loënsis* in Epiphyll. VIII. 25. nihil tamen attulit, quod ad difficultatem hujus loci expediendam valeat.

P. 126. *Theodoridae* Ep. VIII. 6. in διθυραμβοχόνις non proprio sensu accipienda vox διθύραμβος, quasi *Musasalcas* dithyrambos scripsisse dicatur, sed *tumidum* et *inflatum* dicendi genus, in elegis ab eo adhibitum, significat. *Dionys. Halic.* T. II. p. 205. 29. ψόφοι ταῦτ' ἐστι καὶ διθύραμβοι, κόμπον ὀνομάτων πολύν, νοῦν τ' ὀλίγον ἔχοντες. et ap. eundem T. II. p. 272. 39. τάχ' οὐχ ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς σαυτοῦ λόγοις ἁλισκοίμεθα ἄν, θαυμονιώτατε Πλάτων, ὡς διθυράμβων ψόφους καὶ λήρους ἠγαπημένους. ut hunc locum restituit *Valcken.* ad Callim. Eleg. p. 286. — V. 8. marg. ap. Rubnk. et Guy. τύμπανόν γε τύπτει. sed ἐπέχω.

P. 128. lin. 9. ante *Myrtis* inserenda sunt haec: In cista mystica, quae in Bacchi festo circumferebatur, etiam ῥοιὰν fuisse, tradit *Clemens Alex.* p. 14. B. Plura vide de malo punico in mysteriis adhibito ap. *Boettigerum* in Prolus. altera de Medea Euripid. p. XIII. sq. ubi etiam causas illius usus docte persequitur. Nostrum carmen non attigit. — *Myrtum* Cereri non minus ac Veneri sacram esse, dicit *Artemidor.* Onirocr. L. I. c. LXXIX. — Postrema Epigr. verba sic fortasse accipientur rectius: *nam etiam, dum viveret, eadem amabat.*

P. 130. *Theodoridae* Ep. XII. 1. ἀμείφατον emendavit *Salmaſius*. Eidem debetur emendatior lectio in Ep. XVII. 3. αἰνόλινε. — Ep. XVIII. 2. ἔχω ſervandum, δ' ante ἔνδον recepto. V. 3. fortaſſe fuit νῦν αἰών μ' ἑτρεψε κρόκαις ἴσον. certe νῦν ante αι facile excidere potuit.

P. 137. *Poſidippi* Ep. VI. 1. 2. minori fortaſſe mutatione legendum:

Ἐν Παφίῃ, Κυθέρειά, ποτ' ᾠόνι εἶδε Κλεάνδρου
Νικὼ ἐν χαροποῖς κύμασι νηχομένην.

Scena in litoribus Paphi inſulae: ἐν Παφίῃ ᾠόνι. Jam apparet, quo referenda ſint verba in fine Epigrammatis: τᾶς κείνης εὔξατ' ἐπ' ᾠίονος. ᾠόνι, quod membranae habent, procul dubio verum eſt. *Salmaſius* in not. ined. corrigebat: ἐν Παφίῃ Κ. παρ' ᾠόνι εἶδε ΚΛ. Νίκην ἐν χ. quae quomodo acceperit, ignoro equidem. In Νικὼ longa vocalis etiam ante ἐν produci poteſt, neque opus eſt ἐν ſcribas.

P. 138. *Poſidippi* Ep. VII. 2. ἐρεμένην emendavit etiam *Marſorell.* in Theca calam. I. p. 22. — V. 3. 4. λυγδὸν λευκὴν legitur in antiquis *Suidae* edd. — Ap. eundem Ep. VIII. 4. cl. *de Boſch* in literis ad me datis corrigendum proponit: καὶ δέ μοι ἐξ Ἀφροδίτης, Ἄλγος ὁ μὴ κρίνων, καινὸν ἄγει τι πόθος. a Venere immiſſus amor, qui, quem inde dolorem capiam, pro nihilo habet, ſemper mihi novam amandi ſuppeditat materiam. Simili ratione haec tentabat doctiſſimus *Lenzius*: καὶ δέ μοι ἐξ Ἀ. Ἄλγος ὁ μὴ κραίνων καινὸν ἄγει τι πόθος. i. e. πόθος ἐξ Ἀφροδίτης ὁ μὴ κραίνων (eventu deſtitutus) καὶ ἐμοὶ ἄλγος καινόν τι ἄγει.

P. 141. *Poſidippi* Ep. IX. 3. C. *de Pauw* tentat πεποτημένη, his additis: „Vox βύβλος ſignificationis eſt ambiguae; nam et *chartam* denotat et libros ex ea compactos, vel herbam ipſam, ex cujus tenuiſſimis philyri

charta conficiebatur. Posterior σημασία hujus loci est. Assimilat enim Posidippus semetipsum vel amicorum nonneminem Musarum cicadae, cui supervenit Amor et insidias struit, quamobrem illud ἐν βύβλοις respondere debet τοῖς ἐπ' ἀκάνθαις, scilicet quae vepribus tunc inhaerebat cicada, prius inter byblum et papyri herbam vagari erat solita; altera significatio propositio et intentioni poëtae satisfacit, qui κατ' ἀλληγορίαν hic locutus est. Quae sequuntur, ita emacules: ἀλλὰ θερίζει ψυχῇ, ἀνιηρῷ δ. μ. illa vero cum papyreta pervolasset antea, anima colligit alia atque alia, nec ad ignem amoris ejusque calorem sensum applicat, quo sopor ei fuisset inductus, verum diversissima repetit animo, increpans Deo isti molesto."

P. 142. *Posidippi* Ep. X. 1. φέρ' ἕκαστα, *singulis singula pocula*, legebat *Pauw*. V. 3. ἐμοῦ et ἑαυτοῦ est in marg. Ap. Guy. — V. 3. 4. Improbo nunc conjecturas ad h. l. expromtas. Recte *Valckenarius* ad *Theocrit.* X. p. 127. „ἐρᾶν τι vereor ut a Graecis veteribus dicatur." Certe talia antiquis non temere obtrudi debent. τὸν δ' ἕκτον ἑκάστου, quod membranae praebent, sincerum est. Septimum poculum omnibus misce, qui amoris flammam experti sunt. Hi enim *Mimnermo* et *Antimacho*, poëtis calidissimis, recte subjiciuntur. Totum autem distichon sic scripserim:

συγκέρασον τὸν πέμπτον ἐμοῦ· τὸν δ' ἕκτον ἑκάστου,
Ἡλιόδωρ', εἴπαις, ὅστις ἐρῶν ἔτυχεν.

In nonnullis Apogr. est εἶπας. *Pauw* οἶδας legit. — V. 7. 8. V. D. in marg. Guy. addititium et ἀσύστατον pronuntiat. Mihi autem depravatum nec facile restituendum videtur.

P. 144. *Posidippi* Ep. XI. 2. ἰαῖνε emendatum in marg. Ap. Guy. et Ruhnk. — Ep. XII. 4. ibidem ἄπεισι, *absunt*, *desunt duo congii.*

P. 154. *Poſidippi* Ep. XVIII. Tanquam *Callimachi* hoc Epigramma edidit *Proſper. Petron.* in Notiz. Oltremont. T. II. P. II. p. 338.

P. 158. *Poſidippi* Ep. XXI. 3. Ζεφυρίτιδος ἄκρης corrigit *Valcken.* ad Callim. Eleg. p. 165.

P. 158. *Phaniae* Ep. I. In *Themide* haerebat etiam C. *de Pauw*, qui ναὶ μέθυ legendum cenſebat; et v. 5. ἀλλ' εἴ τι σινθῦρος etc. — P. 159. *Ejusdem* Ep. II. 1. *Lori* uſum in ſcholis confirmat vſ. Grammatici in capite Satyrae Horatianae L. I. X. *qui multum pueros loris et funibus udis Exhortatus*, etc. quem locum cl. *Lenzius* mihi indicavit. V. 3. *Purgold.* in Obſſ. crit. p. 284. emendabat: κάρκιν τ' εὔογμον φιλοκαμπέα. radium mathematicum, qui bene quaſi arat, ſulcos atque lineas findit in pulvere. φιλοκαμπὴς flexibilis atque lentus ad radium canna factum appoſite. *Heſych.* κερκίδας. δονακίδας. Idem Ep. III. 1. Σμίλαν Κεστῶνδας metri cauſa ſcribendum cenſebat p. 284.

P. 169. *Phaniae* Ep. VI. Apparatum tonſtrinae explicuit cl. *Boettigerus* in libro multifaria eruditione referto, cui titulus *Sabina oder Morgenſcenen im Putzzimmer einer reichen Römerin*, p. 330. ſqq. ubi in noſtro Epigr. v. 2. πετάσου φάρεος ἐπιξυήλου de fruſto veteris pilei interpretatur, acuendis novaculis adhibito. Idem p. 334. loca de linteis ſive mantilibus priſcorum tonſorum collegit.

P. 172. *Phaniae* Ep. VIII. 5. αὖόν γ' αὐγάσεις με acute corrigit *Purgold.* Obſſ. crit. p. 284. quod de eſuriente accipiendum eſt, qui deſiderio enecatur. αὖος ὑπὸ λιμοῦ. *Alciphr.* L. III. 4. p. 282. Cf. *Valcken.* in Adoniaz. p. 292. C.

P. 174. *Chaeremonis* Ep. I. 1. Similiter ac nos hunc verſum tentavit *Salmaſius* in not. mſt. τοῖς Ἄργει καὶ Σπάρτῃ ἴσαι χέρες. i. e. τοῖς Ἀργείοις. ut hoſpes Zacyntho pro Zacynthius. — P. 175. *Ejusdem* Ep. II. 1. In

marg. Ap. Guy. Κλαύσατε Τιμοκλῆ', ἐς ν. Θ. δ. τ. Κάτθανεν α. γ. ἐτεινυμένος. — In *Ejusdem* Ep. III. 1, saltem legendum: Εὔβουλον τέκνωσεν. in marg. Ap. Guy. πάντα appictum.

P. 177. lin. 2. post *denotat* adde: Vid. *Petavius* ad *Themist.* Or. XXIII. p. 292. D.

Ibid. *Hippiae* Epigr. reperitur etiam ap. *Dominicum Gallum* in Annali della città di Messina T. I. L. II. p. 34. qui ea, quae *Gualterus* in Omissis addidit, non magis observavit, quam *Reynam* et *Murator*. Denuo descriptum exhibuit Editor Collect. novae Inscript. Sicular. p. 191.

Αὐρήλιος Εὐτύχης τοῖς κατοικομένοις μνείας χάριν.

Κύζικος ἦν μία πᾶσι πατρίς, καὶ μοῖρα δὲ πάντας
ὠ . . σεννιθεους αν. ροδειτα μια . . . . . ε
δημας ανε . . . . . .
. . . . . τ . . . . . .
. . . . . .
. . . . . αὐτὸς ἔχει
πόθησεν καὶ . . . . . .
. . . . . .
τεῦξε λυγροῖς ὄμμ
ασα μυρομένη
εὖ τὸ καλὸν κοσμεῖ
περικείμενον αὖνο
μα τυμβους ευκλυκυς
εσθημειν κανφθι
μενοισιν Ἔρως.

In prima lacuna Editor supplet δέμας ἀνέθηκε. corpus deposuit. Deinde verba αὐτὸς ἔχει πόθησεν vertit idem: ipse habet, quae desideravit. μυρομένη tristibus (oculis)

perfusa. Si vera est lectio v. 1. Κόζικος, sponte corruit *Brunckii* conjectura de Hippia carminis auctore.

P. 181. *Philoxeni* Ep. est in Anth. Grot. T. III. p. 432. qui v. 3. vertit: *Viginti ut praesit stadiis*, eodem sensu, ni fallor, quo *Reiskius* h. l. accepit. Hujus explicationem unice probat cl. *Schaefer* ad *Longum* p. 329. ubi praepositionem ἀνὰ, spatium significantem, illustrat.

P. 186. *Zeuxidis* elegos sic resarcire conatus est *Fiorillo* in Obss. in Athen. p. 93.

Δείξας νικάτω, πρότερον μηδ' ἄλλο γενέσθω
τέχνης τῆσδε. Δεινὸν δ' οὐχὶ τὰ δεύτερ' ἔχειν.

interpretatione non addita. A talibus manum abstinere mihi quidem videtur prudentius. Idem in *Parrhasii* Fragm. v. 1. sic restituit: κἀγὼ ἄπιστα κλύουσι λέγω τάδε· Φημὶ γ. η. Illum vero dixisse οὐκ ἄπιστα, ex *Athenaeo* apparet L. XIII. p. 543. E et in *Aristide* etiam hujus lectionis sunt vestigia, τοῦτο κἀπιστα. Quare mihi probabilius videtur, illum scripsisse: οὐχὶ ἄπιστα κλύουσι λέγω τ.

P. 188. *Arcesilai* Ep. II. 1. 2. excitavit *Ferdin. Stosch.* in Antiqq. Thyatir. p. 48. ubi pro Καδανάδη, cujus vocis idoneam explicationem non reperiebat, Καδανὰ δὴ legit. Κάδοι esse urbem Mysiae in finibus Lydiae et Phrygiae; hinc esse Καδηνὸς sive Καδανός. Thyatiram autem ob Cadorum viciniam Cadanam dici, uti mons Σάρδιος a vicinis Sardibus. Idem V. D. totum Epigr. profert p. 265. suspicionem expromens hanc: Menodorum diem obiisse Athenis, quando cum Arcesilao studiorum causa in illa urbe haereret; Eudamum vero, patrem ejus, monimentum ei posuisse dici, quod missa pecunia illud ponendum curasset. — Latinae versionis vitio in errorem inductus *Stoschius* Menodorum pro

Eudami habuit filio, a quo illum amatum fuisse tradit *Diogenes*, Καδανάδη patronymicum videtur a nomine Καδάνης.

P. 190. In *Doriei* Epigr. v. 8. verba κατ' οὖν μαῦρα perperam de vitio suspecta habui. Sic veteres, Ionas praesertim, locutos esse, particula οὖν inter praepositionem et verbum posita, docuit *Schaeferus* ad *Longum* p. 418. Cf. *Wessel.* in Dissert. Herod. p. 105. in not. ad Herod. p. 308.

P. 191. in *Archimeli* Ep. 10. *Aeschyl.* VII. c. Th. 32. πλησοῦντε θωρακεῖα κἀπὶ σέλμασι Πύργων στάθητε. — P. 192 lin. 8. corr. μελανᾶν pro μελάνων.

P. 193. *Archimeli* Ep. II. 3. λείη. Sic plane *Gregor. Nazianz.* Ep. CXCII. in *Muratori* Anecd. p. 177. τὴν δὲ τραχεῖαν καὶ προσάντη μοι τρίβον Λείαν τιθείης εὐπορεῖν τε σῇ λάτρι. De ultimo disticho disputavit *Huschke* in Anal. cr. p. 157. qui grave ulcus in eo latere suspicatus, nihil quidem tentat, sed similem *Propertii* locum indicat II. El. X. 21. *Ut caput in magnis ubi non est tangere signis, Ponitur hic imos ante corona pedes: Sic nos, nunc inopes laudis conscendere carmen, Pauperibus sacris vilia tura damus.* Similiter *Euripid.* Phoen. 1744. μεῦσαν ὃς ἐπὶ καλλίνικον δρέπανον ἔβαν. Nuper eundem locum explicare conatus est cl. *Lenzius* in Bibl. Nova Lips. T. LXVII. 1. p. 151. ἄκρον est cacumen artis, quod Euripides adscendit, sive ipsa Medea, quae primum locum inter Euripidis Tragoedias obtinet. Sic *Dioscorid.* Ep. XXVII. de Antigone et Electra: ἀμφότεραι γὰρ ἄκρον. *Alexander Aetolus* ap. *Athen.* L. XV. p. 699. C. Μιμνέρμου δ' εἰς ἔπος ἄκρον ἰών. Sensum esse igitur: Quodsi grassatus fueris ad Medeam in summa constitutam, tanto graviori casu praecipitaberis, inglorius tristem acturus vitam. Noli itaque tantam coronam appetere, quam nunquam assequeris. — Nondum mihi persuasum est de lectionis

ſinceritate. ἄκρα quidem doctiſſ. virorum obſervationes ſalvum praeſtant; at naevus in χαράξης haeret.

P. 195. *Ptolemaei* Ep. I. Amhol. Grot. T. III. p. 438. — P. 196. *Ejusd.* Ep. II. 3. *Juvat inter ſidera ipſa vagantem divitum pavimenta videre, et totam cum auro ſuo terram. Seneca* Qu. Nat. l. 1. — Ibid. Ep. *Zenodoti* v. 2 σὺν πολιῇ σεμνὸς ἐπισχυνίῃ. An fuit ἐν π.? Vide cl. *Schaeferum* ad *Longum* p. 404. — V. 3. ἄρσενα λόγον. *Seneca* Conſ. ad Helv. c. 12, 3. *Zenoni, a quo coepit Stoicorum rigida et virilis ſapientia.* — V. 5. Lectio ἕν ap. *Suidam* anſam dedit cl. *Porſon* emendandi: εἰ δὲ πάτερα Φοίνιξ σύ. τίς ὁ φθόνος; οὐ καὶ ὁ Κ.

P. 198. *Artemonis* Ep II. edidit *Klotzius* in Lectt. Venuſ. p. 190. quae nunc non ad manus ſunt. V. 1. φλῆν exhibet Ap. *Guy. Rubnk. Pauw.* nulla lectionis diverſitate notata. V. 3. 4. editi ad mentem *Salmaſii*, quae praeterea et ἐντάων conjiciebat pro αἰτάων. C. *de Pauw* legendum cenſebat: δειμαίνω, καὶ γάρ μοι ἐνύπνιον ἦλθε φαρέτρῃ Ἀντιάων, καὶ δοὺς εἶχετ' ἀλεκτρυόνας, *metuo, etenim mihi in ſomnio venit obviam cum pharetra, et alectruonas habuit redditurus ſecum.* Sic manifeſtam eſſe ominis infelicitatem; gallos gallinaceos enim eſſe inter munera a paediconibus pueris exhibita. Deinde κίτιάων aptius eſſe cenſet: *jurgia nectens, objurgans, incuſans.* Pro ἀνὰ, quod eſt in Cod., ἄντα corrigit: cum vero nobis inimicus puer, aperte apum examen, urticam et ignem manu tetigimus. — In marg. Ap. Rubnk. *Lege ἀντὶ vel ἀλλὰ vel ἄρα.* In contextu Ap. Guy. eſt ἀλλά.

P. 202. *Diodori Zonae* Ep. II. 1. Margo Ap. Guy. et R. ἐναυλακαθιτέον. ἄραι αἱ τὸν σῖτον καὶ τοὺς καρποὺς πεπαίνουσαι ἐν τοῖς αὐλαῖς κοιταζόμεναι. — V. 3. ἀλειήτης sive ἀλωήτης corr. V. D. in Ap. Lennep.

P. 205. *Diodori Zonae* Ep. IV. 6. legendum:

καὶ σὺ αγγειλον τῷδε πέτρινον ὄρος.

eique hunc montem pande, in quo felicem venationem exerceat. τῷδε ad Teleſonem referendum. — P. 206. *Ejusd.* Ep. VI. ἡ θυμέων Ap. Guy. et R. ut eſt in Vat. C. cujus lectionem perperam indicavi. V. 7. ὑπὸ βλ. χ. marg. Ap. Guy.

P. 209. *Diodori* Ep. IX. 4. *Huſchke* in Anal. crit. p. 297. σὺν μόρου tuetur, *cadaver* ſignificare docens, ut θάνατος ap. *Crinagor.* Ep. XXXV. *mors* ap. *Propert.* L. II. El. XIII. 22. *Nec ſit in Attalico mors mea nixa toro,* ubi *N. Heinſius*, hanc dicendi rationem et ipſe ignorans, corrigere conatus eſt: *corpora nixa toro.* Deinde idem Vir acutiſſimus, cum ἁλίξαντον et εἰνάλιον non bene conveniat, legendum proponit: εἶδον ἁλιξάντῳ σὺν μόρου αἰγιαλῷ.

P. 212. lin. 1. lege *Demo* pro *Demus.* — P. 214. *Philodemi* Ep. V. 1. ἰὼν κλ. ſuperſcriptum in Ap. Guy. ubi etiam inter primum et ſecundum diſtichon aliquid deeſſe notatur. Contradicit *C. de Pauw*, qui Epigr. in capite mutilum eſſe pronuntiat. Idem v. 3. legit τοῦ 'νεκ' ἐν k. j. e. τίνος ἕνεκα. In marg. Ap. Guy. ἐν ἀκρέ-κτοις καταλειμθα.

P. 215. *Philodemi* Ep. VI. Cl. *Huſchke* in Anal. cr. comparat *Ariſtaenet.* I. Ep. XXI. τοσοῦτον δεδυνήχνιαν Ἀρχιτέλης, καὶ σύνεστι παθουμένῃ καθάπερ εὐνοῦχος τὰ ἐρωτικὰ περιεργαζόμενος καὶ λιχνεύων. Idem V. D. v. 4. malit καὶ σὺ μένεις ἐντός, quod melius reſpondere putat voci παρέκειμαι. *Philodemum* fortaſſe alluſiſſe ad ἀγκυσμοὺς palaeſtritarum, et quos vocant τρόχους χαμαί. Sic certe *Ovidius*, quem ille comparat, in A. A. II. 727. *Ad metam properate ſimul: tum plena voluptas, Quum pariter victi femina virque jacent.*

P. 216. *Philodemi* Ep. VII. 1. ἀθανάτοις debetur *Salmaſio.* Revocanda lectio Vat. C.

P. 220. *Ejusdem* Ep. X. 1. ne dubites, quin φιλαλγιον ſincera ſit lectio. — P. 222. *Ejusd.* Ep. XII. 3. an fuit:

οἶμοι, καὶ τοῦτ' αὐτὸ κατὰ βραχύ.

i. e. βραχέως. *ſenſim, paulatim, lente* itaque et *aegre*. Opponitur κατὰ τάχος. Sic enim κατὰ circumſcriptionem facit adverbii. V. 3. 4. minori etiam mutatione aliquando reſtitutum iri ſuſpicor. Vitium fortaſſe eſt in ἐννέκει, cui cum ἡμιθανὲς non convenit. Senſus eſſe potuit: τοῦτο i. e. partem virilem (cf. not. ad *Strabon.* Ep. L. T. II. P. III. p. 95.) ſaepe jam ſemimortuam et fere exſtinctam ad metam pervenire. ad ἡμιθανὲς facit *Martial.* L. XI. Ep. XLVI. *Traditur et digitis pannucea mensula laſſis, Nec levat exſtinctum ſollicitata caput.*

P. 223. *Philodemi* Ep. XIV. 3. καταεπιλεουσιν. *Propert.* III. El. 3. 46. *Sparſerit et nigras alba ſenecta comas.* — V. 6. λαβίστῳ τ. ε. κεφαλῇ tentat *Slothouwer* in Tirocin. crit. p. 38. quod cur vulgatae praeferatur, cauſam idoneam non video. — P. 224. *Ejusd.* Ep. XV. 3. τόξα θήγουσιν. Commode haec compoſuit cl. *Mitſcherlich.* cum Horatianis II. Od. VIII. 14. *ferus et Cupido Semper ardentes acuens ſagittas Cote cruenta.* — P. 224. *Ejusd.* Ep. XVI. 5. *Salmaſ.* in notis ined. ὁ γὰρ θερμὸς, ἡδ' ὅταν ἔλκῃ — hoc blanditur, ſed obſtat ἡδ'. An fuit:

ἀλλὰ τί μοι πλέον ἐστιν; ὁ γὰρ θερμὸς, ἄνδρ' ὅταν ἕλκῃ
πάντος' Ἔρως, ἀρχὴν οὐδ' ὄναρ οἶδε φόβου.

P. 226. *Philodemi* Ep. XVII. 5. Verſus exitum *Brunckius* ad *Salmaſii* mentem conſtituit, qui praeterea, quod Anthologiae ſoſpitatorem fugit, in ξανθῆ puellae nomen Ξανθὼ latere vidit. Hoc nec *Huſchkium* fugit,

virum acutiſſimum, qui in Anal. crit. p. 152. ſervata membranarum ſcriptura, legit:

καὶ σύ, φίλη Ξανθώ, με . . . . σὺ δ', ὦ φιλερέστρι'
ἄκοιτις,
ἤδη τῆς Παφίης ἴσθι τὰ λειπόμενα.

